centum florenos occasione pretij illius domus:⁊ ex his ꝯnectentibus re-
sultat presumptio fraudis.in.c.ꝗ.vt nostrum.vt eccle.benefi. Tertio
oritur presumptio ratione presumptionis solutionis fiende pro pẽsione
cõtra naturam illius ꝯtractus vẽditionis,qui pcesserat.ad hoc qd legi-
tur ⁊ no.in casu ex illo pacto apposito,vt si in tps octo annorũ solueret
aliq̃ partẽ dictorũ centũ flore.deberet fieri diminutio pẽsionis ꝓ rata.
Si enim dñium domus non est trãsmissum in emptorẽ,vt allegat vendi-
tor,ad quid fieret illa diminutio pro rata:cũ adhuc dñium esset penes
venditorem. Non enim potest dici ꝙ pro parte trãseat dñium sicut pro
parte soluit pretiũ.l.traditionibus.C.de pac. Ergo ex eo clare conclu-
ditur ꝙ ꝓ mercede solutiõis dictorũ cẽtũ florenorũ licite fuit cõstituta
dicta pensio,vt sic exonerata parte debiti exonerari debeat onus pen-
sionis seu mercedis. Ex his enim oĩbus ⁊ tam vberrimis coniecturis,⁊
presumptionibus dʒ talis ꝯtus iudicari in fraudẽ vsurarũ cõfectus:
iuxta ea que ponunt ⁊ habent in.c.ad nostrã.de emp.⁊ ven.⁊.c.illo vos.
de pig. Et si diceres,qñ hic deberet ꝓsumi ⁊ iudicari,cum nõ interue-
nit mutuum,sine quo vsura non cõmittit:vt patet ex diffinitione vsure.
Est enim lucrũ ex mutuo ⁊c.vt plene no.per Jo.and.in reg.peccatum.
2 de reg.iur.lib.vj.in mercu.facit.c.cõsuluit.de vsu.⁊ rñdeo ꝙ licet ex for-
ma sui non appareat ꝯtus vsurarius,tñ ꝓpter mentẽ ꝯhentium dʒ iu-
dicari vsurarius. Ex quo enim ex dilata solutione pretij debebat iste vẽ-
ditor recipere illud lucrũ,fingit ius ꝙ emptor soluit pecuniã venditori.
Et qd vẽditor illã sibi mutuauerit,⁊ pro mercede voluerit illud lucrũ.
Nec videat extraneum:qꝛ est casus expressus in iure in similibus termi-
3 nis in.c.in ciuitate.⁊ in.c.nauiganti.de vsur.⁊ vbi dicit sm cõem intelle-
ctum illũ venditorẽ iudicandũ vsurariũ qui vendit rem plus ꝙ valet:⁊
eo qi solutionem pretij differt:⁊ sic non est ꝯtus vsurari⁹ ex forma sui:
qꝛ ibi non sit verum mutuũ,sed fingit modo predicto ꝓpter mẽtes con-
trahentiũ. Cõmittitur ergo vsura siue sit mutuũ verum,siue fictum mo-
do predicto:⁊ ita cõiter notatur in iuribus ꝑalle. Ex quibus oĩbus cõ-
cludo ꝙ ex duplici capite põt iste emptor obtinere intentionẽ suam:vel
qꝛ soluet:vel qi vsuris qualitercũq; capiatur,põt deduci in cõpensatio-
nem pretij centũ florenorũ.⁊.d.c.illo vos.cum ibi not.⁊.c.cum contra.de
pig.de iureiur.debitores.cum si.

Consilium.vj.

1 Onera communitatis incumbunt laicis ⁊ non clericis.
2 Gabelle ⁊ datia soluuntur de rebus proprijs.

CAsus super quo petite fue-
runt allegationes. Quidã dñs Frãciscus canonicus Mas-
sitanẽ.ex patrimonialibus vẽdidit vinũ,bladũ,frumentũ,
porcos ⁊ similia:⁊ in eis sʒ negotiari:habetq; aliqua animalia que mit-
tere vult ad loca pasture cõis Massitañ.sine aliqua solutione,quã com-
muniter faciunt ciues ibi pro releuandis oneribus cõitatis:nec etiam
in rebus patrimonialibus,in qbus negotiari sʒ,vult subijci statutis ci-
uitatis soluẽdo gabellas,datia,pedagia,⁊ similia,excusando se dupli-
Primo rõne clericatus. Scdo ex quodã pacto inito inter ipsam cõita-
tem maxime:⁊ epm,⁊ capitulum Massitañ,ecclesie,vt liceat epo ⁊ capi-
tulo sine aliqua solutione mittere animalia sua ad pascẽdum in pascuis
cõitatis. Contingit nũc dubitari de duobus. Primo nũqd dñs Fran-
ciscus debeat soluere pascua in quibus frequenter mittit aĩalia sua pro-
pria ad dicta loca cõitatis,sm qd soluunt alij ciues iuxta formã statuti
cõitatis. Ad primum dicendũ ꝙ si loca pasture esse consueuerunt,⁊
sunt vniuersitatis,seu cõitatis laicorũ tunc puto dictũ dñm Frãciscum
posse cogi ad soluendũ sm formã statuti,⁊ leges cõitatis:si velit anima-
lia sua mittere ad illa loca cõitatis. Ratio huius est,qꝛ non õz hoc ca-
su cõitas legẽ imponere clericis:nec dicunt collectare clericos,vel da-
tia,seu gabellas ab eis exigere:sed dicunt vsum vendere,seu vsumfru-
ctum rerũ cõitatis,qd pñt sine iniuria cuiusq;. Nam in sua re quisq; est
legitimus moderator ⁊ arbiter.vt.l.in re mandata.C.mãda.⁊.c.de his.
de sepul.q̃q̃ enim clerici reperiantur priuilegiati,vt de rebus eorũ nõ
soluãt gabellas,vel datia:vt in.c.q̃q̃.de cõsue.li.vj.in cle.pñti.eo.tit.⁊
dicam latius in argumento subsequenti:non reperiunt priuilegiati,vt
possint vti pro se ⁊ aĩalibus eorũ,⁊ rebus cõitatis laicorum:imo potius
contra de iure diuino in lege habuerunt de terra promissionis:sed illa
solum ex dispõne diuina fuit tradita laicis:clericis aũt fuerunt solum
reseruate decime ⁊ quedã alie pertinẽtie:vt habet Numeri.xviij.⁊ not.
in.c.j.de deci.lib.vj. Si ergo volũt vti rebus cõitatis laicorũ,debẽt sol-
uere,sicut vellent pascere animalia in locis priuatis:agit enim cõitas
pro rebus suis sicut priuatus pro suis.ar.in.c.licet.de pba.⁊.c.conque-
stus.de fo.cõpet.⁊ clerus est diuisus a populo. Nã alius est clerus:ali⁹
populus.d.c.si snia.de sen.excõ.lib.v.⁊.xij.q.j.duo sunt genera. Item
1 videtur ꝙ onera cõitatis incumbunt laicis,⁊ non clericis:vt.no.in.c.non
minus.⁊.c.aduersus.de immu.eccle. Cum ergo nolunt sentire onera re-
rum cõitatis laicorũ:ergo nec cõmoda sentire debent:non enim ferendi
sunt illi qui lucra ⁊ cõmoda capere volunt,⁊ onera subire nolũt.C.de ca-
du.tol.l.j.§.pro scdo.in reg.qui sentit onus.de reg.iur.lib.vi. Et si dice-
res,qꝛ clerici tenent ad ista,⁊ non ad solutionẽ gabelle:seu datiorum,re-
2 spondeo,⁊ ꝙ gabelle,⁊ datia soluunt de rebus ꝓprijs.vnde cũ persone
sint exempte,sic ⁊ res eorũ:qꝛ sequunt conditionẽ ꝑsonarũ:vt not.in.d.
c.pñti.de deci.⁊.c.q̃q̃.eo.tit.li.vj. Non ergo possunt laici a personis nõ
subiectis ⁊ exemptis hoc exigere:sed in casu nostro non soluunt pro re-
bus ipsorũ clericorũ,sed qi conducũt rem cõitatis,seu emunt vsum vel
vsumfructũ ꝑsone priuate seu cõitatis,merito tenent soluere,sicut si cõ-
ducerẽt vel emerent vsum,seu vsumfructũ persone priuate.facit.c.j.de
in integ.rest. Si vero ista loca pasture fuissent ad vsum cõitatis clerico-
rũ,⁊ laicorũ,⁊ sic forẽt cõia clericis ⁊ laicis tũc non teneret dñs Federi-
cus qd ꝓ statuta laicorũ non tenent clerici soluere:tum qꝛ statuta laico-
rum non afficiũt clericos,in.c.bone qdẽ.xcvj.di.⁊.c.ecclesia sancte Ma-
rie.de consti.tum qꝛ in rebus cõibus non possent soli laici cõstituere in
preiudiciũ aliorũ ius in rebus habentium:quia qd oẽs tangit,debet ab
oĩbus approbari.c.qd oẽs.de regu.iur.lib.vj.⁊.c.ad hec.de offi.archid.

tum quia in re communi potior est conditio prohibentis. reg. in re com
muni. de reg. iur. lib. vi. & l. sabinus. ff. cõi diui. & par in parem nõ habet
imperiũ. c. innotuit. de elc. ¶ Nõ obstat pactũ: pactũ factũ cum epo &
capitulo massanẽ. ecclesie, ve licitũ sit eis pascẽdi facere aialia corũ in
pascuis territorũ Massanẽ. q2 illud fuit concessum capitulo, non sin
gulis personis de capitulo. habebit ergo locũ in aĩalibus ep̃alibus: nõ
aũt in animalibus singulorũ canonicorũ: q2 aliud est capitulum, aliud
singuli: indultum ergo capitulo, non extẽdit ad singulos de capitulo. in
c. qui manumittitur. xij. q. ij. & in. c. ij. de preben. li. vi. & in. l. sed si. §. qui ma
numittitur. ff. de in ius vocã. quinimo illud pactũ potius facit cõtra di
ctũ dñm Frãciscum: q2 innuit tacite illa loca non fuisse cõia clericis & lai
cis: sed laicorũ: & hoc ad primũ dubium. ¶ Ad scðm dubium huius, di
co de predictis non tenẽtur soluere gabellas seu datia: q2 ab his clerici
ecclesie sunt exẽpti cum oĩbus rebus eorum. Non enim tenentur soluere
laicis, qui non subijciunt nec statutis ipsorũ subsunt: vt pbatur clarissi
me in. d. c. q̃q̃. & d. cle. p̃nti. per Specu. de immu. eccl. in §. & Fede. de se.
consil. cc. Nec est verũ, q vendendo vinũ, bladum, oleũ, & siũ. ex rebus
suis dicatur negotiari: vt sic sit locus. c. ij. de vita & hone. cle. cũ §. ll. alle
gandis. ille enim proprie dr negotiari, qui emit rem vt eam integrã lucri
cã vendat: non ille qui emit rem, vt eam reducat ad aliquam formam,
vel si vẽdat vinum, seu bladum de rebus suis recollectum: vt probatur
in. c. ejiciens. lxxxviij. di. no. doc. in materia nostra in. d. cle. presenti. & d. c.
quãquã. Federi. dicto consil. cc. Fateor tamen q si emeret rem, vt inte
gram lucri causa eam venderet: qđ teneretur soluere s3 statuta patrie:
si tertio per epm monitus non desistit: vt probatur in. d. c. fin. de vita &
honest. cleri. Sed ante monitionem non tenetur ad pedagium: vt in. d. c.
quãquã. & d. cle. presenti. a contrario sensu, not. Federi. in loco preallc. &
Spe. vbi. s. & hoc casu iura non videntur facere mentionem de moni
tione: quia forte laici possunt non pati illa introduci absq; solutione de
bita gabelle seu pedagij. Et hec sufficiant pro allegationibus. Ad ple
num videatur materia in. d. clementina presenti. & c. quanquam. & c. fin.
de vita & honesta. clerico.

¶ Consilium. vij.

☞ Iudex in sententia an teneatur exprimere causam si possent ex ge
nerali sententia plures cause elici.

Quesitũ fuit a me in q̃stione

facti: & vtrum in sñia teneat iudex exprimere cãm, si possent
ex gñali sñia plures cause elici: Rñdi consulendo, q si ex va
rietate posset parti preiudicium generari, debet tunc iudex exprimere
causam: vt puta si posset dubitari an reus fuerit absolutus ab impeti
tione libellantis, qđ actor non probauit: an propter defectum instantie
an quia reus non possidebat: vel quid simile: hoc videtur probari in. l.
properandum. C. de iud. & ibi expressa glo. versi. adeo etiam est de mente
doc. in. c. sicut. de re iud. & Spe. in ti. de sen. prola. §. qualiter. vers. verum
si rationes. & Io. and. in. c. finem. de dolo & contu. & Butr. in. c. examinata.
de iudi. & Specu. in tit. s. alleg. vbi ponunt aliquos casus in quibus
cã exprimenda est, vbi non potest alia ratio illorum casuum elici, nisi vt
euitentur equiuoca. non tamen in preiudicium, quod posset imponere
parti, vel aliter quoquo modo. idem Bart. & quidam alij in. l. ij. §. igno
minie. ff. ex qui. cau. infa. irro. hoc etiam probatur alia ratione, vbicunq;
ex narratis in libello possunt elici plures, & diuerse actiões debet iudex
cõpellere libellantẽ ad exprimendũ nomẽ actionis, vel tali neganti dene
gare audientiã, vt euitetur incertitudo: vt no. in. l. edita. C. de eden. & l. j.
ff. eo. per. Canoni. in. c. dilecti. de iudi. & dicit Inno. in. c. ij. de ord. cog. qđ
stultus est iudex qui aliter libellũ recipit. Ecce ergo qđ licet alias in li
bello non sit exprimẽda ipsa actio. vt no. ex. di. quo iure. & d. c. dilecti. & d.
l. edita. tamẽ ex pdicta cã cõpellit iudex exprimere tãm: fortius ergo dz
iudex ipsemet cãm, vt euitet incertitudo ista, in sñia exprimere: cum sñia
debeat esse clarior libello. insti. de act. §. curare. no. Inn. in. c. dãta. de ex
cess. p̃la. puto tñ q ex omissione cause nõ corruat sñia, sed interpretamur
oĩno rationẽ cause cõgruẽtis, & si multiplex est, interpretamur illã que
est minoris p̃iudicij. ad hoc qđ no. Inn. in. c. ij. de ord. cog. & Spe. in titu.
de offi. iud. §. deseruisse. ver. in fi. & seq. vbi dicit q reo simpliciter absolu
to nõ obstat actori iterũ agere volenti exceptio rei: & ineptam petitionẽ
poterit probare sm eũ: & admitti debet per iudices & consiliarios cause.
arg. in. l. iij. ff. de suspec. tut. Ego puto q etiam dist. iẽtibus probationi
bus interpretabimur causam minoris preiudicij. arg. in predicta. l. iij. &
eorum que no. Inno. in. c. ij. de ordi. cogni.

¶ Casus consilij sequentis.

Queritur an religio istituta per

beatam Brigidam, que fuit per papam confirmata: & demũ per succes
sores in papatu in dubium reuocata, dicatur esse contra sanctorum pa
trum decreta, seu canonicas sanctiones: presertim q in tali religione in
stituendi sunt etiam sacerdotes seu fratres qui debent deseruire eisdẽ
monialibus in diuinis.

¶ Consilium. viij.

☞ Religio instituta per beatam Brigidam an dicatur contra cano
nicas sanctiones.

Primo videtur arguendo ad partem affirmatiuam
vt moris est, dictam religionem esse contra
sanctorum patrum decreta. ¶ Et primo probari videtur p
c. monasteria. xviij. q. ij. vbi expresse dicitur monasteria puel
larum longe a monasterijs monachorum esse construenda propter in
sidias diaboli, aut oblocutionem hominum. Sed in dicta religione san
cte Brigide sacerdotes seu fratres constituuntur in monasterio puel
larum, saltem sub clausula generali: ergo expresse est contra prohibitio
nem iuris ex honestissima causa factam. Scðo ad idem inducitur. c. in
nullo. eadem causa: monachi & moniales nõ debent in vno monasterio
cohabitare: quinimo etiam monasteria duplicia prohibentur a iure: vel
vbi sunt duo collegia monachorum & monialium. vt. d. c. in illo. & c. diffi
nimus. Si ergo dicamus esse vnicum monasterium in quo fratres et
sorores siue sint diuersa collegia, & diuersa monasteria a iure videntur
prohibita: saltem propter propinquitatẽ & familiaritatẽ: & maxime hoc
vř probari in. c. in decima. xlviij. q. ij. vbi prohibetur familiaritas illorũ
monachorum qui habebant corrigere illas moniales. ¶ Item si bene
ponderẽtur illa iura superius alle. rõ prohibitionis, est duplex. Prima
propter crimẽ incestus, qđ ex propinquitate & familiaritate cohabitan
tium prouenire posset &c. Scða ratio propter malam opinionem & pro
pter oblocutiones hoim: sed iste due rationes vigent & militant aduer
sus dictam religionem sancte Brigide: ergo eadem prohibitio esse de
bet: & vbi est eadem ratio, idem ius sit statuendum: vt in. c. trãslato. de
consti. & c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. ¶ Item inter cetera que
continẽtur in dicta regula cauet in. c. vij. q abbatissa monasterij debet
esse caput & dña monasterij: & cõfessor gñalis pp̃ter iudicia fratrũ & cõser
uationẽ ordinis absq; cõsilio abbatisse nihil oĩno faciat: sed ipsa abbatis
sa tanq̃ caput monasterij est de negotijs, & bonis monasterij ordinãdis
consulenda: & sic abbatissa secundum eãdem regulam videt caput oĩum
tam virorum q mulierum: qđ sonat in absurdum, cum secundum aplm
vir debeat esse caput mulieris: & nõ e3, & idem habetur in. c. hec imago.
& c. cũ caput. & c. est ordo. xxxiij. q. v. Idem facit id quod per nonnullos
obijcitur, vt3 q cum fratres teneantur obedire confessori, & non abba
tisse & sorores ipsi abbatisse: vt in. c. xij. eiusdem regule erunt duo capita
& communiter duo monasteria & duo conuentus. ¶ Vltimo videt amp
plius nõ insistendum: cum ipse dominus papa Martinus quintus ho
diernus expresse in suis literis reuocatorijs asserat per illã reg. duplicia
monasteria constitui contra ius prohibitionis & verbis pape standum
est omnino: ex quo super eis fundat intentionem suam: vt in cle. literis.
de proba. ¶ Sed his nõ obstantibus oppositum puto de iure verum.
Et primo moueor per id quod habetur in dicta regula. c. x. vbi dicitur
sorores instituẽde in monasterio habebunt clericos q canonice missam
& officium eis decantabunt: & q ipsi clerici a monasterio sororum oĩno
sint separati habentes per se curiam in qua habitabunt, & de curia in
troitum in ecclesiam, & chorum inferiorem habebunt chorum superius
eleuatum: ita quod sacra videre, & officium audire valeant &c. ¶ Ex q
bus verbis primo pondero q intentio beate Brigide non fuerit con
collocare seu instituere duo monasteria: scilicet virorũ & mulierum: ne
que in vno monasterio instituere masculos & feminas, sed duntaxat
instituere moniales seu collegium monialium. Et q isti clerici seu fra
tres non essent ibi tanq̃ facientes collegium, sed tanq̃ singulares & ser
uitores in diuinis, quod patet clare ex illis verbis cum dicit clericos ha
bebunt. Item ex alijs verbis dũ dicit in eodem caplo. q isti clerici ha
bebunt vnam curiam per se: ita q sint omnino separati a monasterio so
rorum, que verba sonant. q isti clerici seu fratres non faciunt per se mo
nasterium: nec est nisi vnũ monasterium sororum: cum dicat q a mona
sterio sororum sint oĩno separati. Sed curia significat etiã locum habi
tationis sicut fieri videmus hodie in oĩbus monasterijs monialium que
non valent per se propter defectum sexus celebrare missas & predicare.
vt. c. noua. de peni. & remis. habent sacerdotes & seculares pp̃e monaste
rium eis celebrantes & predicãtes: pro qua obseruantia facit. c. dilecta.
de excess. prela. & c. ij. de statu reg. & fratres seu clerici substituuntur lo
co illorum: & cum presumantur sancti oẽs propter multas austeritates
quas promittunt obseruare, p̃sumendi sunt honestiores seu sanctiores.
xvi. q. i. c. nulli. & c. doctos. Cum enim non possunt sorores sine sacerdo
tibus esse eis diuina ministrantibus, melius est q habeant istos homi
nes aptiores, seu sanctiores electos institutos per tam deuotissimã san
ctam, quã qđ habeant alios ex quibus forte ad mala facilius peruenire
rent. Nec obstat si opponat cõtra istos de familiaritate & cohabitatio
ne: q2 rñdeo q si bene ponderent verba regule superius recitata isti cle
rici, seu fratres debent stare oĩno separati a monasterio sororum: & pon
dero verbum oĩno, positum qđ denotat separationem continuam & re
motionem non modicã. Item in. c. xvij. regule, dicitur q nunquã confes
sor vel aliquis presbyterorum vel fratrum monasterium monialium in
grediatur, nisi quando infirmis donãda sunt sacramenta, vel soror mor
tua sepelienda: quibus casibus etiã secularibus clericis liceret: nec vita
tur omnis familiaritas, & cohabitatio, adeo q etiam in. d. c. regule, conti
netur in dicto monasterio fore etiam ferias ordinatas: sed quando so
rores confitentur, audiri quidem possunt: minime videri. ¶ Secundo
principaliter in hanc sententiam me mouet, quod habetur post princi
pium eiusdem

prium eiusdē regule in fine procmij in .c. qđ incipit, hanc igitur. &c. vbi dicitur, q ad honorē beate virginis hanc religionē fundare voluit principaliter primo et principaliter: et nulla mētio fit de fratrib⁹ quinimo plus dicitur in .c. xiij. qđ isti sacerdotes diuino tantummodo officio studioq; et orationi vacare debent, nullisq; aliis se implicare negotiis, vel aliis officiis. que verba satis indicant monasterio non esse eorū, nec ibi esse vt collegiū: sed vt seruitores in diuinis. Et ita intendunt verba precedentis .c. vbi dicit, q in negotiis et bonis monasterij semper est abbatissa cōsulenda. hoc etiā intelligitur quū in .d. c. dicitur, qđ confessor generalis monasterij dz ab episcopo loci recipere potestatē ligandi atq; soluendi corrigendi atq; reformandi omnes sacerdotes fratres &c. per que verba etiā arguitur fratres non esse ibi vt collegiū persistens. Nam si essent vt collegiū, eligerēt sibi prelatū, qui ex sola electione et cōfirmatione episcopi subsequuta, consequeretur dictam potestatem ligandi, soluendi et corrigendi alios fratres. vt in .c. j. de elec. xviij. q. ij. c. j. et .c. abbas. et .c. nullam. de offi. ordi. c. cū ab ecclesiarū. ¶ Tertio principaliter induco dictū .c. monasteria. xviij. q. ij. qđ supra induxi in contrarium. alio modo inducendo optime facit ad materiam: ibi enim consilio generali cū cōsensu oīum decretū fuit, vt monasteria virginū in prouincia betbica monachorum administratione atq; presidio gubernent. Et subditur ibi tunc tantū salubria. In christo dicatis virginibus probamus .s. damus, qđ eos patres spirituales eligimus, quorū non solum gubernatione tueri: sed etiā doctrinis edificari possint &c. ¶ Ex quibus verbis optime arguere possumus dictā regulā non esse cōtra dicta sanctorū patrū: cum ibi per totū consiliū generale deputati fuerīt monachi ad regendum, gubernandū et reformandum monasteria monalium: ita in casu nostro sine aliqua violentia iuris deputati poterunt dicti sacerdotes seu fratres administrare diuina dictis sororibus. Nec obstat si dicitur qđ in .d. c. in decima. omnino prohibeatur familiaritas monachorum et monachista vt nec ad vestibulum .s. ad parlatorium accedere familiariter sit permissum: quia in dicta regula sancte Brigide si bene ponderent verba superius inducta, non dicitur oppositū: immo fere idē: cū vt .s. dixi, illi sacerdotes seu fratres debent stare omnino separati a monasterio monalū, et nunq̄ possunt procedere ad parlatorium nisi raro ex causis honestissimis: quinimo nec audiēdo cōfessiones possunt eas videre. Si ergo ponderentur verba regule, et omnia predicta non pōt dici eos habere monasteria duplicia. Nec qđ habitent in vno monasterio, cū debeant stare fratres separati omnino a monasterio sororū: nec ad eas est familiaris accessus. vnde saltem negare nō possumus istum modum viuendi non fuisse hactenus a iure prohibitū: nec debemus extendere materiam in hoc actu odioso cū retentione tātorū monasteriorum, maxime eo attento q sancta Brigida fuit nobilissima sancta, adeo qđ suis operibus exposcentibus fuit per summum pontificem canonizata: et ipsa cum tanta solennitate asserunt reuelationē ipsius religionis celitus a christo domino sibi factam. ¶ Accedunt no. per Inno. in .c. ne nimiaria. de consti. vbi dicit dicta sanctorum oīno sequēda, ex quo aperte reprobata non reperiunt. ¶ Item ex reprobatione multa monasteria tunc reprobarentur: cū dicti sacerdotes seu fratres nō habēt, nec habere pñt secūdū illam regulā per se monasteriū seu collegiū: sed sunt ibi deputati tāquā seruitores in diuinis. vñ oportet eis dare nouā regulā, et bona vnde viuere possint: cū sorores in hoc non teneant⁹: cum omnia bona sint monasterij ipsarū monaliū. et nullam in eis cōmunionē habeant dicti fratres: vt pz satis in .c. x. et .c. xiij. eiusdem regule. Et si non hz locum diuisio honorū de qua in .c. a. et dominus papa in dictis literis retractatorijs facit mentionē. Et vt .s. dixi. cū nunc tractemus de retractabili facto, et reuocatione eius q pluries approbatū fuit per romanos pontifices, debemus facere in dictis iuribus que obuiare videnť, strictissimā interpretationē. arg. in regula, odia. et regula, in penis. de regu. iur. lib. vj. et .l. penul. ff. de penis. et quod no. glo. in .c. decet. de immu. eccle. lib. vj. Concludo ergo meliori iudicio et maxime domini nostri semper saluo: dictam religionem sancte Brigide non esse aliquatenus violandam, ex eo quod monasteria dicantur duplicia: vel qđ in eodē monasterio habitant masculi et femine. ¶ Nunc rñdeo ad argumenta pro parte contraria superius formata. Et primo non obstat .c. monasteria. quia loquitur qñ duo monasteria eque principalia sunt fundanda: tunc enim cum nulla necessitas cogat, seu vtilitas suadeat, debēt vt euitet malū re ipsa et opinione distantia inter se collocari. sed si bene considerent dicta regula, casus vr esse prorsus diuersus, cū vnicū sit monasteriū monalium tñ. Sed sacerdotes seu fratres tanq̄ deputati ad seruiendum tñ in diuinis, habeāt quandā habitationem dūtaxat omnino separatam a monalium monasterio: vt .s. in dicta regula cōtinet. Non obstat in .c. nullo. quia vt .s. dixi, fratres et sorores non habitant simul in vno monasterio: vt .s. dictum est. nec habēt per se monasterium, sed quandā curiam seu habitationē. vt facilius possint seruire sororibus in diuinis. et sic non possunt dici monasteria duplicia: vt .s. etiā plene dixi ad .c. in decima satis supra respondi. Non obstat duplex ratio prohibitionis dictorum iurium. fateor tamen qđ vbi monachi faciunt per se collegiū et regulam debent longius distare a monasterio monaliū, quia tunc nulla subest necessitas, vel vtilitas: sed in malum re ipsa vel opinione incidere possent. Et ideo non mirum si iura prohibuerunt, cū in vna parte sit periculum, et in altera ma-

iorem. arg. in .c. cum ab omni specie. de vita et hone. cleri. sed in casu nostro subest ratio vtilitatis et necessitatis cum habeat eis deseruire in diuinis officiis: et ita qđ de facili non possent quotidie si longius starent, venire in dicto monasterio: maxime cū nō deceat dictos fratres et tāquā deo dicatos deuotissimos fratres quotidie exire cunctis horis per vicos et plateas ciuitatis. ar. xvj. q. j. si cupis. Nec curādum quid os loquentium loquatur iniqua: dūmodo non recedamus a tramite veritatis. Sed dicendū est sicut christus dixit de phariseis de se scandalizantibus. Sinite eos ceci sunt et duces cecorum: vt habetur in .c. magne. de voto. Nec obstat motiuum q sit scdm̄ primum de .c. regule. de abbatissa cum sit mulier, viaeť caput cum contrarium potius dz esse. Nam hec procedunt data paritate inter virum et mulierem. Sed in casu nostro abbatissa ratione dignitatis sue habet iurisdictionem supra dictum monasteriū, et posset habere iurisdictionē in clericos seculares: licet i casu nostro nullā iurisdictionem habeat in fratres vt dicto .c. dilecta. de maio. et obedien. et de exces. prela. dilecta. imo mulier ratione successionis in regno posset habere iurisdictionem plenissimam in omnes subiectos. vt in .c. deuotissimam. xv. q. ij. et in .c. dilecti. de arbit. ¶ Non obstat penul. motiuum quia in casu nostro non sunt duo capita eque principalia eiusdem corporis: immo abbatissa est supra monasteriū suū, et monales suas sicut de iure esse dz: confessor vero generalis est supra fratres loco episcopi cum recipiat potestatem et authoritatem ab episcopo, vt regula dicit. Et sic non sunt diuersa capita eiusdem corporis, sed diuersarum personarum, et diuerso respectu, et in quibus casibus vnum subordinatur alteri subest: sicut videmus in episcopo, et in pluribus prelatis, et inferiorib⁹. Non obstat vltimum argu. de cle. literis. de probat. et quod standum sit verbis pape: quia contrarium procedit quando papa fundat intentionem suam super facto proprio: secus si super facto alieno: tunc enim saltem admittitur probatio in contrarium: cum papa in facto alieno de facili possit errare. vt not. dicit glossa in dicta clemē. literis. Sed in casu nostro papa dicit in dictis literis reuocatorijs, qđ in dicta regula sancte Brigide inter alia cauetur expresse vt monasterium huius ordinis fundandum et construēdum pro habitatione fratrum et sororum debeat esse duplex, quod re ipsa falsum est: quia si bene inspiciuntur verba regule, ista monasteria nō possunt dici duplicia sed monalium: vt .s. dixi. sed dominus papa si ex falsa relatione potuit verisimiliter esse deceptus, cum dicta regula consistat in facto et non in iure argumen. in .c. j. de consti. lib. vj. Et hec dicta sufficiant. vidi post hoc consilium literas bullatas domini martini confirmantes predictam religionem secundum decisionem huius consilij.

¶ Casus consilij sequentis.

Cōuētus fratrū minorum terre

Sancti genesij habebat quēdam hortum pro necessarijs: quare acquisiuerunt quandam terram contiguā eorū horto, quam redegerunt in hortū, et sic fecerūt ex illa terra nouiter acquisita et eorū horto, vnū hortū ac obtinuerunt a cōitate terre sancti Genesij, vt nō tenerent aliquid soluere pro libra, seu estimo ab olim imposita dicte petie terre. Contingit quādoq; q dictū hortū faciūt laborare per colonū partiarium, seu mediarium: quandoq; per colonum pretio conductum, seu famulū monasterij qui sustentatur ex bonis monasterij, petitur decima tam a fratribus q̄ a colono. Item a colono vt soluat de pñta terra secundū libram ab olim impositam: fratres in contrarium allegant priuilegiū super decimis non soluendis de eorum hortis et virgultis eis concessum. Item respectu libre seu semissis allegant immunitatem eis concessam a dicto communi. Queritur quid iuris &c.

¶ Consilium. ix.

1 ¶ Fratres minores an teneantur soluere decimam de eorum hortis.
2 Res non priuilegiata si peruenit ad priuilegiatos assumit eorum priuilegium.

Hic cadunt Quatuor dubia. Primum nunquid fratres teneantur soluere decimam p̄sbytero parochiali pro illa petia terre nouiter acquisita. Secundo quid de colono. Tertio nunquid fratres teneantur soluere estimū olim impositum dicte petie terre anteqū peruenirent ad manus eorū. Quartum quid de colono. Et breuissime hec attingendo et potius decidendo q̄ ad partes inuitando. ¶ Circa primū puto q
1 si priuilegium fuit eis simpliciter concessum vt allegatur quod de hortis eorum non teneatur soluere decimam quod non poterunt cogi ad soluendum de illa petia terre, que est redacta ad hortum, ergo etiam super illa priuilegiati super hortis eorū. argumē. optimum in .c. quia circa. de priuilegi. Nec debet vna et eadem res diuerso iure censeri. de ser. leg. c. qui. ¶ Nec apparet ratio quare magis deberent soluere pro dicta petia terre nouiter acquisita, q̄ pro primo horto, cum quelibet terra non est supposita oneri decimarum. vnde ea ratione qua nō soluunt de prima petia: ita nec de redacta. facit quod habetur in simili in .l. generaliter. ff. de fideiusso. et per Ioānem andream in .c. cum olim. de re iudi-
2 dica. et in regula. is qui in ius. de regulis iuris. lib. vj. Et si res nō priuilegiata peruenit ad priuilegiatos, assumit priuilegium eorum: vt in capitulo vnico. de iure patro. libro. vj. quod ibi no. in nouel. et .c. dilec-

ctus. de preben. facit quod no. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. ecc. ⁊ ex cōtrario sequeret absurdū. finge enim quod a principio nullū vel valde modicū ortū habuissent, dicemus ne quod non potuerunt de novo acquire re sine onere decimarum. certe absit: quia nihil prodesset eis eorum privilegium ℥. c. in his. de privile. Predicta tamen intelligo vera nisi ortus eorū esset ita magnus, ut illum facerent coli. ⁊ ortolicia ꝑtio distrahi. hoc enim non licet. ut in cle. exiui de paradiso. de ver. sig. hoc enim repugnat eorum regule: ut in dicta cle. exiui. ⁊ tunc putarem soluendā decimā: quia ad hūc casum se non extendit privilegiū: ut. d. cle. exiui. §. licet. ⁊ hoc de primo dubio. ¶ Ad scdm de colono sic, quod aut colit nummis seu expēsis quas habet a monasterio, ⁊ non tenet soluere decimā prediale: quia illud lucrum provenit a terra que si producit, vel ne, semper habet mercedē suā: ut not. in. c. tua de deci. aut est mediarius aut partiarius: ⁊ tunc debent inspici verba privilegiū ipsorum fratrū. Si enim eximitur ortus ab onere decimarum, tunc non tenet colonus soluere decimā prediale: quia terra est privilegiata ⁊ exempta ab onere decimarū: aut sunt exempti fratres, ut quia dicitur in privilegio quod fratres non tenentur soluere seu nō possint cogi, vel simi lia: ⁊ tunc talis colonus tenet soluere de parte sua: quia illa pars provenit a terra que non est privilegiata. Sed psone fratrum sunt privilegiate. ⁊ alia est obligatio dni ⁊ alia coloni ut in. c. a nobis. ⁊ c. tua. de deci. Et idē ibi paulus ⁊ cōiter doc. ⁊ hoc de scdo. ¶ Venio ad tertiū in quo dico quod fratres non tenent soluere aliquid pro estimo seu libra olim impositarum propter immunitatē quam habuerūt ab hominibus dicte terre, quam etiam revocare nō possunt. iuxta not. per Inn. ⁊ alios in. c. nouit. de iudi. ⁊ in regula, quod semel placuit. de regu. iur. lib. vi. l. si. de decre. ab ord. fac. tum quia puto eos exemptos a iure cōi cum onus certum non esset annexum dicte terre. iuxta not. per doc. in. c. si. de vita ⁊ hone. cle. c. pervenit. de censi. non obstante theorica Bar. in. l. rescripto. ff. de mune. ⁊ hono. ¶ Ad quartū puto colonū nō teneri ad soluendum de parte sua: quia illā partē recipit ut lucrū pro opere suo, non autem seu dñs vel possessor horti. ar. in. l. male agit. C. de ꝑscrip. xxx. anno. maxime. hoc procedit in casu nostro. ubi colonus nullam possessionem habet dicti horti sed onera que soluuntur pro possessionibus sunt tantum onera patrimonialia: ut. l. munerum. §. patrimoniū. ff. de mu ⁊ hono. ⁊ ideo imponi debent dominis seu possessoribus rerum qualis non est iste hortulanus dominus aut privilegiati: ut. s. dixi.

¶ Consilium. x.

1 Liberatio contingens in uno non debet referri ad reliquum.
2 Servitutes ubi sunt due respectu eiusdem rei: remissio unius non excludit remissionem alterius.
3 Sententia lata pretextu falsorum instrumentorū: vel a iudice non suo est annullanda.

In Causa ⁊ questione vertente inter clerū pisanū ex una parte, ⁊ Mattheū hospitalariū hospitalis novi dicte civitatis pisane: noie ipsius hospitalis ex alia parte: ut pluritati parcam, dimittam argumenta que ad partes fieri a plerisque solent, ⁊ descendam conclusive ad decisionē dubiorum. Quatuor enim allegant pro clerū. Primo instrumētū deliberationis ⁊ liberationis facte per presidentes seu capitaneos dicti cleri. Secundo instrumentum liberationis facte per dominum calanum syndicū ⁊ camerariū dicti cleri. Tertio aliud instrumentum quasi eiusdem effectus ad mandatum dicti syndici confectum. Quarto sententia lata per honorabilem potestatem pisanum in hac parte delegatum magnificorum priorum civitatis florentie, que omnia profecto nō obviant intentioni dicti clerici omnia per se bene discutiantur. ¶ Et iuxta ordinem venio ad primū quod est fundamentum in tota materia nostra. scz ad liberationem factam per dictos capitaneos. dico enim illam non obstare clero pisano, ⁊ per consequens relevare dictū hospitalarium respectu onerum noviter impositorum occasione interesse, ⁊ provisionum fiendarum pro sorte iamdudum confessa. ad duo enim eque principaliter erunt clerus ⁊ dictus hospitalarius obligati, scilicet ad soluendum ipsum capitale iam impositū ad distribuendum ⁊ ad soluēdum interesse seu provisionem de sorte eis iam mutuata, ergo facta per dictos capitaneos respectu quantitatis iam imposite ⁊ distribute nō debent extendi ad aliquam quantitatem, que adhuc non erat imposita, neque distributa, licet hec quantitas descēderet occasione prime quantitatis, respectu cuius dictū hospitale fuit liberatum pro trecentis libris per dictos capitaneos. hoc probatur. §. non solum. coniuncta gl. in. l. eleganter. ff. de dolo. ⁊. l. iii. §. idē iulianus. ff. de eo quod cer. loco. ⁊ per no. in. l. iii. C. depositi. ⁊ per Bar. in. l. centum capue. ff. de eo quod cer. loc. pro hoc quia ex separatis non fit illatio de trās la. epis. c. ii. facit. c. dilecti. de fo. cōpe. ⁊ c. pervenit. de fideius. ubi ergo principaliter quis compellitur soluere interesse sicut ipsum debitū prin
1 cipale: † liberatio ergo contingens in uno, nō debet referri ad reliquū: maxime hoc dicendum est in casu nostro, in quo capitanei cleri animo donandi fecerunt illam remissionem principalis pro centum lib. unde cū hec donatio redundet in preiudiciū alterius. s. totius cleri, debet restringi. iuxta no. per Inn. in. c. dilecti. de dona. ⁊ per Io. an. in. c. olim. de ver. sig.
2 ¶ † Secūdo principaliter patet in simili, ubi sunt due servitutes respectu eiusdem rei. remissio unius nō includit remissionem alterius: ut. l. si domus. ff. de ser. ur. pred. ⁊ c. ex tuarū. de autho. ⁊ usu pal. Ergo idē dicendum in casu ubi remissio facta hospitali respectu partis hospitale contingentis de tota sorte tantū ab olim imposita. Et quod hec liberatio fuit facta respectu principalis tantū, apertissime colligitur ex verbo dicte collationis, ⁊ liberationis. liberarunt enim hospitale ab omni debito contento in libris rōne impositionū, seu dispositionū iam factarum. sed hec impositio novē milium florenorum que fit nunc, nōdū erat tunc imposita. nec erat descripta in libris cleri: et per cōsequēs illa verba gñalis liberationis non extenduntur ad hunc casum quia verba non possunt ad hunc casum adaptari, ⁊ a verbis nō est recedēdum, nisi appareat expresse de mente disponentis. l. non aliter. ff. de leg. iii. in. c. si. de ver. signifi. tum quia verba generalia restringātur ad ea tantū de quibus fuit expresse actu: ut. l. qui cum tutoribus. ⁊. l. cum aquiliana. ff. de transact. ⁊ not. in. c. i. extra co. titu. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. not. Bart. ibi maxime, in. v. ⁊ vi. quod. de his quā tamē fit actū ex verbis ipsius liberationis, ⁊ aliorū instrumentorū in quibus semper fit mētio de oībus iam impositis ab olim ⁊ distributis: non autem de imponendis ⁊ distribuendis ultra sortē licet ipsius occasione. ¶ Non obstant verba postmodū alterius manu in margine apposita, que vident se extēdere etiā ad imponenda occasione quātitatis principalis: quia dico quod si bene volumus advertere, potius faciunt contra hospitale quam pro: quia cū sint alterius manu descripta, ⁊ concernunt substantiā negotii de quo agitur, instrumentum redditur vitiosum, ⁊ suspectū: ⁊ sic nō probant, ut clare probatur in. c. cū venerabilis. de reli. domi. ⁊ in. c. inter dilectos. de fide instru. ⁊ si de cōsensu partiū notarius apposuisset, seu fecisset apponi, debuisset saltem in fine dicere qualiter ipse apposuit, seu apponi fecit per alium, ⁊ causam si tunc saltē probasset: alias secus. ut colligitur ex. c. cū inter. de senten. ⁊ re iudi. ⁊ ex his que legunt ⁊ notant in. d. c. inter dilectos. ⁊ clarius in. l. i. ⁊. l. cācellauerat. ff. de his que in testa. delen. ⁊ per Bar. in d. l. ⁊ Archi. in. c. cleri. xxx. q. ix. unde cum hospitale seu ad eius petitionem videat dicta falsitas facta ut dubitasse de iure suo: ⁊ sic quo ad verum instrumentum se non extendit ad hunc casum. argu. c. cum olim. de offi. deleg. ⁊ c. olim. de rescrip. ⁊ per Bar. in. d. l. i. nisi favore religionis aliud dicamus, iuxta ea que legunt ⁊ notantur in. c. venerabilis. de except. Et hec sufficiant quo ad tollendū obstantiā dicte liberationis facte per dictos capitaneos cleri. ¶ Venio nunc ad scdm ⁊ tertium, ⁊ expediam simul: quia eiusdē sunt effectus, ⁊ ab eadem persona, scilicet syndico: ⁊ dicunt ab eo emanasse seu ipso disponēte confecta: ⁊ dico: quod multis ex causis possunt rescindi ⁊ evacuari. Et illa ratione predicta: quia verba concernentia effectū huius presentis negotii fuerūt apposita alterius manu. ⁊ sic non faciunt fidē, sed potius cōcludunt rationem falsitatis contra hospitale. ut predixi in precedentibus. ¶ Secundo quia ille syndicus non egebat de novo liberare, sed omnia facere scdm liberationē seu deliberationē illorum capitaneorum cleri, quod patet expresse ubi dicebat scdm deliberationē ⁊c. Et sic nil ultra inducunt quam continetur in illa deliberatione capitaneorum. ex quo est facta ad instar illius, licet plura contineant in istis iuxta not. per Inno. ⁊ per Io. and. in. c. inter dilectos. de fide instru. ¶ Item fuit deceptus ex verbis falsis appositis in dicta deliberatione. ex quo arguo primo quod ubi principale nō tenet, per cōsequēs, nec accessorium, nec oē id quod ex eo ob id processit: ut est tex. not. in simili, in. c. inter dilectos. §. ceterum. preallega. ¶ Tertio ⁊ fortius facit, quia dicta interlineatura seu scriptura facta in margine, etiā si non fecisset mentionem de dicta liberatione, adhuc ⁊ alia causa dicta in instrumēto liberationis syndicus nō potuit hospitale liberare: quia ex quo hospitale erat obligatum ad contribuendum una cum reliquo clero in impositione fienda respectu interesse ⁊ provisionis, liberatio facta fuerat per capitaneos cleri dictarat respectu sortis, non valuit liberatio facta per syndicū cleri. ut ab hospitali non possit peti aliquid etiam occasione illius sortis: quia illa est quedā donatio, quam administrator facere nō pōt cū tantū habeat liberā administrationē: nec pōt donare, nisi habeat speciale mādatū ad donandū. in. c. si. de offi. vic. lib. vi. l. cōtra iuris. ff. de pac. l. si iussa. ff. de dona. ⁊. l. ꝑses. C. de transact. ⁊ dictus syndicus non habebat mandatum ad donādum: quia illa instrumēta nō prosunt in aliquo, respectu eius quod nūc petitur ab hospitali: ergo nō debēt prodesse. Et primo quia fuit lata sñia, ⁊ ut nūc attingāt an sñia absoluere videatur, scz ab omni quod pvenire potest occasione sortis. dico tamen sñiam
3 multis ex causis hospitali non prodesse. † Et primo quod fuit lata pretextu falsorū instrumētorum: ⁊ ideo annullari potest. iuxta ea que leg. ⁊ no. in. c. licet. de proba. ⁊. C. si ex fal. instru. per totum. ⁊. l. divus. ff. de re iudi. ⁊. l. si sponsor. §. marcellus. ff. de iudi. ¶ Scdo quia fuit lata a iudice non suo. de iudi. c. at si clerici. C. si a non compe. iudi. per totum. ¶ Tertio, quia tempore impetrate delegationis nulla erat contentio inter clerum ⁊ hospitale, ⁊ sic non valuit rescriptum ad futura, cum nō inesset qualitas cui applicaretur iuxta ea que leg. ⁊ not. in. c. fina. de rescrip. ¶ Ex his concluditur quod iura allegata pro parte ipsius hospitalis non possunt ad concludēdum intentionem cleri. ⁊ sic tenetur hospitale contribuere portionem noviter factam pro solutione interesse seu provisionis fiende occasione illius sortis ⁊c.

¶ Consilium. xi.

1 Solemnitas iuris humani in dispositione ad pias causas cessat.
2 Acta sub spiritu dei non sunt sub lege.

In causa

In causa que vertitur inter hospitale sancte Marie de misericordia ciuitatis Aretine ex vna parte: et Franciscum et Accursium filios quondam Gregorii ex alia parte: super hereditate quondam Lazari mercatoris Aretini, pre-
dam potius dicendo sim iudicium animi mei, quam more solito ad partes ar-
guendo, quia satis per alios ad vtramque partem argumentatum est. Et pro clariori
decisione quoniam discutiam duo membra. ¶ Primum nunquid primum testamentum in
quo fuit instituta heres dicta fraternitas, valeat etiam cessante secundo asser-
to testamento sine scriptis condito, in quo dicuntur instituti heredes dictus Fran-
ciscus et Accursius nepotes dicti Lazari testatoris, scilicet filii fratris dicti
Lazari. ¶ Secundum membrum posita validitate ipsius testamenti,
primo queritur de validitate ipsorum instrumentorum, quod scilicet illorum sit pre-
ferendum. Et quia materia satis discussa est per alios ideo procedam
succincte. ¶ Circa primum dico testamentum in se validum fore: quia habet
omnes suas solennitates requisitas, maxime quia in dispositione ad pias
1 causas cessat solennitas iuris humani: et sufficit sola iuris naturalis et
diuini solennitas: vt in c. relatum. de testa. et que ibi no. et in l. j. et ibi per omnes
2 C. de sacrosan. eccle. Que enim spiritu dei aguntur, non sunt sub lege. de
regularib. c. licet. et xix. q. ii. duo sunt. Nec obstant illa verba testatoris post
cursum decem annorum prolata quod nolebat illud testamentum valere: et
sic videtur testamentum annihilatum per l. sancimus. C. de testamen. quia si
bene ponderentur illa verba testatoris cum verbis et factis per eum pro-
latis et gestis, sumus euidentissime extra casum illius legis. Nam illa
lex loquitur tantum quando testator simpliciter dicit, quod nolebat testa-
mentum suum valere: et sic recessit ex toto a priori voluntate cum cursu x.
annorum: sed in casu nostro non dixit simpliciter quod nolebat illud testa-
mentum valere: sed limitatiue. i. eo modo et forma quo, seu qua conditum erat:
et sic videtur habuisse voluntatem in aliquo addendi vel detrahendi, quod cla-
re patuit ex sequentibus. Nam post illa verba ademit legatum factum ec-
clesie sancti Francisci. et hoc scripsit in copia seu in margine copie illius
testamenti. et sic deduxit ad effectum priora verba per eum in genere prola-
ta. nec videtur aliter voluisse a priori testamento recedere. arg. etiam l. pecu-
nium. in si. C. de app. Nam per precedentia et sequentia declarantur verba
obscura. l. si seruus plurium. et l. qui filiabus. ff. de lega. j. Si enim voluisset
plura renouare, plura scripsisset, sicut fecit ademendo legatum factum fra-
tribus. inigatoria enim fuisset illa ademptio legati specialiter facta si
voluisset ex toto testamentum irritare: sic ergo in esse suo recipit tantum li-
mitationem inexpressam: vt in cle. exiui. de verbo. signi. et maxime, quia in
egritudine constitutus dixit se fecisse testamentum, et non poterat intelligi
nisi de isto, cum nullum aliud appareat eum fecisse. argu. in l. ij. C. de autho.
prestan. et quod ibi no. et maxime hec vera sunt in testamento condito ad
pias causas. Sicut enim conditum inter liberos probatur quibuscunque in-
diciis: vt est tex. no. in l. si. C. fami. hercis. ita dicendum in testamento condito ad
pias causas maxime non obstantibus liberis testatoris. Non enim est
hec dispositio minus priuilegiata, quam illa que fit inter liberos: vt no. Bar.
in d. l. j. C. de sa. san. eccle. facit. xix. q. vlti. si qua mulier. aia enim pre cun-
ctis est diligenda. xii. q. j. precipimus. et maxime in extremo vite cum non
sit amplius locus penitentie: quia qualis hinc quisque egreditur talis in iudi-
cio apparebit, vel representabitur. xxv. di. qualis. Item presupposito sine veri-
tatis preiudicio, quod per illa verba prius prolata voluisset testator totaliter re-
cedere a priori testamento, tamen ex quo in extremis positus dixit, quod fece-
rat testamentum videtur quasi de nouo illam voluntatem veluti vltimam
amplexatus fuisse, cum nullum aliud testamentum reperiatur prius fecisse:
vt supra dixi. ¶ Nec obstat si dicatur quod illa fuerunt verba enunciatiua ob
aliud prolata. s. per modum cause que plene non probant vltimam volun-
tatem. licet aliud sit in verbis enunciatiuis principaliter prolatis propter
se. iuxta ea que leguntur et notantur in l. ex hac scriptura. ff. de donatio.
Dico enim illud procedere in vltimis voluntatibus, non ad pias causas.
Nam ad pias causas probatur vltima voluntas per verba enunciati-
ue prolata etiam per modum cause: vt est tex. in terminis in c. fin. de succes.
ab intesta. et ibi Hos. et Jo. and. et Bar. in d. l. j. et facit. d. l. fin. C. famil.
herc. cum possit probari quibuscunque indiciis: vt supra dixi. et maxime in hoc
casu vbi apparet testamentum prius conditum super quo verificantur il-
la verba supra posita. et sic operabuntur renouationem illius voluntatis
presupposito quod ab illa recessisset. ar. insti. de inf. test. §. sed si quis. Et
presupposito quod illa verba enunciatiua plene non probarent, sed semiple-
ne: vt in d. c. si. secundum alium intellectum qui non est ita communis sicut prece-
dens, nihilominus hoc sufficeret ad inferendum quod supra dixi, quod non ha-
beat animum ex toto recedendi a prima voluntate, quod colligitur ex mul-
tis postea subsequentibus, vt patet in premissis et in casus positione. Per
quod concludo ad primum membrum quod dictum testamentum in quo fuit instituta
fraternitas validum et firmum existit. ¶ Nunc venio ad secundum quod est
magis difficile quod illorum alteri preualeat. et puto quod illud in quo fuit in-
stituta fraternitas et omissis multis que possunt adduci fundamentum
est hoc. Ubicunque quis habet presumptionem et verisimilitudinem contra
se, grauatur fortiori onere probandi aliter quam a iure requiratur in tali actu. vnde
probationes debent esse apertissime. et tales testes de quibus non sit ali-
qua verisimilis dubitatio, quod debeant deierare hoc probatur in tex. et gl.
in l. non est verisimile. ff. quod met. cau. et in c. quia verisimile. de presump.
et in c. super hoc. de renun. Sed in casu nostro multe sunt presumptiones
que inducunt aperte secundum testamentum non fuisse verisimile conditum
saltem per ea verba que asseruntur a parte. ergo grauatur pars aduer-
sa ad ipsum testamentum probandum. ¶ Prima presumptio est, quod testa-
tor videtur habuisse animum mutandi primum testamentum solum aduenien-
tibus filiis naturalibus: et tamen dicitur postmodum mutasse et nullam men-
tionem fecisse de priori testamento. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg.
iij. Et maxime in casu nostro erat fienda mentio cum primum fuisset testatus
ad pias causas pro anima sua: postmodum dicitur testatus inter agnatos trans-
uersales, et nil reliquisse ad pias causas ad quas prius effuderat fere to-
tum patrimonium. quod certe non est verisimile: quia saltem aliquam mentio-
nem fecisset de priori testamento: et aliquid reliquisset ad pias causas: maxime,
quia erat mercator, qui facile grauari debebat ere alieno, et non licita cau-
sa quesitis. de penit. dist. v. qualitas. et l. xxxviij. dist. excies. et c. quum. facit
optime quod legitur et notatur per Cy. in auth. hoc inter liberos. C. de test. ar-
guendo de dispositione inter liberos ad pias causas: vt supra dixi. et maxi-
me debet valere illa dissimilitudo in casu nostro, in quo pia causa non con-
currit cum liberis testatoris, sed cum transuersalibus. facit etiam c. cum olim.
de re iud. vbi patet quod si princeps dicit se prouisurum alicui negotio certo,
quod si postmodum prouidit, alia non facta mentione, presumitur non de libe-
ralitate fecisse, sed potius circumuentus. facit quod no. Bar. in l. quod iussit. ff.
de re iud. Sed in casu nostro testator in priori testamento solum reser-
uauit sibi voluntatem mutandi testamentum superuenientibus liberis, ergo non
videtur postmodum per verba simplicia voluisse recedere a priori testamento de illo
mentione non facta ¶ Secunda presumptio est, quod testes non fuerunt in
secundo asserto testamento rogati, sicut realiter in quolibet testamento rogari debent ad
hoc adhiberi: vt l. heredes palam. §. in testamento. ff. de test. in l. hac consultis-
sima. C. eo. etiam si sit testamentum militis: vt in l. omnis. ff. de testa. mili. licet in
eo sit speciale, quando morte astringitur. iuxta no. in d. l. omnis. et l. mili-
tes. C. eo. nam plerunque hec verba, te heredem relinquo. proferuntur ad com-
placentiam alicuius: adeo fidem non faciunt, nisi testes fuerint rogati:
vt d. l. omnis. ¶ Non obstat. l. hac consultissima. §. si quis. vbi sufficeret
presentia quinque testium, quando instituuntur venientes ab intestato,
adeo vt veniant ex testamento imperfecto reuocato, vbi erant extranei
instituti: et saltem veniant ex causa intestati. dico enim illam legem non proce-
dere in casu nostro, vbi fuerat, vt ita dixerim, instituta anima ipsius te-
statoris, seu ipse deus, qui honoratur in persona pauperum, quem de-
bemus super omnia diligere ex viribus, et tota mente. hoc enim pia causa
magis est fauorabilis quam venientum ab intestato, maxime cum non sint de
liberis: vt notatur dicta l. j. maxime per Bart. Et cessat ratio illius le-
gis. nam voluntas ad pias causas minus solennis facit cessare priorem
solennem. iuxta id quod habetur in simili in d. l. hac consultissima. §. ex im-
perfecto no. in d. l. j. fortius non debet vinci si fuit solennis per secundum
voluntatem minus solennem: vt in auth. multomagis. C. de episco. et cle. et
c. cum in cunctis. de ele. Et per hoc dico quod in secundo testamento prefa-
to non debent sufficere quinque testes: quia sumus extra casum illius le-
gis: et iste due presumptiones videntur ex toto validare, secundum te-
stamentum assertum ¶ Tertia presumptio est, quia pluries interpel-
latus semper respondit se velle stare in priori testamento, in quo vt di-
xi effuderat quasi totum patrimonium in pias causas. Unde non est ve-
risimile quod testator voluerit ex toto a bono proposito recedere et a priori
voluntate toties confirmata resilire, saltem nil relinquendo in pias cau-
sas. presertim cum adueniente notario post assertum testamentum sine scri-
ptura nunquam voluit respondere, immo vertit se in latus: et idem fecit ve-
nientibus postmodum aliis duobus notariis, quasi in extremo vite fuit.
¶ Ex his enim extremis debemus presumere de mediis. s. quod non habuit
animum recedendi a priori testamento. iuxta gl. notabilem in c. accedens. de con-
uer. coniuga. ¶ Quarta presumptio oritur ex dicta vxore, que dicit se sem-
per astitisse lateri mariti, et nunquam audiuisse quod voluit mutare priorem vo-
luntatem, et testamentum de nouo condere. Nec obstat priori testamento quod sit le-
gataria, quia saltem facit presumptionem. iuxta plene no. in c. insuper. de
testib. per Jo. and. et alios: quia forte in omni euentu esset consequutura suum
legatum, quia in priori testamento erat clausula codicillaris, quod de presen-
ti non examino. ¶ Quinta presumptio patet, quia omnes fere testes sunt at-
tinentes istorum nepotum, de quorum commodo maxime agitur: et quamquam de
iure videantur tales posse adhiberi testes testamento cum solum exci-
piatur pater heredis, et fratres qui sunt in eadem potestate cum here-
de: quia tunc videtur commune negotium agi: vt probatur insti. de test.
ordi. §. in testibus. cum seq. facit. l. qui testamento. ff. eo. tamen cum hic non
fuerit adhibitus notarius, non videtur eis tanta fides adhibenda cum
totum testimonium hoc casu oriatur ex eis maxime vbi sunt tot presum-
ptiones contra dictum testamentum. facit gl. notabilis in c. in literis. de
testi. Nec est fienda estimatio de illis mulieribus, cum non possunt esse te-
stes in testamento. l. heredes palam. precalleg. Concludo ergo quod cum in
casu nostro sunt tot presumptiones contra secundum, vt credi possit illud
verisimiliter emanasse a voluntate saltem deliberata testatoris, debe-
rent nepotes illud probare per probationes apertissimas longe maio-
res a lege requisitas, vt supra dixi. Sed ipsi hoc probare non possunt, quia
minimo non habent probationes alias requisitas saltem cum debitis so-
lennitatibus, vt supra plene dixi: ergo debent succumbere. Item presuppo-

fito facto dubio debet iudicari pro causa pia & salutifera anime defuncti. dei religionem concernente, & pauperum recreationem, vt omnia iura clamant, & naturalis ratio viget. Item data contrarietate & conflictu probationum semper standum est magis verisimili: vt not. Inno. in c. i. co. tit. lib. vi. Et quod magis nature negotij de quo agitur conuenit. l. ij. ff. de testib. & in q. qui si testes.

¶ Casus consilij sequentis.

Casus talis est. magnificus dñs

Joannes dux arragonie duxit in vxorem magnificam dominam Timborem de capraria, filiam dñi Bernar. de Capraria: dicto dño Bernar. consentire nolente sed reluctante quantum in eo fuit, consensu tñ olim consanguineorum, & affinium, nulle dotes fuerant sibi constitute preter promissionem per eandem dominam Timborem de omnibus actionibus contra suum genitorem, seu alium competentibus nomine dotium, seu legitime in bonis paternis & maternis dicto dño Joan. loco dotis facta. Deinde dñs Ber. Jo. de capraria filius legitimus & natu alius dicti dñi Bernar. vigesimum sue etatis annum excedens dicto suo genitore adhuc viuente, promisit dicto dño Joa. dare & consignare nomine dotis sororis sue. xviij. mil. flo. arrogancn. & antequam pater eius obiret, & ipsius hereditatem adeptus fuerit, & de hac promissione fecit scripturam manu sua scriptam cum tenta subscriptione, iuramento, & sigillo ipsius dñi Bernar. Joannis roboratam. ¶ Mortuo postmodum dicto dño Bernardus genitor, adipiscitur filius hereditatem, & interpellatur, vt iuxta promissionem suam debeat dotem sorori promissam soluere, & consignare, qui refugit soluere, duas vel tres causas allegans. ¶ Primo quia dicta dña Timbor ipsius soror perdidit omne ius sibi de dote competens, cum nupserit patre ipsius inuito. ¶ Secundo, quia cum dicta dña Timbor cum olim viuente patre tenuerit, & administrauerit certo tempore comitatum regni sicilie, recipiendo redditus & prouentus dicti comitatus, debet ante omnia administrationem de receptis reddere. ¶ Tertio respectu obligationis propter se respondit fuisse minorem, & deceptum. Negantur omnia per partem aduersam & petitur quale ius competat dicte domine Timbori aduersus dictum fratrem suum. Queritur insuper nunquid habet aliquod ius in dotibus maternis, cum mater decesserit ab intestato relictis sibi tribus filijs: videlicet dicto domino Joanne Bernar. & dicta domina Timbore & quadam alia domina Sabena.

¶ Consilium. xij.

1 Pater compellitur dotare filiam ex iudicis officio.
2 Statutum an valeat quo imponitur pena contrahenti matrimonium cum filiofa. sine consensu patris.
3 Matrimonium pertinet ad forum ecclesie.
4 Statutum per quod impediretur matrimonium ad tempus non valet.
5 Administrator quilibet negotiorum gestorum tenetur reddere rationem administrationis.

Ut clare materia thematis liqueat, octo dubia elicio. ¶ Primum nunquid dicta domina Timbor nubendo contra voluntatem patris perdiderit facultatem dotis petende. ¶ Secundum dubium presupposito quod non, nunquid illa petitio seu iudicis imploratio que competebat contra patrem competat hodie contra fratrem qui successit patri in comitatu. ¶ Tertio an dicta domina Timbor possit petere legitimam in bonis patris sibi debitam iure nature, & in quibus bonis, intelligendo quod velit desistere a petitione dotis constituende ex bonis paternis. ¶ Quartum dubium quid de dotibus maternis. ¶ Quintum dubium nunquid possit petere legitimam iure nature vna cum dote sibi promissa a fratre: & si frater teneatur de bonis suis ratione sue obligationis dotem prefatam soluere. ¶ Sextum an dicta dña Timbor teneatur reddere administrationem de redditibus comitatus ex quo pater non petijt administrationem in vita: & ipsam oportuit gentes armigeras ad defensionem dicti comitatus gerere. ¶ Septimum dubium si legitima non sufficit ad dotis constitutionem secundum dignitatem mulieris, presupposito quod frater non teneatur ex sua obligatione, quia minor, nunquid possit compelli ad dotandum secundum dignitatem ipsius dñe: quia frater successit in comitatu. ¶ Octauum & vltimum an dictus dominus Jo. valeat in effectu se a sua obligatione iurata liberare vigore minoris etatis, petendo saltem absolutionem a iuramento. ¶ His discussis lucide patebit, & videbitur quale ius competit ipsi dñe Timbori aduersus fratrem. ¶ Uenio ad primum, & videtur primo quod non possit petere dotem, cum nubendo sine consensu patris efficiebatur adeo ipsi patri ingrata, vt ab eo exheredari possit. C. de inoffic. testa. in auth. & si post. & in corpore vnde sumitur, vt cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum. versi. si vero. Et hoc ius ciuile videtur in effectu approbatum per ius canonicum. vt in c. honorantur. xxxij. q. ij. vbi dicitur quod non est virginalis pudoris querere maritum: sed cure paterne hoc relinquendum est maxime cum per hoc consulatur ipsis mulieribus sepe contra propria comoda laborantibus propter sexus infirmitatem: nec potest de patre conqueri quod eam nuptui non tradiderat: ex quo tunc etatis annum. xxv. non excesserat. vt in d. auth. & maxime videtur quod dotem petere non possit: quia cum pater teneatur dotare filiam ex prouisione iuris ciuilis: vt. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & l. fi. C. de dotis promis. potuit illud ius lucrum seu prouisionem ab eo inductam certis ex causis maxime honestis subtrahere, etiam in accessorijs ad matrimonium ad hoc

1 . gl. no. in c. cum sim legem. de here. li. vj. ¶ † Item pater compellitur dotare filiam ex iudicis officio, vt reperiat cui nubere possit: vt in dictis iuribus. no. Bar. in l. obligamur. ff. de actio. & ob. ergo ex quo nupta est, deficit non remedium dotis petende cum cesset iuris ratio: vt no. Bar. ponit post alios in d. l. obligamur. ff. de actio. & obli. Ad idem & ratio, & iura ad dotem constituendam filie compellunt patrem: quia nullum remedium competit filie patre viuente, in bonis patris. que ratio cessat patre defuncto, cum habeat, seu habere possit legitimam iure nature: qua sine causa a patre priuari non possit. l. scimus. & l. quam in prioribus. C. de inoffic. test. & de test. c. raymutius. & c. raynaldus. & in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum. preallc. ¶ Sed predictis non obstantibus puto sic dicendum, quod aut dicta dña Timbor nupsit post. xxv. annum etatis sue, & nulla ingratitudine etiam de iure ciuili notari potest. in auth. preallc. aut ante illam etatem & pater pro hoc expresse non exheredauit eam: sed eam sustinuit etiam pretereundo eam in testamento & adhuc non potest per heredem filie ingratitudo obijci, vno testamentum euacuare potest ex preteritione: de quo tamen dicendum: vt leg. & no. in l. omnimodo. C. de inoffi. testa. & in d. auth. vt cum de appel. cog. §. si autem hec obseruata non fuerint. ¶ Sed dubium imminet quid si pater eam expresse ob hanc causam exheredauit, & hoc casu arbitror illam causam non esse sufficientem, cum de iure canonico matrimonium debet esse liberum ab omni coactione & pena. c. cum locum. & c. requisiuit. de spon. in c. gemma. cum ibi no. de spon. & in c. pe. & vlti. & quod in eis no. de secun. nup. Ex prouisione iuris ciuilis nedum impeditur libertas matrimonij in expectando consensum paternum. quod imo prestatur causa mulieribus ad fornicationem committendam cum non possint matrimonialiter coniungi saltem vsque ad. xxv. annos, sine ingratitudinis iudicio. Et pro hoc optime faciunt no. Joa. an. in c. statutum. de here. li. vi. vbi format questionem.
2 † Nunquid valet statutum, quo imponitur pena contrahenti matrimonium cum filiofamilias sine consensu patris: & post multa concludit quod non: quia per hoc statutum intimidatur matrimonium, & impeditur libera
3 facultas illud contrahendi ¶ † Item quia matrimonium, & eius causa ac ipsius dependentia pertinet ad forum ecclesiasticum cum sit sacramentum maxime in ecclesia. c. debitum. de biga. c. tuam. de ordi. cog. & capitulator. qui fil. sint legiti. ergo non potuit ius ciuile seu statutum laicorum super eo disponere. arg. in l. fina. ff. de iurisdi. om. iudi. c. vt animarum. de consti. lib. vi. ¶ Uidemus enim ob hanc causam multas ciuiles leges esse correctas. xxx. q. ij. c. vno. & quod in eis no. & per doctores in dicto. c. penul. & vlti. de secun. nup. Et per Hostie. de sensi. consi. xxxv. vbi dicit, quod cum matrimonium sit vnum de septem sacramentis, debet cum accessorijs & dependentibus regi et disponi a iure diuino & canonico, & non ciuili: nec tenent leges que requirunt consensum patris, vel quod rector prouincie non possit contrahere cum prouinciali, vel tutor cum pupilla. & similes. Ad idem gl. no. in c. de puellis. §. quibus verbis. xxxvi. q. ij. que dicit non esse standum legibus, que prohibebant matrimonia contrahi inter raptam & raptorem. Nec parendum etiam legi: quia cum de iure canonico licite inter tales contrahatur matrimonium. de rap. c. cum causam. cessare debet interdictio legalis, & omnis pena apposita. Et si quis recte inspexerit, dicet hoc non esse contra legem ciuilem. Nam in his huiusmodi spiritualibus, & accessorijs intelligenda sunt iura, que dicunt quod leges non dedignantur sacros canones imitari. in c. clerici. de iudi. & in authen. vt clerici apud pro. episcopos. §. penulti. videtur ergo legis dispositio tunc reuocare sententiam, si canon dicat contrarium ad hoc quod no. in regula, possessor. de regu. iur. lib. vi. & Jo. and. in regula, sine culpa. eo. tit. & hoc in mercu. Quid plura de hoc est gloss. ordinaria super. c. si. xxxij. q. ij. & in c. de raptoribus. xxxvi. q. i. & in vtroque loco volunt quod licet filia nupserit sine consensu patris, nihilominus tenetur pater eam dotare per. d. l. & per aliquas rationes predictas, saltem vbi filia, non eligit se indignum. hoc etiam voluerunt ibi Archid. & alij. & Bart. in d. l. obligamur. ¶ Limita tamen hoc quando filia promisit dotem non valens aliter nubere: quia si inuenit aliquem cui nupsit sine dote, cessat legis prouisio: & tenendo hanc limitationem Bart. adhuc habemus intentum in casu nostro, cum dominus Joa. dux arra. noluit eam recipere sine dote: imo recepit promissionem seu cessionem eidem dñe in hoc competentem, vt supra premittitur in narratione facti: ergo in hoc dubio quod dicta domina Timbor ex contractu matrimonij maxime interueniente consensu necessario, licet patre resistente, non perdiderit ius sibi competens ad legitimam post mortem patris vt. l. dicam, nec dotem a patre petendam seu ab alio secundum iuris permissionem, cum nupserit persone dignitate ac moribus dignissime, vtpote dicto dño Joanni. ¶ Non obst. l. contraria. §. allegata. ad iura enim ciuilia satis supra responsum est. Ad c. honorantur. respondetur quod loquitur de honestate, & non de necessitate: vt ibi not. in c. ij. eadem causa & q. per gloss. & doct. in c. i. de spon. in princi. ¶ In istis enim spiritualibus consensus patris de necessitate non est requirendus. in c. si annum. de iudi. lib. vi. & in d. c. sufficit. Nec valet statutum per quod etiam ad tempus impediretur libertas matrimonij. in d. l. penult. & vlti. de secun. nupt. Nam & ibi patet, quod non potuit lex impedire matrimonium etiam infra annum luctus, licet subesset causa honestissima, vt ibi nec ex pena apposita vt ibi fortius nec debet tenere in casu nostro. vbi impedit apponendo penam, in tardando matrimonium per penam ingratitudinis a tempore pubertatis, id est a. xij. anno vsque ad. xxv. vt. d. §. aliud. versi. si vero. Non obst. glo. in d. c. cum secundum. quia aut non bene dixit, & contrarium tenet glos. decreti in d. §. quibus verbis. aut procedit solum quando tollit solum lucrum per legem delatum: & ita propter

ita proprie loquit̄ sȝ in casu nostro imponit̄ pena, cū dos in muliere ceruseat patrimoniū: vt. l. iij. ff. de mino. ⁊ succedit sibi loco, alimentorū, iuxta no. in c. cū haberet. de eo qui dux. in ma. Item legitima debet̄ iure naturę, scȝ quātitas seu quota determinata per legem ciuilem. iuxta no. in c. Raynal. de test. ⁊ p Dy. in regula indultū. de reg. iur. lib. vj. iaco si licet patri ex eo q̄ filia nupsit sine licētia exheredare filiā ⁊ denegare dotem, iam maximā penam imponeret. ⁊ sic timore huius pene tolleretur saltē a. s. tps libertas matrimonij: pene autē appositio non vȝ in hoc, vt illam ex glo. volut. ¶ Ad vltimū cōtrariū satis posset dici, q̄ si licentia sibi data est sufficiens ad dotē constituēdā sibi iuxta dignitatem suam, nō pōt agere cōtra fratrē quasi heredē patris ad constituēdā sibi dotē q̄ cessat hoc casu legis ratio. cōpellit enim patrē ad dotandā filiam, vt inueniat cui nubere possit. iuxta no. per Bar. in d. l. obligamur. que rō cessat mortuo patre, cū cōpetebat sibi ius legitime. ⁊ pōt dotē sibi cōstituere. cessat enim remediū extraordinariū, ex quo competit sibi ordinariū. Nec dȝ habere ex bonis paternis dotem ⁊ legitimā. vt in auth. ex testā. ⁊ l. filie. C. de colla. Et hoc quo ad primū dubiū, ex cuius excussione remanet declaratū scdm. ¶ Uenio ad tertiū nūquid dicta dn̄a Timbor possit petere legitimā, ⁊ in quib⁹ bonis ⁊c. Et breuiter dico qd̄ legitimā petere poterit, si aliud non obstat, vt pȝ ex his q̄ dixi in primo dubio ¶ Sȝ est dubiū ex q̄bus bonis debet̄, cū ipsius genitor h̄eret comitatus, ⁊ alia castra, ⁊ bona mobilia. Hec qd̄ satis decidit̄ ex no. per Jo. an. ⁊ alios in c. lȝ. de voto. ¶ Sciēdū est enī q̄ Regnū, ducatus, Marchionatus, ⁊ Comitatus non diuidunt̄ inter filios premortui: sed deferunt̄ ordine geniture propter bonū publicū, vt vnus sit princeps. Nā multitudo principum noxia est attestante philosopho, ⁊ ordine nature vnus dȝ esse princeps. vij. q. i. in apibus. nec diuidunt̄ dignitates, cum sint indiuisibiles. Restat ergo q̄ debeāt deferri recto ordine primogenitis exclusis aliis filiis: vt p̄bat̄ in c. lȝ. ⁊ hoc approbat̄ consuetudine, ⁊ iure diuino, ⁊ humano. ⁊ plene. no. per Old. cōsi. xcvij. Ad idē q̄ habet̄ in libris feud. de feu. non alie. in c. imperialē. §. preterea. vbi dicit̄, q̄ predicte dignitates nō debent diuidi de comitatibus: ergo non dȝ dotari dicta dn̄a Timbor, vel habere legitimā: sed dȝ relinquere primogenito loco suo legitime. Nam defertur regnum siue comitatus iure hereditario, vt plene disputatur. vt concludit Oldr. in predicto cōsi. de reliquis vero bonis mobilibus ⁊ immobilibus habere dȝ legitimā suā vna cum alia sorore. ⁊ hec legitima erit scdm̄ iis, distinguendo vtrum fecerit testamētū vel ne. in auth. nouissima. C. de inoffic. test. ⁊ l. qm̄ in prioribus. ⁊ l. feminas. co. tit. Nec est fienda distinctio in istis bonis inter filios masculos ⁊ feminas: vt l. maximū vitiū. C. de libe. prete. in auth. de here. ab intestato ¶ Ex his infertur ad quartū dubiū, quid de dotibus maternis, r̄ndēdū est de dotibus maternis: debent enim de iure cōi oēs tres filij equaliter succedere cōi matri: nec dictus Bernar. Joannes dȝ esse potior: quia vt dixi sublata est hodie in hoc differentia sexus, ⁊ qualiter oēs succedunt in predictis iuribus, vt in auth. in successione. C. ad tertu. ¶ Ad quintum dubium nunquid dicta domina Timbor possit petere legitimā iure nature debitā, ⁊ dotē sibi a fratre liberaliter promissam, nō insistando multum in allegationibus, credo q̄ sic. moueor p tex. no. in l. vna. §. accessit. cū seq. C. de rei vxo. act. vbi dicit̄, q̄ si extraneus promittit, vel tradidit dotē p muliere, videtur eā sibi donare de suo patrimonio. Et dicit̄ extraneus quantū ad hoc quilibet qui non habeat dotandam in potestate vt ibi singulariter habet̄, q̄ procederet etiā si sit alias debitor mulieris, dūmodo mulier negotia eius non gerit: vt not. dicit Barto. post glo. in l. fin. C. de do. promis. Cum igitur dictus dn̄s Joan. Bernar. frater dicte domine Timbor sororis sue tēpore promisse dotis negotia nō gereret, nec esset dicta dn̄a Timbor in eius potestate, videt̄ dotem promisisse de suo patrimonio futuro animo donandi: ⁊ maxime in eo fienda est hec interpretatio, qui debebat solus succedere in comitatibus paternis, sororibus expulsis. facit quod in simili not. in l. cum quid. ff. si cer. peta. q̄ proprium nobiliū ⁊ comitū est donare: vt not. in c. ij. de supplen. negli. prela. lib. vj. ⁊ in c. i. de dona. maxime suis necessariis ⁊ consanguineis. lxxxvi. dist. non satis. c. ⁊ si questiones. de simo. potest igit̄ de iure petere dotē a fratre tanq̄ sibi donatā, ⁊ legitimā i bonis paternis ⁊ maternis iure proprio. Nec obstat si dicatur dictum dn̄m Bernar. Jo. promisisse dotē, cū fuerit adeptus hereditatē paternā. ⁊ sic effectus p̄missionis fuit destinatus ad tps quo gesturus erat negotia sororis: igit̄ perinde dȝ esse ac si tūc promisisset: vt. l. q̄ sponse. ⁊ qd̄ ibi not. C. de dona. an̄ nup. ⁊ c. de vxore. de sepul. Dico enim q̄ necessario infertur q̄ post mortē patris deberet gerere ⁊ administrare bona spectātia ad dictam suā sororē: cum non possit frater inuita sorore capere oia bona cōia patris: ⁊ sic non p̄bat hoc esse, qd̄ ab hoc cōtingit abesse. l. neq̄ natales. C. de prob. ⁊ in c. ij. de transla. episco. nō igit̄ vr̄ sensisse cum haberet possessionē comitatus: q̄ tēpore p̄missionis nil habebat, cū esset filiusfamilias: ⁊ si diceret̄: non poterat iste se obligare, cū esset minor: filiusfamilias, vel saltē pōt petere restitutionē in integrum. r̄ndē prout. s. dicam in vltimo dubio. ¶ Sed huic conclusioni obstare vr̄. l. filiusfamilias. ff. ad macedo. vbi dicitur q̄ si filiusfamilias recipit pecuniā mutuā pro sorore maritanda agit̄ contra patrē actione de in rem verso: q̄ patri acquirit̄ actio dotis soluto matrimonio. ⁊ sic vult q̄ nō videatur filius dedisse de suo. Sȝ respōdeo q̄ illa lex loquit̄ qn̄ filius dedit dotē gerēdo negotiū patris. Sed hic illa ratio cessat, cū promiserit dare dotem post mortem patris, ⁊ sic vr̄ promisisse post mortē patris: quia ad idē tempus cōferebat̄ effectus obligationis: vt. d. l. qd̄ sponse. ¶ Capio iam sextū dubiū, nunquid dicta dn̄a Timbor teneat̄ reddere rationem administrationis ⁊c. Et vr̄ p̄mo q̄ sic: q̄ quilibet administrator seu negotiorū gestor tenet̄ reddere rōnem administrationis sue: vt. l. i. §. officio. ⁊ qd̄ ibi not. ff. de tute. ⁊ ra. distr. ¶ In cōtrariū facit, q̄ filia est quasi domina viuente patre. §. sui. insti. de here. qua. ⁊ diffe. ⁊ in l. in suis. ff. de lib. ⁊ posthu. non igit̄ dȝ teneri ad rationem reddendam. sicut extraneus administrator. arg. in l. ij. ff. re. amota. quid dicemus ¶ Ego quidem cōsidero in hoc dubio tres casus. Primū cum certū sit aliquid ex redditibus comitatus apud eam fuisse tēpore mortis patris, ⁊ p̄fecto illud qd̄ veniet in diuisione patris illud veniet in diuisione hereditatis diuidende, ex quo nō probat sibi relictū fuisse a patre. Nec sufficit qd̄ pater nihil dixerit in vita: q̄ ex quo prouenit ex substantia paterna, venit ad diuisionem, nisi probet̄ relictū: hoc probat̄, in l. filie licet in sacris. C. de coll. ⁊ l. cum op̄ȝ. post prin. ⁊ maxime iūcta gl. C. de bo. que lib. l. certum. C. fam. hercis. Et optime probat̄ p locū a speciali. in d. l. cum op̄ȝ. §. fin. autē res. vbi in bonis aduēticijs quorū vsusfructus acquirit̄ patri, vt si pater noluerit possidere, sed voluit penes filiū cuius est p̄prietas, esse, ⁊ nihil dixerit in vita, non p̄nt heredes patris questionē de illarū rerū vsufructu filio facere, cum pater ex illa diuturna patientia vr̄ vsumfructum filio donasse vt ibi: ergo in aliis bonis non aduenticiis sed paternis: secus est ad hoc q̄ ibi gl. no. post prin. ⁊ in dictis iuribus superius alle. ¶ Secundus casus est qn̄ probat̄ aliquid puenisse ad dictā Timborem: sed cōstat illud cōsumptū viuēte patre. ⁊ tunc non tenet̄ deducere in diuisione: q̄ desiit esse peculiū. pro hoc dicta. l. filie lȝ in sacris. iuncta gloss. vlt. ¶ Tertius casus qn̄ probat̄ certū quid ad eam peruenisse viuente patre: nūquid presumat̄ affuisse tēpore mortis patris: vt sic cōputet sibi in legitimā: ⁊ pōt satis dubitari: satis enim puto q̄ si allegat cōsumptionē, teneat̄ ostendere in quam causam cōsumpsit. arg. optimū in. d. l. cū op̄ȝ. ver. sed in hac specie. vbi speciale statuit̄ in patre, q adminstrat bona aduētitia filij, quorū vsusfructus sibi querit̄, vt nō teneatur reddere rōnē. sec⁹ ergo i filio q nō facit suū vsumfructū vt debeat reddere administrationem in bonis paterna. Si ergo speciale est ibi in patre ⁊ p̄pter liberā administrationē quā habebat in bonis aduentitiis: secus ergo in filio respectu bonorū paternorū. Ad idē dict⁹. §. fin. aūt res. arguēdo etiā per locū a speciali: vt. s. fact. l. tres fratres. ff. de pac. ⁊ l. si soror. C. de colla. puto tamē q̄ non est ab ea exigenda ista stricta ratio sicut ab extraneo rōne cōsanguinitatis: sȝ satis est q̄ generaliter ostēdat quātū potuit verisimiliter expēdere in stipēdiariis. ¶ Itē pro curia sua ⁊ similib⁹, nec tenet̄ ostēdere specifice quātū expēdebat in die in camb⁹, vel similib⁹ rōne p̄dicta. Nec op̄ȝ p̄ducere testes, sed sufficit q̄ verisimiliter sumptus fecit: vt in simili not. Inn. in c. cū ⁊ plantare. de priuilegi ¶ Septimum dubium fuit si legitima non sufficit ad dotandā dictā dominā Timborē s̄m dignitatē suā: nūquid teneatur dictus dn̄s Bernardus Joānes ad dotandā eam, q̄ frater. ⁊ q̄ successit in comitatu ⁊ p̄sumptio est: q̄ ipse ex obligatione sua nō teneatur. In hoc dubio breuiter cōcludo ad ptē affirmatiuā. s. q̄ teneat̄ duplici vinculo. primo q̄ heres patris. capit enī comitatus iure h̄editario: vt. s. dixi quēmadmodū ergo ipse pr̄ ad hoc tenebat̄: vt dixi in primo dubio, ⁊ ipsius heres. ad hoc. l. postulante. ⁊ qd̄ no. ff. ad treb. ⁊ l. q̄dā sunt persone. §. nihil interest. de eden ⁊ l. veteres. C. de cōtrahen. ⁊ comit. stip. Ad idē q̄ no. Jo. an. ⁊ Hostien. in c. licet. de voto. vbi dicit q̄ lȝ primogenitus solus succedat in comitatu, nō tn̄ per hoc debent alij filij mendicare: sed est eis per primogenitū tn̄ tribuēdū vnde viuere possint. Ang. in l. i. ff. de tute. ⁊ ra. distra. post princi. si ergo teneat̄ alere, ergo ⁊ feminam dotare. cum par sit dotis causa ⁊ alimentorū. vt not. Cyn. in l. non omni. C. de admi. tuto. ⁊ not. in l. si quis a liberis. ff. de libe. agno. tenetur ergo dictus Bernar. Joannes dotare dictā dominam Timborem tanq̄ heres patris si nō sufficit sua legitima, ⁊ si non h̄ȝ aliunde bona. ¶ Secundo capite tenetur tanq̄ frater ⁊ hoc in quantū dicta domina Timbor nō habebat vnde se dotaret: vt leg. ⁊ not. in l. cū plures. ff. de admi. tu. ⁊ per gl. ⁊ Cy. in. d. l. nō oi. vtilius est ergo dicte dn̄e Timbori inquantū sua legitima non sufficit: ⁊ in casu quo dictus dn̄s Bernardus Joānes nō sit idoneus, vt tā tanq̄ cōtra heredē patris quā tanq̄ cōtra fratrē rōne p̄dicta agat. ¶ Ultimū dubiū fuit vtrū dictus dn̄s Bernardus Joannes valeat se aliquatenus ab illa obligatione dotis soluēde liberare, petēdo saltē absolutionē a iuramento. Et certe in isto articulo posset multū dubitari propter ea que habent̄ ⁊ no. in c. cū contingat. de iureiur. ⁊ in auth. sacramenta puberū. C. si aduer. ven. ⁊ in l. si quis pro eo. ff. de fideius. ⁊ plenissime dixi in quadam mea disputatione que incipit, stante statuto ⁊c. Sed hic transibo leuiter attingēdo solum decisiue hūc articulū. Et primo dico dictū dn̄m Bernardū Jo. obligatum ex illa sua promissione. Primo per l. filiusfamilias. ff. de act. ⁊ obli. ⁊ ad macedo. l. si filiusfamilias. §. i. vbi patet filiūfamilias obligari regulariter ex cōtractu, vel quasi, ex quo nō recipit pecuniā mutuo: maxime hoc casu vbi effectus contractus relatus existit ad tps quo futurus erat suimet iuris. l. in tps. ff. de heredi. institu. nec obstitit minoritas: qd̄ iuramentū representauit cum maiorē: vt. d. auth. sacramēta puberū. ⁊

c.i.de deli.puer. Nec pōt petere restitutionē in integrum rōne minoris etatis: qꝛ non cēsetur, ex quo interuenit iuramentum, vt in.d.auth. sacramenta puberū. cū ibi no. eo qꝛ interueniēte iuramēto propria non competit restitutio, lꝫ ex ea quādo. ꝑ tīacabsolutio: vt notabiliter dicit Inno. in.c.ꝟ.de iureiur. Sed interueniente iuramento alterius bn̄ daꝛ minori restitutio in integrū: vt.l.ii.ꝛ postea.ff.de iureiurā. Aliqd aūt debeat petēdo absolui ab illo iuramē.to possent multa allegari p̄ ꝛ ꝺ. ¶ Sed in hoc casu credo eē non audiendū, cū hoc iuramētū nullam cōtineat turpitudinē ex parte iurātis, vel ex parte recipiētis. Nō enim est turpe, vt q successurus erat in duobus comitatibus promitteret dotem.xviii.mil. flo.aragonensiū p sorore sua. Nec recipit soror turpiter obligationē, cū excludatur a successione illarū dignitatū: vt.ꝟ.dixi. Et qꝛ ppriū ē̄ nobilium dotare maxime suas, ꝛ domesticis: vt in iuribus preallegatis. Ergo hoc iuramentū necessario est seruandū per eū. ꝛ papa non posset absoluere a iuramēto licite piciuo cā nā existēte, cū iuramentū sit de iure diuino vt no. Inn.c.cū in contemplatione.de reg.iur.ꝛ gl.ꝛ doc.in c.authoritate.xv.q.vi. facit gl.in.c.nō est.in ver.authoritate.de voto.ꝛ tex.in.c.ꝛ ii christia.de iureiur. Nec est hic aliqua deceptio maxime re ipsa: vel ex pposito.ita ꝙ cōcludat dolū etiā ꝑsumptū.ar.l.oēs.ꝟ.lucius. ff.de his que in frau.cred.ꝛ.l.creditor.ꝟ.lucius.ff.man.ꝛ.l.qui testiū.de proba.ꝛ.l.si quis cū alter.ff.de ver.ob.quo casu rōne minoris etatis ꝛ enormis lesionis posset forte peti absolutio a iuramento: vt no.per aliquos in.d.c.cū cōtingat.ꝛ in.c.ꝟ.de pac.lib.vi.ꝛ facit.c.i.de iureiu. Dico tn̄ ꝙ hic non est talis deceptio: ſꝫ nulla si cōsiderenꝛ qualitas promittentis ꝛ illius cui facta fuit promissio, ꝛ tps pmissionis, ꝛ cōiunctio strictissima inter eos: que cōsiderāda sunt in qualibet donatione: vt in.c.ꝛ si qn̄ca.de simo.c.magne.de voto.facit.l.si seruus cōis.ff.de dona.inter vir.ꝛ vxo.ꝛ qꝺ not.in.d.l.cū qui.ff.si cer.pet. Nunquid aūt huic petitioni dotis hꝫ obstare illa exceptio, vt prius reddat rationē de administratione bonorum paternorū, credo quod nō. cū hoc casu non agitur iudicio famil.ercis.quo casu haberet locum.l.filie ꝫ in sacris.C.de colla. sed ex propria promissione ipsius domini Bernadi Joannis. ꝛ de non liquido ad liquidum non fit compensatio.l.fi.C.de compen.cū ibi no. maxime cum hec questio de administratione non posset infra tantum tempus expediri, quo dicta promissio erat mandanda executioni iuxta no. per Bart.in.l.aufertur.ꝟ.qui compensationem.ff.de iure fisci. Nec obst. ꝙ obligatio fuit redacta in scriptura priuata: satis enim quod possit fieri fides quod fuerit dicti domini Bernardi Joannis iuxta materiam.l. comparationes.C.de fide instru.ꝛ.l. scripturas.C. qui po.in pig. habe. maxime cū hoc sit sigillū ipsius: vt per Inno.in.c.ꝟ.de fide inst.casus in c.tertio loco.de pba.ꝛ maxime in casu nostro vbi agitur de re fauorabili ar.l.i.ꝟ.accedit.C.de rei vxo.act.cum ibi no. ¶ Ex omnibus ergo predictis concludo dictā dominam Timborē posse petere tertiā partē in bonis paternis, vel tertiam partē habita diffinitione predicta, siue valeat testm̄ conditum per patrē vel nō. ¶ Item dotem sibi promissā a fratre. Item quod in casu quo dictus frater suus nō reperiatur obligatus nomine proprio, legitima sibi competens in bonis paternis non sufficeret ad eam dotādam ſm conditionē persone sue pōt agere cōtra fratrē tām quam cōtra heredem patris ad dotem complendam, sicut tenebaꝛ ipse pater: pōt etiā compelli tanquam frater vbi omnia remedia sibi deficerent, vt plene patet ex predictis.

¶ Consilium.xiii.

1 ☞ Equitas in dubiis semper est obseruanda.

Casus est qdā mulier simul habens masculum ꝛ feminā ex viro premortuo, nupsit scḋo viro ex quo suscepit duas filias, quo superstite diem suū clausit extremum prius condito testō, in quo in oībus bonis suis tam in preslegando, quā instituendo omnes filios tam primi quam scḋi matrimonii equales fecit: preter quamin quarta parte bonorum suorū. nā inter viuos per prius contulerat filiabus secundi matrimonii. post mortem dicte domine omnes filie, ꝛ filius masculus immiscuerunt se pariter cū bona concordia hereditati exigendo multa debita hereditaria, ꝛ vendēdo aliqua bona, et capiēdo quisque portionē pro rata institutionis, ꝛ prelegati. Nunc filius primi matrimonii vult excludere a successione sororē suā plegatariā ꝛ cōsanguineā vigore statutorū. De qbus oritur pugna iuris. Et primo videꝛ dūtaxat filiū debere succedere in totū dicte matri exclusa sorore. qꝺ videꝛ pbari iunctis duobus statutis, illo vꝫ sub rubrica qꝺ mulieres habentes ꝛc. ꝙ incipit, si qua mulier dotata a patre 1
qualis fuit dicta soror cōtra quā agitur nō pōt succedere matri ab intestato quādiu supersit filius masculus ex ea. sed hec mater defuncta vi 2
detur in effectu decessisse ab intestato respectu triū partiū bonorū suorū vt colligitur ex scḋo statuto superius alle. vbi dicitur. ꝙ mulier habēs 3
filios vel filias nō possit relinquere vel donare vltra quartā partem bonorū suorum: sed de quarta parte possit disponere in preiudicium filiū 4
masculi. p hoc facit rubrū illiꝰ statuti, ꝛ licitū ē ꝺ rubro arguere, ex quo aperte non cōtradicit nigro: vt no. plene per Jo.and.in addi. Spec. in ti.de dispu.ꝛ alle.in fi.ꝛ per glo.de peni.dist.i.ꝟ.hec aūt verba.ꝛ.C. etiā ob chiro.pe.pi.ret.po.sup rubri.ꝛ.C.ne fideiuss.dot.den.ꝛ.l. vnā.C.de ꝑsc.qui in vrbe cōstan.lib.xii cū multis simi. Item ratio statuti excludentia filias dotatas a successione fuit, vt conseruaretur dignitas agnationis ad hoc.l.i.ꝟ.licet nisi ersus.ff.de ven.inſp.ꝛ.ꝛ per Bar.in.l.ii.C.que sit lon.consue. Sed certe hec eadem ratio non videtur fuisse in secundo statuto. vt mulier nō possit disponere vltra quartā partē, ꝛ ꝙ reliquae tres partes diuidatur inter filios pro rata: ergo satis est ꝙ mulier disposuerit inter viuos de quarta parte: de tribꝰ ergo partibꝰ non poterit disponere aliquid vt in rubrica statuti: ꝛ per consequens videtur decessisse in illis ab intestato.arg.in.l.i.ff.de here.insti. ¶ Sed his non obstantibus que si bene ponderentur non obstant, contrarium puto de iure verius. Et primo hec soror habet intentionē fundatam pro se ex testamento, cum fundamento iuris communis.in authentica.vt cum.de ap. cog.ꝟ.aliud quoqꝫ capitulum.ꝛ.C.ad orfi.l.si qua illustris ¶ Videamus ergo nunc an statuta predicta eam excludere velint. Et pro parte negatiua, primo induco omnia statuta fere que loquūtur super hereditate decedentis ab intestato, ꝛ reseruāt dispositionem voluntariā patris vel matris: ergo ipsa muliere disponente poterunt filie succedere cum masculis.ar.in.l.cum pretor.ff.de iud.xxv.dist.qualis.de presump. nonne.ꝛ.l.commodissime.ff.de libe.ꝛ posthu.ꝛ maxime, quia iura alterius qua non debent corrigi inquantum reperiuntur posse.C.de sp.l.precipimus. nec per subauditiones debet induci legis correctio: vt no.glo.in c.cupientes.ꝟ.ceterum.de ele.lib.vi. vnde statuta ne corrigatur ius commune deberent strictissime intelligi, ꝛ restringi quantum fieri potest.de iureiu.in nostra facit.c.i.ꝛ.ꝟ.de fil.presby.lib.vi. nec per similitudinem rationis deberit extēdi.l.qꝺ vero contra rationē.ff.de legi per Bar.in auth.quas actiones.C.de sac.san.ec. Nec obstat illud statutū superius allegatū, ꝙ vellet tollere mulieri dispōdi facultatē de tribꝰ partibꝰ, qꝛ si bene pōderaꝛ, nō ob. Dicit enim ꝙ mulier habēs filios, vel filias ꝛc. sic nō tm̄ filiū masculis voluit prouidere, sed etiā feminis. Item non tollit simpliciter ptātē disponēdi de tribus partibus: sed cū limitatione si de sua dispositione filii priuarentꝛ. Itaqꝫ tūc non pōt disponere nisi de sua parte, qn̄ filii priuarentꝛ a successione, ita ꝙ ad eos ille tres partes nō venirēt. statutū ergo voluit prohibere dūtaxat inofficiosam seu idiscretā volūtatē, seu dispositionē maternā. nō aūt voluit tollere iustam, ꝛ legibus consentaneā dispositionē, qñ disponit equaliter inter liberos. ¶ Non obstat si dicaꝛ statutū facere mentionē de masculis, tantū, dum dixit, ita ꝙ filii priuarentꝛ ꝛc. qꝛ in illis verbis femine comprehenduntꝛ, tum qꝛ masculinū comprehendit femininū in hac cōclusione fauorabili plene. iuxta no.in l.i.ff.de ver.sig.ꝛ per Archi.in.c.si qs suadēte.xvii.q. iiii.ꝛ per Cy.in.l.quicunqꝫ.C.de ser.fugi. tum quia ex quo in principio fecit mentionē de filiabus, verbum filii comprehendit etiam filiam.arg. optimum in.l.qui filiabus.ff.de lega.i. ¶ Non obstat ꝙ rubrū simpliciter dicit, ꝙ mulieres habentes filios non relinquāt vltra quartam partē. qꝛ cū his verbis disponēs loquaꝛ generaliꝰ, ꝛ magis specifice etiā assignando cām dꝫ rubrū suppleri, ꝛ intelligi secundū nigrum: vt est gl. no.in.l.i.C.etiā ob chiro.pe.pi.ret.po.ꝛ ibi no.ꝛ notaꝛ in auth.ad hec. C.de vsu.in gl.ꝛ doc.in procmio decreta.ꝛ huic intellectui fauēt quinqꝫ cōsiderationes. primo enim per hūc intellectū fauēt testō, cui valde fauendum est. vt in.c.cum dilecti.de dona.ꝛ.l.i.C.de sacrosanc.eccles.ꝛ de re iudi.c.fi. vbi tex.optimus. Secundo minus receditur a iure communi, ꝛ semper in tñ.debemus restringere verba statuti, vt minus lædant ius commune, quā possint, maxime vbi etiam versatur preiudicium: vt est tex.no.in.c.cum dilectus.de consuetu.ꝛ.d.c.in nostra ꝛ facit.d.l.qꝺ vero.ff.de legi. Tertio nō fit tanta differentia inter masculum ꝛ feminam.ꝛ sic minus committimus contra.l.maximum vitium.C.de liber. prete. Quarto filie non intantum excludentur a bonis maternis, ꝛ sic ex parte earum est fauor ex parte filie est odium, cum ipse filie tractent de non perdendo isto iure quasi naturali. ꝛ filius tractat de iure querēdo, ꝛ non est par eademqꝫ ratio lucra capere, ꝛ quesita perdere.l.si spōsus.ꝟ.si maritus.ff.de donatio.inter virum.ꝛ vxo. Quinto ꝛ vltimo, qꝛ in dubiis semper debemus sequi equitatem.l.placuit.C.de iudi.ꝛ de transact.c.fin.ff.de eo cer.lo.l.quod si ephesi.in fi. voluit ergo statutum prouidere filiis ab intestato: secus ergo quādo ipsa mater vult disponere de bonis suis equaliter inter omnes filios ꝛc. vt patet ex predictis non obstante quod supra dixi de conseruando iure agnationis ꝛc. quia in veritate non est eadem ratio, quādo decessit ab intestato, ꝛ quando vult condere testamentum quia fieret maximum preiudicium mulieri in auferendo sibi potestatem testandi. vt.l.i.C.de sacrosan.ecc. Itē obstant rationes superius allegate.

¶ Consilium.xiiii.

1 ☞ Exceptio si fiat contra appellantem ꝙ in casibus a iure non concessis apellauit, iudex debet ante omnia de hoc cognoscere.

2 Jurisdictio vbicunqꝫ negatur per obiectum exceptionis declinatorie, iudex ante omnia debet super ea pronunciare tacite vel expresse.

3 Exceptiones declinatorie si sunt vere: non tenet processus super principali, ꝛ quare.

4 Sententia vbi in vna causa parte exceptionem non debet in alia simul accumulari.

In Causa seu qstiōe vertēte inter Andreā Antonii Brettini ex vna parte Lazarum Thomasii Confanelli ex alia pte, super petitione reductionis cuiusdam laudi inter eos lati ad arbitrium

ad arbitrium boni viri, visis omnibus coram me productis hunc articu
lum, concludo breuiter illud dictarat quod quesitum extitit, an si dictus
Lazarius grauatus extitit possit habere per iudicem recursum in eo quod
ipsi Lazaro exceptionem locum reductionis ad arbitrium boni viri non fuisse, et
dictum iudice audire potuisse per dictum Andream multis causis, et max
ime lege municipali obstante dictus iudex prefixit terminum dictus partibus
ad iustificandum predictam sic pronunciauit ad vlteriora merita cause proce
cedendum saluis tamen et reseruatis vtrique parti omnibus et singulis
suis, et cuilibet earum exceptionibus et oppositionibus, que cuilibet ve
niunt reseruande, et reseruari debent, et possunt ipsis partibus et cuilibet
earum prout latius colligitur ex dictis actis, que habentur hic pro expres
sis quatenus contingant hunc articulum. ¶ Et videtur primo quod nullum
grauamen ex illa sola interlocutoria seu prefixione termini eidem Lazaro in
ferendum fuerit: quod probatur sic super qualibet exceptione incidenti oportet
iudicem pronunciare tacite, scilicet procedendo ad actum vlteriorem exceptio
ni contrarium vel expresse per suam interlocutoriam, iuxta ea que leg. et not. in
c. i. de ordi. cog. et l. i. C. de ordi. iudi. ¶ Nec refert verum iudex expres
se super ea pronunciet an tacite transeundo ad vlteriora: vt probatur in c.
ex parte. ii. de appel. et ibi per doc. et Jo. an. in c. dilecti. eo. ti. et Bar. in l.
a precedente. C. de dilatio. et ideo opus est appellare, si pars sentit se gra
uatam ex preteritione, vel actos transit in rem iudicatam, vt plene not. in lo
cis falle. ¶ Sed in casu nostro iudex statuendo terminum super meritis
cause videtur exceptionem aduerse partis repulisse. Et sic super eam
interlocutum fuisse: ergo satisfactum est iuri, nec potest dici grauare ex eo
solo quod exceptionem repulit, cum iudici sit tributa potestas repellendi vel
admittendi exceptionem que sibi repellenda videtur nec ex eo solo grauat quod
exceptionem probabilem repulit: quia potuit moueri ex iusta causa ad eam
non admittendam, expresse no. Inn. in c. post electionem. de conces. preben. ppe
si. et Jo. and. in c. super eo. el. i. de appel. hoc probatur in c. interposita. eo.
tit. vbi patet quod appellatio interposita a reiectione probabilis exceptio
nis non iustificatur eo solo probato, quod exceptio legitima fuit opposita et
non admissa. Sed oportet vt probetur veritas ipsius exceptionis. et ibi di
citur expresse quod non contingit ex alio, nisi ex ratione predicta: et ita dicam in
proposito, nisi probetur veritas. i. quod reductioni ad arbitrium boni viri lo
cus non erat, non est probatum grauamen ex illa sola pronunciatione. ¶ Secundo
clarius vr probari sic, iudex iste reseruauit partibus et cuilibet earum con
exceptiones propositas: igitur nulli preiudicauit, cum remaneat cuilibet ius suum
saluum. et quod hoc potuerit facere est tex. in c. ad dissoluendum. de desponsa. im
pub. facit c. cumana. de elec. cum ibi no. igitur etc. ¶ Sed his non obstantibus quod
vere non obstant contrarium puto. Et primo induco tex. in c. romana. §. si ve
1 ro. cum duobus. §. precedentibus. de app. li. vi. vbi dicitur, quod si contra appellantem
excipitur, quod in casibus a iure non concessis appellauit, debet iudex ante omnia
de hoc cognoscere an sic appellatione interposita sit ad eum deuoluta iu
risdictio. Ad idem quod habetur in §. precedentibus. Sed in casu denegabatur
iurisdictio. ¶ Sed exceptio. s. quod recursus fuerat factus ad iudicem i cas
su vetito a statuto ciuitatis, et sic denegatur iurisdictio, ergo prius fuit
de hoc cognoscendum quam faceret transitus ad merita cause. hec enim petis
tio reductionis est appellationis species: vt. l. non distinguemus. §. cum
quidam. ff. de arbi. no. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. et in c.
2 quintaualle. de iureiur. ¶ Secundo probatur sic. vbicunque negatur iurisdi
ctio per obiectum exceptionis declinatorie, debet iudex ante omnia sup ea pro
nunciare tacite vel expresse: vt not. per Jo. an. et alios in c. i. de ord. cog.
Nec debet ante fieri transitus ad merita cause etiam reseruatis exceptio
nibus, probatur in c. si clericus laicum. de foro compe. facit. l. si. C. de exe.
no. in c. inter monasterium. de re iud. et per Bar. in l. quidam consulebant. ff.
eod. titu. et probatur in l. si quis ex aliena. ff. de iud. in l. ij. si quis in ius
voc. vtrobique not. et per Immoc. in c. super litteris. de rescrip. et gl. in c. i. de
offic. deleg. lib. vi. et in c. romana. de penis eo. li. Sed in casu nostro op
ponebatur talis exceptio: quia declinabatur iurisdictio iudicis: ergo iu
dex grauabit non pronunciando prius super illa. ¶ Nec obstat si dicatur quod
pronunciauit tacite transeundo ad vlteriora: quia nec etiam tacite hic pronuntia
uit cum reseruauerit partibus exceptiones: et sic illa reseruatio potius no
cuit quam profuit. si enim pronunciasset expresse repellendo exceptiones Laza
ri vel tacite transeundo ad actum cognoscendi sine illa reseruatione exceptio
nis, ad videndum vtrum intulerit grauamen oportet considerare statuta et omnia
allegata per ea q. s. dixi. Sed in casu nostro non opus hoc examinare,
quia eo ipso grauauit quod voluerit cognoscere de meritis laudi prius pro
nunciato an sibi competeret iurisdictio. et hoc declaro sic, ante enim vole
bat simul cognoscere de illis exceptionibus declinatoriis et de meritis
cause simul et semel, et resultat quedam contradictio. nam ad exceptionem de
clinatoriam dicunt procedendum, et procedendo ad vlteriora dicit contra
rium. et hoc de directo est contra casum. c. exhibita. de iud. et c. tuam. de or.
cog. et c. lator. qui filii sint legi. not. tangit Feder. consi. cexxi. aut voluit
prius procedere super meritis laudi, et postmodum super exceptionibus
declinatoriis, et ordo est peruersus, et preposterus, ex cuius prouisione
vel redditur processus nullus, quia est peruersio ordinis iudiciarie cause, iu
xta plene no. in l. prolatam. C. de sen. vel saltem tribuit facultatem appel
landi, iuxta l. i. C. de ap. et no. in c. ii. de ordi. cog. Nam grauamen infert
5 partibus non modicum. tum enim exceptiones declinatorie sunt vere, non
tenebit processus super principali, ex quo iudex prius non pronunciauit

super sua iurisdictione: vt plene no. Inn. in c. preterea. de dilat. et per Jo. an.
in regula, sine possessione. de reg. iur. lib. vi. in mercu. reperirentur igitur
partes frustra litigasse: quod quantum sit graue quisque sentit. ¶ Item et tertio ob
stat materia accumulationis, de qua in l. edita. C. de eden. et l. fundi. et l.
4 fundum. et l. sed etsi. ff. de excep. vbicunque enim sententia sup vna causa parit
exceptionem in alia, non debent simul accumulari, vt in iuribus predictis. Sed sic
erat in casu nostro. nam si pronunciatur exceptioni reductionis, ad arbitrium
boni viri stare, statutum, vel conuentionem, locum non habere, obstat exce
ptio super cognitione seu in purgatione laudi. igitur etc. ¶ Et per hoc re
manet soluta prima ratio. Dico enim quod super illis exceptionibus iudex
pronunciauit etiam tacite propter reseruationem exceptionis. idem licet non graua
uerit non repellendo exceptiones, grauauit tamen in eo, quod voluit facere tran
situm ad merita cause, prius non discussis et examinatis exceptionibus de
clinatoriis. hoc expresse voluit Anto. de but. in c. exhibita. vbi dicit quod
non debet fieri talis transitus reseruatis exceptionibus. Et hoc omnes
teneat, licet fuerit varietas inter doc. nunquid processus teneat appellatione
et exceptione non interpositis, quod ibi plenius prosequor. sed hic non tango, quia
non facit ad propositum. ¶ Concludo ergo istum Lazarum fuisse grauatum
ex illa pronunciatione, et per consequens in omnibus aliis actibus postea
secutis concernentibus merita laudi: et per hoc tamen non concludo dictum
Andream fouere iniustitiam super principali. non enim fuit mihi commis
sum vt consulerem verum potuerit peti reductio illius laudi ad bonam
equitatem: sed solum verum dictus Lazarus fuerit grauatus ex pro
nunciatione iudicis: et dixi, quod sic, per predicta etc.

¶ Consilium. xv.

1 ¶ Contractus iudicandus est a principali intentione contrahentium,
quando ex vno et eodem contractu interueniunt due species contract⁹,
seu duo proportionabilia diuersis contractibus.
2 Usura non oritur ex vero contractu locationis, sed tantum ex puro
contractu mutui.
3 Usura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum.

Queritur an predictus contra-

ctus sit feneraticius, cum vltra locationem locator obligauer
it se ad mutuandum florenos decem pro tempore sex annorum
quibus locatio est duratura, et sic exequendo obligationem realiter mu
tuauit. et videtur primo quod sic. quicquid enim mutuo iungitur pacto pre
cedente, vel actione subsequente, quicquid sit, illa vsura est. xiiii. q. iii. c.
ii. et iii. quinimmo sola spes aliquid ex mutuo consequendi secuta datio
ne facit hominem vsurarium: vt euangelio Luce, mutuum dantes nihil
inde sperantes. Et transsumptiue in c. consuluit. de vsu. Sed in casu no
stro commodum reale estimabile venit ex illo mutuo, cum alias iste condu
ctor non obligasset se ad tantam pensionem constituendam: ergo est con
tractus vsurarius. cum quicquid accedat sorti ex parte accipientis, vsura
est vt iuribus predictis. ¶ Item conuentum fuit cum mutuum fuerit gratuitum,
sed animo habendi maiorem pensionem agitur etc. Ad idem facit c. si quis
obiecerit. i. q. iii. vbi dicit, quod si vendo vnum ex duobus, sine quo alte
rum non contingit, alterum censetur venditum. Sed in casu nostro non
fuisset constituta tanta pensio respectu locationis, nisi intercessisset mu
tuum: igitur totus contractus potest dici vsurarius. ¶ Sed his non ob
stantibus que videntur obstare, contrarium puto de iure verum. Et primo est
1 subtiliter considerandum, quod vbicunque ex vno et eodem contractu interue
niunt due species contractus, seu duo proportionabilia diuersis contracti
bus, iudicandus est contractus a principali intentione contrahentium: vbi autem non ap
paret de intentione, recurrendum est ad coniecturas. et hoc expresse voluit Jo.
an. in c. ad questiones. de re. permu. et Bar. in l. aristo. de dona. sentit Cy.
in l. cum te. C. de pac. inter emp. et ven. et probatur in l. tenetur. C. de act. emp. et in
l. si tibi. ff. si cert. pe. et l. quequid. de acqui. re. do. et in c. ad questiones. vbi patet
quod pro alia specie non iudicatur contractus permutationis habito respe
ctu ad speciem, que interuenit: sed potius venditio, habito respectu ad pecu
niam et principalem intentionem contrahentium. insti. de em. et ven. §. pretium. ita econ
tra, si permutaui rem meam cum tua: et quia mea plus valebat, adiecisti certam
quantitatem pecunie, non iudicatur emptio propter pretium quod venit accessorie:
sed permutatio propter species permutatas, et principalem intentionem permu
tare volentium, vt probatur in d. c. ad questiones. et no. Bar. in d. l. aristo. ita di
co ad propositum in quo in isto contractu interuenerunt duo habentia naturam di
uersam videlicet locatio et conductio, coniecturari inuenimus intentionem. debemus
ergo iudicare hunc contractum secundum intentionem contrahentium locationem et con
ductionem: et clare patet ex verbis contract⁹, licet mutuum veniat accessorie ad
seruandum ipsum conductorem, vt melius possit habitare in re locata, igitur lucrum
inde proueniens non debet attribui mutuo, sed locationi. ¶ Sed presupposito
et non concesso quod hic non appareat de mente contrahentium: tamen coniectu
ris hoc colligitur euidenter. Primo, quia antequam submitteret obligatio
mutui iam ex contractu locationis vinee, conductor se obligauerat ad af
fectum siue pensionem illam pro vinea dictarat. Nec aliquid dicitur quod ratione mutui.
Item ipsa res locata est longe pretiosior quam ipsa quantitas mutui. Item
quod fuit actum vt pecuniam mutuatam possit restituere quandocunque: nec per hoc ali
quid diminuitur de pensione statuta ratione locationis. Et hec est maxi
ma coniectura: quia respectu mutui pensio non fuit statuta: alias fuisset actum
vt soluto mutuo pensio diminueretur saltem pro parte. Item non poterat iste

locator repetere mutuũ q̃cũq̃ durãte tp̃e locationis: ergo rõne locationis fuit factum, nã potuisset repetere quandocunq;: vt est de natura mutui. ita q̃ põt dici q̃ nõ sit ex toto verũ mutuũ, seu nõ h̃z õia sua accidẽtalia seu naturalia ɔ̃ctus. Ad hoc q̃d no. p glos. in. l. si penã. ff. de verb. obli. in. d. l. si tibi. ff. si cer. pet. Quid vltra: inspiciat̃ cõsuetudo regionis in qua mediatim, quasi semp aliq̃d prestet, vt possit se inclusa regere. ad hoc de pign. c. illo vos. ɀ. l. qui femisses. ff. de vsur. ɀ. ff. de edil. edi. q̃d si nolit. §. q̃r assidua. ɀ q̃d no. Barto. in. l. nemo est q n. sciat. ff. de

dixit hoc cōiter teneri. Scōo hoc tenuit Io.gloſſator decreti.in.c.pla
cuit.el.ij.xvi.q.iij.Inno.papa doctor ſubtiliſſimus in.c.i.de in integr.
reſti.hanc opinionem ſecuti ſunt Pau.de leaza.ꝛ Jo.de lig.in cle.i. de
in integ.reſti.preallc.c.auditis. Et ibi fere oēs moderni in.c.ex ſcingit.
de trāſac.ꝛ Moſt.in ſumma de integ.reſti.§.iij.prope finem. ſenſerunt
Bal.ꝛ Bar.in.d.aut.quas actiones.vbi male ꝛ nō fideliter recitāt opi
niones canoniſtarum.probaꝛ hec opinio ratione.in nōel currit preſcri
ptio:ꝛ tamen reſtituiꝛ.C.ſi aduer.vſuca ꝛ in.l.ſi.in qui.cau.in integ.reſti.
nō eſt neceſ.no.gl.in.l.ſicut.C.de preſcrip.xxx.anno.ergo idem dicendū
in eccleſia,que fungiꝛ iure minoris in reſtitu.vt in.c.i.ꝛ.c.auditis.de in
inte.reſti.ꝛ in.c.i.ꝛ.ij.co.ti.li.vi.ꝛ in cle.vnica.eo.ti.nec vꝫ ſi dicaꝛ,illa iu
ra loqui de cōtractibus,ꝛ pſcriptionibus iudicialibus:quia non appa
ret rō ſic reſtringēdi.ſi enim aduerſus cōtractū per quem ſecuta tradi
tione transferꝛ dñium daꝛ reſtitutio:ergo fortius eſt cōcedēda aduer
ſus preſcriptionē,cū ꝯtractus ſint de iure gē.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.et
iure.ꝛ interueniāt vtriuſqꝫ partium cōſenſus.l.ſicut.C.de actio.ꝛ obli.
pſcriptio autē eſt de iure ciuili inuēta,ꝛ cauſata citra partiū cōſenſus.
Si ergo fortius vinculū ī iſſoluiꝛ:multo fortius minus forte.arg.l.au
thētica,multo magis.C.de epi.ꝛ cle.ꝛ.c.cū in cūctis.de ele.¶ Itē act⁹
iudiciales vt tenēant ſunt multū fauorabiles:ꝛ ſic ſunt,litiū finis in.ca.
finē litibus.de dolo ꝛ cōtu.ꝛ.l.quidā eſtimauerūt.ff ſi cer.pe.hinc ubi
dixit gl.no.de'ictū prelati nocere eccleſie in iudicialibus:ſed nō in con
3 tractibus.vt no.in regula.delictū plati.de regu.iu.li.vi. † Sed aduer
ſus actus iudiciales reſtituiꝛ eccleſia etiā aduerſus ſniam.vt.c.i.de in
integ.reſti.lib.vi.ꝛ.in.c.auditis.falle.ergo multo fortius aduerſus pre
ſcriptionē extraiudicialē.preterea.d.clemē.indiſtincte loquiꝛ vt aduer
ſus lapſum tpis reſtituaꝛ eccleſia:ergo aduerſus pſcriptionē,q̄ cauſaꝛ
ex tpis curſu. Et hanc partē arbitror veriorē maxime attēta ignorātia
huius legati,nā in legatis vt ſingulariter voluit Barto.in.l.i.§.ſi quis
autē.ff.de in.actu.ꝙ prima.cauſa maior eſt reſtituenda ignoranti aduer
ſus pſcriptionē.ar.illius.l.ego adduco ad idē glo.no.q̄ hoc ſenſit in.l.
pamponius.ff.de acq.heredi.¶ Non ob.qꝺ iura voluerunt eccleſie ſu
dicare per pſcriptionē,quia idē reperiꝛ in minore:ꝛ tñ conceditꝛ reſtitu
tio:nec ſequiꝛ qꝺ per hoc iura ſint fruſtratoria:qꝛ hoc falſum cum reſti
tutio debeat peti infra quadriennium.quo lapſo alia iuſta cā nō appa
rente:firma manet preſcriptio.vt i.c.i.ꝛ.ij. de in integ.reſtitu.libro.vi.
¶ Nō obſtat hoc expſſe iure non caueri:qꝛ ſatis eſt qꝺ includatur ſub
verbis generalibus:iura enī gñaliter voluīt eccleſie leſe ſuccurri p bñfi
cium reſtitutiōis.vt in iuribus preallē.¶ Sed reſtat nūc aliud nō mi
nus forte.nā preſuppoſita qꝺ reſtitutio ſit concedenda:tamē illa debet
impetrari infra quadrienniū a tempore leſiōis,ꝛ non vltra. vt in.d.c.i.
ꝛ.ij.de in integ.reſti.li.vj.ꝛ in cle.i.c.ti.ꝛ.l.ſi.C.de tempo.in integ. reſti.
Sed in caſu noſtro eſt impoſſibile ſm ea que ſupra dixi:quia nedum tē
pus preſcriptionis cōplete.ꝛ ſic leſionis,ꝛ ſic quadriēnii,ſed maius tē
pus eſt lapſum:ergo tali caſu contingente non eſt hoc beneficiū indul
gendū.¶ Ad hoc rñdeo dupliciter. Primo qꝺ illud tempus quadrie
nij a principio eſt vtile,vnde nō currit ignorāti.tex.eſt in.c.i.eo.ti.lib.vi.
vbi dicit.ſi qs negligēter omiſerit ꝛc. Sꝫ ignorās nō negligit:vt pba
tur i.c.ij.iuꝫ to.c.qꝛ diuerſitatē.de cōceſſio.pben. Ad idē gl.in.c. q̄ ſit.
de elec.li.vi.in ver.diſtulerit.ꝛ hanc opinionē ſingulariter tenuit Jen.
ꝛ Io.de ligna.poſt eū in dicta clemē.vnico.in ver.cōtinuū.p hoc facit
quia quadriēnium iſtud ſuccedit loco anni vtilis, qui olim cōpetebat.
vt dicit tex.in.d.l.ſi.C.de tēpo.in inte.reſti.debet eſſe ergo a prin. vtile.
vt ſic ſapiat naturā eius in cuius locum ſubrogaꝛ.ar.c.vt eccleſia.vt li.
penden.¶ Scōo reſpondeo nō minus efficaciter tex.in.d c.i.dicit,non
audiendam eccleſiā poſt quadriennium,niſi aliqua rationabilis cauſa
ſubſit,que mouere debet ſuperiorē ad hoc beneficiū concedendum:ſed
ſi bene omnes circūſtātie in caſu noſtro ponderētur,faciliime reperiꝛ
cauſa rationabilis.hic primo fuit ignorantia legati q̄ eſt iuſta cauſa re
ſtituendi etiā maiorem.vt.ſ.dixi. Scōo ꝛ melius hic agiꝛ de iure illius
eccle.que ad hanc rē promouendā non habet ſpecialē ꝛ pprium admi
niſtratorem cū quo res eccleſie nō paſſunt agere papa eſt valde remo
tus,ꝛ in iſtis curā ipartiri nō pōt epūs.ꝛ non curat cū ppter exemptionē
epiſcopi minus ſoliti ſunt curare. Ad hoc quod ſingulariter not. Inn.
in.d.c.olim.el.i.de reſti.ſpo.vbi dicit,ꝙ ſi eccleſia inferior caret legiti
mo ꝛ immediato adminiſtratore,non currat contra eam preſcriptio.
licet epūs poſſet p ea agere,ꝛ hoc ea rōne:qꝛ non eſt q ſpecialē ei⁹ curā
gerat.idem ergo ꝛ fortius eſſet dicēdum vt hic ſaltē illud tempus qua
drienniū non currat data probabili ignorantia,que hic ſatis preſumen
da eſt ꝛc.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Caſus ī effectu talis eſt. Iudex a
ſede apoſtolica deputatus quēdā abſentē citauit per edictū non valens
forte citare pſonalr,ꝛ tādē illo non cōparente interdicti ꝛ excōicatiōis
ſnias in illū fulminauit:ꝛ ſic demum mādauit p eccleſias illū publicari
ꝛ vitari.demum ille ſic excōicatus cōparuit in eccleſiis illis in quibus

fuit publicatum: & fecit fidem de quadam appellatione sua prius q̃ sniẽ
ille ferrent interpositis iustis causis apparentib⁹ in ca. & illa presertim,
q: fuerat citatus ad locũ sibi notorie suspectũ, & minus tutũ. dicẽs am
plius eũ vitari nõ debere maxie: q: iudex ad quẽ appellationẽ admisit
& inhibuit ne appellatione pendente pcederet ad vlteriora. ¶ Itẽ q:
reperiunt qd' statuta in ecclesia cathedrali illius loci, q̃ vident pcede
re cõtionẽ i casu pdicto. Iudex vero a quo q excõicatione vtuit, instat
vt vitet, dicẽs appellationem nullã maxime: quia sententie ille & cẽsure
fuerũt late pro excessu notorio, ho' tamẽ reus omnino diffitet. Que
ritur nũquid rebus sic stantibus debeat interim vitari in officiis diui
nis & aliis.

¶ Consilium. xxiii.

1 ¶ Ordinarius debet in actu executionis sníe obtẽperare delegato.
2 Sententia excommunicationis iusta vel iniusta est timenda.
3 Appellatio manifesti raptoris non est admittenda.
4 Notoria multa dicuntur, que non sunt.

Videtur primo q vitari debeat per id quod no. glo. in c. dile
ctus. de app. in fi. que dicit q si dubitatur an teneat appella
tio, potius est vitandus quã in dubio ei communicandum.
arg. de elec. extra in c. fi. et melius facit c. illud. eod. ti. vbi in
materia nostra dicit tex. q in dubiis via tutior est eligenda, scz quod
potius seruetur excommunicatio. Ad idem facit in arg. c. iuuenis. de
spon. cle. exiui. de verbo. sig. vbi dicit, qd in dubiis eligenda est via que
est sine periculo: sed in casu vitationis nullũ subest periculũ, et in alio
sic data validitate excõmunicationis, ergo &c. pro hoc etiã facit c. i. & qd
ibi no. glo. de scruti. ¶ Scdo principaliter hoc vr tenere Innoc. in ca.
ad psentiã. de app. vbi dicit, q quãq excõicatus post appellationẽ nõ
teneat se gerere pexcõicato, si de sua appellatiõe cõfidit. ab aliis tñ vi
tandus est. c. p tuas. de sen. excõ. vbi tex. vr hoc innuere in § nos igit.
1 ¶ † Tertio facit c. pastoralis. §. qr vo. de offi. dele. vbi dr qd & ordina
rius debet in actu executionis sníe obtẽperare delegato et si sciat illi⁹
sníam iniustã ergo cũ delegatus in casu nostro instet, nõ vr ipsius pces
2 pro refragandũ esse. ¶ † Quarto, qr snía excõicatiõis iusta vel iniusta
est timẽda. xi q. iii. snía pastoris. & subditus in dubio tenet superiori ob
3 sequi & parere. xxiii. q. i. qd culpatur. & xi. q. iii. qd ergo. ¶ † Quinto de
hoc est casus. in c. cũ sit romana. in fi. de app. vbi dr appellationẽ mani
festi raptoris nõ eẽ admittẽdã: & qd delicto notorio apostolus excõi
cauit corinthium absẽtẽ, & irrequisitũ. & ad idẽ facit. ii. q. i. c. de manifesta.
¶ Sz his nõ obstãtib⁹ ĩ iudicio meo non obstãt. dico in hoc articulo
saluo iudicio meliori casum esse in c. solet. in fi. de sen. excõ. lib. vi. vbi dr
q si qs ostendere se excõicatũ post appellationẽ pbabilẽ postulat se ad
mitti ad pbandum, dz solũ vitari in iudicialib⁹, & in aliis negotiis ex
traiudicialibus nõ. vñ in electionib⁹ & aliis spũalibus seu diuinis offi
ciis admittendus est durante appellatiõe: & hoc clare voluẽt ibi Inn. c.
& Io. an. q dicunt qd & ante q̃ admittant pbationes an cause appella
tionis sint vere, vel non dz admitti ad pdicta saltẽ cũ ptestatiõe. & sa
tis est & in eos qd excõicatus cõpareat. & dicat se appellasse ante sniaz:
& p hac snía ego adduco tex. iudicio meo hoc apte pbantẽ in c. lz. eo.
ti. li. vi. vbi dr q si qs asserit se fuisse excõicatũ post appellationẽ, & nõ
fuit psecut⁹ appellationẽ infra tps a iure statutũ dz pnuntiari & denũ
tiari excõicatus, vt vitet & nedũ in iudicialibus: sed etiã in extraiudi
cialibus, & aliis actibus legitimis donec pbauerit excõicationem non
fuisse legitimã vel aliter docuerit de illius nullitate. Ecce ergo aptissi
me qd ante oẽm psecutionẽ appellationis nõ dz euitari, dũmodo asse
rat se appellasse, & sic infra tps psecutiõis a iure statutũ. Et sic in illis
pnob⁹. c. vr casus binus. q. Aliud induco ad idẽ. c. satis notabile. in ma
teria. c. dilectis. in fi. de appe. salle. vbi canonici cõicantes excõicatis
post appellationẽ, & post denũtiationẽ archiepi, iudicant culpabiles:
q: magis voluerũt deferre appellationi interposite ad papã, q̃ denũ
tiationi archiepi: & tñ omniũ pdictorũ põt esse, cũ appellatio legitima
habeat suspendere iurisdictionẽ iudicis, & sic impedire validitatẽ excõi
cationis postea late. vt. c. per tuas. de sen. excõ. & c. cũ cõtingat. de offi.
delega. & d. c. lz. non dz psumi iniustitia appellationis, cũ tãto preiudi
cio appellatoris: & qr & iudicẽ olno nõ est presumẽdũ, capitur quasi
media via: & in iudicialib⁹, q̃ sunt magis odiosa excõicatus debeat cui
tari appellatiõe pẽdẽte. secus vero in extraiudicialib⁹: nẽm tantũ iuri
suo preiudicet, licet fateat Inn. in d. c. solet. qd in priuata familiaritate
poterit in occulto euitari, si sine scandalo hoc fieri poterit: sed non in
publico, nisi notorie constaret appellationem fuisse iniustã: quia talis
appellatio non defendit. d. c. cũ sit romana. & c. cũ appellatio. de appel.
lib. vi. sed in casu nostro hoc nõ põt dici. Primo, qr iudex ad quẽ rece
pit appellationẽ, & fecit q facere nõ poterat, nisi pri⁹ recepisset appel
lationẽ velut omissam ex cã pbabili: & nõ ẽ notoriũ. vt probat in c. ro
mana. §. si vero. cũ. §. seq. et. c. nõ solũ. de appel. li. vi. Itẽ cũ citatio fuit
fcã ad locũ notorie non tutũ potuit incõtinẽti appellare & in absentia
iudicis. vt in cle. pastoralis. §. & pristina. & ibi gl. de re iudi. & qd legit et
no. in c. ex parte. de appel. facit. c. si iustus. eo. tit. & qd not. Inn. in d. c.
dilectis. Nec valet si dicat, q notorie occupabat iniuste bona ecclesie: qr
hoc negat per partem aduersam: & allegabat probabilis titulus possi
dẽdi: & sic reddit res dubia. vt est gl. no. in c. i. de offic. deleg. li. vi. facit
4 l. ii. C. quibus ad liber. pcla. non licet. ¶ † Preterea multa dicuntur
notoria q̃ non sunt in. c. cõsuluit. de appel. & satis est qd poterat habe
re aliq̃ iustã cãz possidẽdi, id nõ dz excõicari antequã audiat eius de
fensiones arg. bonũ in c. lz epo. de pben. li. vi. Itẽ tex. in c. sacro. prohi
bet indistincte aliquẽ excõicari nõ pcedẽte canonica monitione, quãt
cũq̃ factũ dicat notoriũ: quia excõicatio fertur ab hoĩe non ppter
delictũ sed ppter cõtumaciã, vt no. glos. in c. episcopi. xi. q. iii. sed paria
sunt aliquẽ nõ citare, vel ad locũ notorie nõ tutũ. arg. in dictis iurib⁹.
& c. si duobus. de appel. Non obstãt cõtraria. Et primo gl. in d. c. dile
ctis. dz enim intelligi & determinari sm iura noua superius allegata:
vel põt saluari in priuata & secreta familiaritate. vt. s. dixi. vel in iudi
cialib⁹. ¶ Ad scdm de dicto Inno. in c. ad psentiã. de appel. dicendum
qd dz intelligi & limitari. vt ipsemet no. in d. c. solet. Nã mouet ipse ibi
per. c. p tuas. d appel. qd recipit hodie limitationẽ per. c. solet. & c. licet.
preal. ¶ Ad tertium de. c. pastoralis. dico pcedit qñ snía est aliqua, lz
iniusta. Sed in casu nostro pceptũ iudicis super vitatione est ipso iure
nullũ cũ sit cõtra iura superius allegata. Ideo tale pceptũ põt cõtẽni.
ad hoc qd no. Inno. in c. si qñ. de offi. deleg. magis enĩ est obediendum
iuri, quã mãdato delegati. xi. q. iii. iulianus. & c. dñs. & c. qui resistit. Nõ
obstat quintum argu. procedit enĩ quando excõicatio tenet, vt quia est
iusta. Sz in casu nostro presupponitur nulla ¶ Ad d. c. cum sit roma
na. satis responsum est. nam negatur factum esse notoriuz: & allegatur
iusta causa possidendi. Item apostolus sepe corinthiuz admonuerat,
et factum erat notorium, quod nulla tergiuersatione &c. quod non cõ
tingit in facto nostro.

¶ Casus consilii sequentis.

Factum ex quo dubia ĩfrascripta

oriunt sic pponit. Quidã laicus mercator fecit suum heredẽ vniuersa
lem quoddã monasteriũ monachorũ, coq; vita functo monasteriũ adi
uit hereditatẽ, & in oĩb⁹ pro herede se gessit tã in iudicio quã extra, ca
piendo bona hereditaria, & eorũ aliqua distrahẽdo &c. Tandẽ repertũ
est in libris debitorũ testatoris qd idẽ ipse testator & suus pdecessor in
eadẽ hereditate tpe vite eorũ a diuersis psonis ad rõnẽ octo vel decez
p cẽtenario receperũt certã summã viginti miliũ florenorũ, multaq; de
bita similis cõditionis dicto monasterio p dictũ testatorẽ relicta fue
rũt recuperata. & in cõib⁹ vsib⁹ monasterii expẽsa ortũ est pscientie scru
pulũ d eo qd monasteriũ multas fecit expẽsas rõne ipsi⁹ hẽditatis, sol
uẽdo legata & alia debita, multa litigando tã in curia romana, quã ex
tra, ac edificãdo i monasterio, & alios sumpt⁹ rõne hẽditatis faciẽdo.
intãtũ qd ad satisfaciẽdũ de vsura, iuxta librũ testatoris, vix sufficerẽt
ea q̃ de pdicta hẽditate supsunt vna cũ reliquis bonis monasterii, & pp
seruitutẽ christianorũ: & p informatiõe simpliciũ fuit de q̃tuor dubiis cir
ca pmissa petitũ. ¶ Primũ dubiũ an dict⁹ testator sit indubitãter ex
dictis scrib⁹ censendus vsurarius. ¶ Scdm vtrũ dictũ monasteriũ ple
narie teneat ad satisfaciẽdũ de vsura testatoris iuxta summas pcẽtas
in libro debitorũ. ¶ Tertiũ vtrũ alia bona monasterii nõ sufficiẽtib⁹
bonis q̃ supersunt de dicta hereditate, debeant pro satisfactiõe huiõi
debitorũ exponi & alienari. ¶ Quartũ vtrũ papa de iure, aut alias cano
nice seu licite possit dicto monasterio sine periculo destructionis suc
currere dispensando & insuper in promissis &c. Nicolaus abbas.

¶ Consilium. xxiiii.

1 ¶ Mobilia triennio vsucapiuntur, immobilia decennio, actiones,
xxx. annis.
2 Usurarius manifestus quo ad annullationẽ testamenti quis dicatur.
3 Libri vsurarũ an reddant quem manifestum vsurarium.
4 Testes singulares nõ sufficiũt ad probandum veritatem delicti.

Attingã iuxta ordinem prelibatum primuz dubium. quod
de iure clarissimũ est: quicquid enim accedit sorti ex pacto.
vsura est, quantũcunq; id sit modicũ. siue consistat in pecu
nia numerata siue in alia specie. vt probat. xiiii. q. iii. per to
tam questionem quinimo solus animus mutuãtis constituit eum vsu
rarium secuta traditione muneris vltra sortem. q̃ alias non fuisset mu
tuaturus deficiente spe lucri. vt probatur in euãgelio Luce. Mutuũ
dantes nihil inde sperantes. & transumptiue in c. cõsuluit. de vsur. de
cipiunt enim qui sapiunt licere recipere. x. vel aliã minorem quãtitatẽ
p centenario, & cũ munuscula ex pacto recipere vsura sit. l. c. ii. xiiii. q. iii.
facit tex. in c. per vestras. de do. post diuor. &c. et Bartol. in l. diuus. ff.
ad le. fal. & Ioan. And. in regu. peccatum. de regu. iur. lib. vi. in merc.
hec breuiter quo ad primum. ¶ Uenio ad scdm an monasterium tene
atur plenarie satisfacere in q̃ dico animaduertendum an testator fuerit
vsurarius manifestus, an vero occultus. Nam si fuerit manifestus, nõ
tenuit testm neglecta cautione. de qua in c. ii. de vsur. lib. vi. ¶ Ille enĩ
tex. ãnullat testamẽtũ vsurarii manifesti indifferẽter cautiõe de restitu
endis vsuris pẽit si pstita, nec reseruata dispositiõe ad pias causas ad
hoc q no. Bar. & Bal. in l. i. C. de sa. san. eccle. & p pseques monasteriũ
obligaret ad restituẽdũ oĩa bona hẽditaria, q̃ puenerũt ad illũ. posset
tamẽ se defendere per pscriptionẽ cũ bona fide possederit, & habuerit
1 titulũ p herede, tãq̃ tps sit lapsum, qd sufficit ad prescriptionẽ. † Nam
mobilia vsucapiunt triennio, immobilia decẽnio: & actiones. xxx. annis.
vt legi.

vt legi. et nota. in l. p herede. ff. de petitio. heredi. et l. i. ff. pro herede. ¶ Sed in casu nostro cũ agatur de excludendo succedẽtes ab intesta to requireret tẽpus. xxx. anno. q2 nõ minori tpe prescribitur iuri adeũdi. vt no. per gl. et Bart. in l. licet. et l. cũ antiquioribus. C. de iure delibera. ¶ Predicta puto vera, nisi notoriũ fuisset testatorẽ fuisse vsurariũ: nã tũc monasteriũ psumit verisimilr sciuisse. argu. l. c. ff. de posiu. fle. et in. c. q dictis. xvi. distin. et si potuisset pscribere: qr aut sciebat testũ nõ valere, et erat in mala fide. xij. q. ij. c. que et humanis. si vero credebat va lere et errabat in iure error iuris impedit prescriptionẽ. vt. l. nũq. ff. de vsuca. et. l. quẽadmodũ. C. de agri. et cẽs. lib. xi. legit et notat in. c. apostoli ce. de donatio. et. c. vidũ. de deci. licet tñ restitutionis habẽda esset ratio expẽsatũ cũ monasteriũ fuerit in bona fide licz in iure errauerit. Itẽ nõ tenet ad restõnem fructuũ cõsumptorũ: quia illos fecit suos ppter bo nam fidẽ, vt est tex. no. in. l. sed n. §. scire. ff. de peti. heredi. p Bar. l. d. §. scire. et in. l. ex diuerso. ff. de rei vendi. per Dy. in regula possessor. de re gu. iu. li. vi. per doc. i. c. grauis. de resti. spo. Et de hac materia fructuũ
2 dicendũ est vt plene no. in. d. c. grauis. et. d. l. ex diuerso. ¶ † Quis autẽ dicat manifestus vsurarius quo ad annullationẽ testamenti cautione nõ pstita vario modo dr. Nã si tenebat banchũ publice paratũ ad mu tuandũ ad vsurã in dubio dicit manifestus et notorius. vt no. gl. ij. q. ij. manifesta. et est melior gl. in. c. ij. de vsur. li. vi. q posuit multos alios mo dos publicatiõis, puta si fuit in iudicio pfessus vel cõuictus: et pdẽnat9 ac. vt ibi aliũ modũ ponit gl. i. d. c. ij. qñ fuit hoc crimẽ cõfessus corã sa cerdote, testibus reddẽs libros vsurarios. ¶ Itẽ fz Bar. et mutuauit i camera oibus venientibus ad eũ in. l. fur est. ff. de fur. notabilis modus col ligit ex gl. et tex in. c. cũ in diocesi. de vsur. ¶ Itẽ si tpe vite sue erat de hoc publica fama satis cũ aliquibus argumẽtis: et ita cõsuluerũt multi va lẽtes viri. quãq Fede. cõs. lxij. videat velle illud nõ sufficere quo ad hoc vt testũ factũ sit nullũ: licet eps potuisset ex tali pbatione illũ publica re: et demũ post publicationẽ testũ fuisset nullũ: et hoc dictũ hz equita tẽ ne solã fama cũ indiciis nõ data ipsi prius facultate illũ purgandi puniat qs et ne testũ ipso facto irritet. ¶ Itẽ põt dici publicus si põt pbari faciliter, puta per libros suos. vt no. Archi. in. d. c. ij. in prin. gl. et si no. bene sentit Inn. in. c. sanc. xxiiij. q. ij. que est in ver. librorum. qui di cit q si inueniant rõnes vel instrumenta per que patet eum vsurarius fuisse nõ põt cõicari nisi satisfecerit si hoc occultũ fuit: quasi dicere ve lit q per hoc solũ nõ probat vsurarius: et dicit ibi Archi. qd multi ma gni viri hoc dictũ sunt secuti nisi appareãt alia indicia. et hoc dictũ vẽ cõtrariari ei qd dicit Archi. in. c. ij. dicit aliquis de hoc videt casus in cle. pe. de vsu. vbi libri seu rõnes pbant cõtra vsurarium. Sz põt certe responderi qd hic sumus extra casum illius cle. cum ibi constaret illos esse vsurarios: hic aũt loquimur qñ nõ cõstabat nisi p ostentionẽ librorũ. ¶ Quidã moderni in. c. cũ in tua. de vsur. dixerũt sufficere codices vsu rarum, quinimo plus dicunt qd etiã si post mortẽ põt per testes pro bari defunctum fuisse vsurariũ non valebit testamentũ: q2 satis appa ret illũ fuisse manifestũ, ex quo probari poterat vsurarius et ita recitãt per aliquos fuisse cõsultũ. Sed ego reperio Bal. Lau. de puti. et Bar. de sali. cõsuluisse oppositũ. vt refert do. Pe. de anch. in repe. c. cano num. de cõsti. cõcludẽtes qd ad annullationẽ testamẽti requiritur qd vsurarius fuerit manifestus et notorius. vnde capitur verbũ manife stũ. in. d. c. ij. p notorio. quare non sufficit fama. vel q per duos vel tres testes pbet vsurarius: quinimo dicũt q nõ valet pstitutio episcopus, dispo nens famã sufficere vel duos testes de veritate ad pbãdũ quẽ manife stum: q2 non potuerit eps alterare dispositionẽ iuris in suidiciũ vsura riorũ: et ipropriare vocabula rerũ: et nomina appellatiua sint inmuta bilia. l. si qs in fundi vocabulo. ff. de lega. i. et ita cõsuluerũt Bononie vbi erat talis cõstitutio. hoc idẽ vẽ sentire ipse Bal. l. l. i. C. de sa. san. ec cle. vbi dicit non sufficere q tres pbent quẽ fuisse vsurariũ et apparẽ tibus codicibus vsurariis: nisi probent actus publici seu cõis opi. q2 tex. l. d. c. ij. fundat se sup manifesto in irritatione testamẽti. Ego credo secure posse dici q cũ illud. c. ij. iponat nouã penã et satis attribuit cũ priuet i effectu facultate testãdi q partim est de iure gẽtiũ et partim de iure ci uili iuxta no. l. i. q testamẽto. ff. de test. et hoc faciẽt ex iustissima cã: tñ fa uore reipublice propter animarũ periculũ ipsorũ vsurariorũ vt in. c. a. vsurarum voraginẽ. de vsur. lib. vi. et. c. quanto. eo. ti. debent intelligi et verba capi i pprio significato: ita q nec nimis laxari nec nimis restrin gi debeant argu. eo. que no. in glo. in. l. quemadmodũ. C. de agri. et cẽs. lib. xi. manifestũ vero in suo pprio significato iportat minus q notori um et plus q fama: vnde oẽ notoriũ est manifestũ. vt in. c. cum olim. de verbo. signi. et. c. vestra. et. c. ij. de coha. cle. sed nõ cõuertit: quia nõ omne manifestũ est notoriũ. vt cõiter no. doc. in. d. c. vestra. et not in. ca. quia suspecti. iij. q. vi. manifestũ vero cõiter diffinit maxime p Io. an. in. d. c. vestra. q est publica seu famosa insinuatio vel pclamatio cõis et cer ta scientia a certis authoribus pueniẽs: et i hoc vltimo hz i se plus q fa ma q sola suspiciõe et icerto authore puenit vt ibi no. Io. an. si Io. cal. in. d. c. vestra. addit ad dictã diffinitionẽ q pbari põt qd placet ibi do mino Anto. vult dicere qd manifestũ ẽ id q pbari põt vltra illã publi cã, seu famosam insinuationẽ. et satis credo hoc fuisse de mẽte Io. and. Nã si non posset veritas pbari, nõ differret a fama: et p hoc. c. de hoc. de simo. et. c. porro. de diuor. Ille ergo dr manifestus vsurarius quo ad

irritationẽ testamẽti, qui vere pbari põt vsurarius et vltra hoc pbat
3 cõis fama loci. ¶ † Ex quo infero q libri soli vsurarum nõ faciũt eum manifestũ: sed cũ fama sufficiunt: vel si iudex eum publicauit p sñiam: nã trãsit in notorium, qd est plus. et sic capio mediũ, vnde non requiro
4 necessario notoriũ. nec puto sufficere solã pbationẽ dicti. ¶ † Itẽ di co qd ad pbãdũ veritatẽ dicti, nõ sufficiũt testes singulares. vt plene no. Fede. cõs. lxxij. Et si hoc haberet cõstitutio epi. facit qd ad predicta no. idẽ Fede. cõsi. xvi. vbi tenet cõfessionẽ factã extra iudiciũ per vsu rariũ nõ sufficere, vt p hoc dicat manifestus. ¶ Non obstat pdictis. c. cum in dioc. cu pcalle. vbi videt sufficere fama cũ aliquibus argumen tis: põt enim rñderi qd non loquit quo ad irritationem testamenti: sz quo ad exequendũ penã. c quia in oibus. de vsur. que cũ sit modici fun dicti, nõ capiunt verba ita stricte. vt not. Fe. de. consi. lxxij. p. calle. Vel dico qd intelligitur de argumẽtis que sufficiũt cũ fama ad probandũ quẽ vsurariũ, cũ de facili cõuinci nõ possunt. arg. c. illo vos. de pigno. c. ad nostrã. de empti. et vendi. et qd legit et no. in cle. i. de vsur. Nã argu menta seu indicia qñq plene pbant. l. indicia. C. de rei vendi. et. l. sciant cuncti. C. de proba. et no. i. c. tertio loco. de pba. et sic cõcordat cũ predi ctis. et per hoc habet, an testũ fuerit nullũ: et an dicta hereditas sit in casu restõnis vel non, psupposito q nõ sit in casu restitutionis. vt puta quia nõ erat manifestus vsurarius modo predicto. ¶ Querit redeun do ad principale dubiũ: an monasteriũ teneat satisfacere de oibus vsu ris in libris pdictis cõtentis. Et breuiter dico, quod aut monasterius adiuit hereditatẽ cũ beneficio inuentarii, et in dubio nõ tenet vltra vi res hereditarias. vt. l. fi. C. de iure deli. qtenus oñt suppetit hereditas detractis pbabilibus expẽsis, puto monasteriũ teneri ad restõnem, put ex libris testatoris vsure eliciunt. Nã faciũt in hoc fidẽ, q2 regulariter libri faciunt fidem contra scribentẽ. vt in. l. quidã. §. nũmularios. et qd ibi no. ff. de eden. et in. l. exemplo. et. l. rationes. et. l. instrumenta. C. de p ba. et in. c. ij. de fide instru. tum q2 in casu nostro agitur ad exonerandũ animã defuncti, nõ dz exquiri pbatio multũ exacta. vt in cle. i. de vsur. et qd ibi no. et dz fieri hec restitutio his, a qbus fuerũt extorte, vel corũ heredibus, si supersunt, vt in. c. cũ tu. de vsur. vel tanq incerta distribuẽ da sunt pauperibus. vt in. d. c. cum tu. et de practica est bona gl. in. c. ij. de vsur. li. vi. in. c. satisfieri. et latius per Fed. c. fi. 10. Et hec pcedũt et si de functus nihil mãdauit de vsuris restituẽdis: vt in. c. tue nos. de vsur. iuncto. d. c. ij. in gl. in verbo, mãdauerunt. Aut monasterium non cõfe cit inuentariũ, et tũc licet prima facie videat obligari etiã vltra vires hereditarias. per. l. fi. C. de iure delibe. et per id qd in ecclesia sentit gl. i c. i. de testa. tñ dico, qd ex duplici capite nõ tenet id quod ad illud pue nit: quia ecclesia heres non tenet ex omissione inuẽtarii vltra vires he reditarias. vt no. Bar. in. l. i. C. de sa. san. eccle. argu. auf. sicut eo. titu. q2 hereditas nõ debet sibi deferri, nisi quatenus est lucrosa. vt in. d. auf. sicut. Et idẽ Bal. in. l. fi. C. de iur. delibe. mouet per. l. i. ff. de iure fis. et q2 ecclesia non dz gaudere minori priuilegio quã fiscus. vt not. in. c. i. de in tite. testi ¶ Secũdo q2 nõ tenetur, q2 vsure petunt ex delicto defuncti: et sic de iure ciuili nõ obligaret heres, nisi qtenus de delicto ad eũ puc nit: ex quo lis nõ fuit pcertata cũ defuncto. vt. l. vt debitũ. C. ne ex delic. defun. lex autẽ finalis. C. de iur. delibe. solũ obligat ex omissione inuen tarii illius qui nõ poterat soluere insolidũ: sz de iure ciuili nõ erat hec petitio. Nã de iure canonico nõ tenet hrs ex delicto defuncti vltra vi res hereditarias. vt in. c. in literis. de rapto. et in similibus. et ita i termi nis nostris cõsuluit Fede. cõsi. cvi. et tenet. d. Ant. in. c. debitores. de iu reiurã. per Io. an. in. c. ij. de vsur. li. vi. in nouel. sentit gl. in. c. fi. in v. mã dauerint. ¶ Concludo ergo sic ad istud scdz dubiũ, monasteriũ teneri quatenus patiunt vires hereditatis. ita qd de bonis ppriis monasteriũ nõ teneat aliqd exponere, nisi put statim dicã in tertio dubio. ¶ Ue nio nũc ad tertiũ dubiũ, an nõ sufficiẽtibus bonis hereditatis, teneatur monasteriũ exponere bona monasteriũ. in quo dico q si ola bona here ditaria extarẽt, non teneret monasteriũ aliqd exponere de suo. vt. s. sa tis plane dictũ fuit. Sz qñ vt pz ex casus narratiõe monasteriũ mul ta cõsumpsit in vtilitatẽ ipsius, arbitror monasteriũ obligari ad satis faciendũ de suo, qtenus ad ipm puenit de bonis hereditariis: q2 i illis põt dici monasteriũ tm locupletius, cũ de suo habuisset facere expensas illas, qs fecit de bonis hereditatis. vt in. l. pupillo. ff. de sol. tenet ergo ad satisfaciẽdũ iuxta vires hereditarias. et in debito satisfaciẽdo ecclia cogitur etiã vendere bona imobilia. vt in auf. hoc ius porrectũ. x. q. ij. et hoc de tertio. ¶ Ad quartũ verũ papa possit licite super his dispẽsa re, ne ad alienationem bonorũ sequat desolatio monasteriũ. Credo qd sup certis id est. his q debent illis, a qbus fuerũt extorte, vel corã here dibus, si supersunt, papa licite nõ dispensat, q2 nõ põt tollere pecuniã certis psonis licite, et dare monasterio. arg. eorũ que no. Inn. in. c. que in ecclesiarũ. de cõsti. et. c. inquisitioni. de sent. excom. facit qd habet in cle. pastoralis. de re iudi. et qd not. per legistas. in. l. fi. C. si cõtra ius vel vtili. publi. maxime cũ vsure peti pñt ex pdictiõe idebiti. vt no. i. c. michael. de vsuris, et. c. debitores. de iureiurã. et. xvi. q. vi. si eps. sup incertis aũt in dubio põt papa dispẽsare, cũ sint in dispositione ecclie: quinimo dico qd etiã eps loci posset hãc cõcessionẽ facere: vt expresse no. Io. an. in. c. ij. de testa. li. vi. et sic iuit alias disputatũ et cõclusum; vt ibi no. per eũ. et idem tz Bal. in [illegible] terminis. in. l. ij. [illegible]. C. de episco. et cle.

¶ Puto etiam attentari posse q si monasterium istud indigebat tempore testamenti, potuit ille testator omnia incerta dare monasterio tan q pauperibus. vt in. d. c. cum tu. & qd no. Ioan. an. in. d. c. ij. & sic non tenebatur requirere concessionem papalem vel episcopalem: quia licite recipit ab eo qui habet potestatem dandi pauperibus et monasteriu indigens satis est pauper. vt no. in locis preallegatis. & facit. l. priuilegia. C. de sa. san eccl. & c. diaconi. xciij. dist. & xvi q. i. c. ij. ¶ Posset etiã dici q si tempore testamenti monasterium non indigebat saltem in tanta quantitate: si tamen hodie indigens fieret ex distributione incertorum q ipsum monasterij collegium posset hec inter cetera distribuere eorum ecclesie & monasterio, cum in hoc nulla noteł ambitio. Simile videmus in episcopo qui est dispensator bonorum ecclesie. xij. q. ij. videntes. tamen potest capere pro suis necessarijs. xij. q. ij. episcopus. cautius tamen est habere con. vel pape qui hortatem maxime propter tenentes opinionem qd incertorum distributio spectat ad episcopum loci & non ad heredem. De quo no. in. d. c. ij. de testa. lib. vi. & c. cum sit nimis absurdum. de iudi.

¶ Casus consilij sequentis.

Facti cõtingẽtia talis est. In ciuitate

Senarum statuto cauebatur qd vendentes panem venalem tenerent & deberent soluere nomine gabelle quadrenos octo pro staria: demum tractu temporis quadam frumẽti penuria & caritudine imminente facta extitit nomine cõmunis seu officialiũ ad huiusmodi deputatorum publica proclamatio in effectu continens qd cuiqz esset licitum facere panem venalem sine alicuius gabelle solutiõe. Cuius proclamationis intuitu multi inducti sunt panifices ad venalem panem faciendũ: & hoc continuauerunt per bienniũ sine postulatiõe & sine solutiõe alicuius gabelle demũ fuit eis intimata panis simpliciter remissio sz suspensa dumtaxat per tempus. xviij. mensium & sic inceperunt dictã gabellam pro futuro soluere. ¶ Elapso vero quatuor annorum tẽpore insurgit notari⁹ gabelle cõtra dictos panifices dicẽs eos obnoxios solutioni gabelle pro tempore sex mensium, in quibus fecerunt panem post elapsum. xviij. mensium predictorum. At etiam dicitur per dictũ officialem qd tenẽtur soluere penam fraudate gabelle in statutis Senarum contentam, ex eo quia per illud tempus sex mensium soluerunt minime dictam gabellam. ¶ Ex parte panificũ allegatur ignorantia dicte prouisionis. cum proclamatio fuisset facta pure super remissiõe gabelle. Queritur quid iuris &c.

¶ Consilium. xxxv.

1 ☞ Constitutio solenniter edita ligat indifferenter omnes post lapsum duorum mensium.

2 Leges instituuntur cum promulgantur.

3 Ignorantia priuatorum non debet obesse communi.

Videtur Primo dictos panifices teneri ad solutionẽ gabelle illorũ sex mẽsiũ ac ad penam fraudate gabelle per tex. no. in. l. interdũ. §. is. & §. diui. ff. de publi. vbi patet qd error nõ excusat quominus res incidat

1 in commissum propter vectigal non solutum. ¶ † Scdo probatur sic. Constitutio solẽniter edita ligat indifferẽter omnes post lapsum duorum mensium ita qd post illud tempus non presumitur ignorãtia. vt in auł. vt facte noue. consti. in rubro & nigro. & no. in. c. ij. de cõsti. & hoc cum consti edi tur a principe. Si autem est inferioris non datur tãtũ tempus sz minus arbitrandũ per bonũ iudicem considerata qualitate territorij, qd distinguił per dictũ statutũ cũ nõ sit equũ vt tãtũ tps assigneł in cõstõne inferiori que quãqz porrigit effectum ad modicã distinctionem quantum assignał in lege principis que distinguit totum orbẽ. vt no. Host. in summa de cõstitut. q. ii. & Io. and. super data lib. vi. sequuntur cõmuniter in. c. ij. de cõsti. preallegato. at in casu nostro a tẽpore reformatiõis facte in concilio generali necdũ emanauerãt duo mẽses sed. xviij. ergo nõ possunt allegare ignorantiã maxime cum non fuerit nouũ statutũ: sz quedã suspensio antiqui: & sicut antiquũ statutũ ligabat post. xviij. mẽses, & nõ sicut nouũ. vt. l. cũ precario. ff. de preca. ¶ Tertio facit ad idẽ c. i. de postu. prela. vbi dicit q postq̃ constõ est solẽniter edita & publice promulgata presumitur quis illius habere scientiam nec facile audił pretendens ignorantiam. imo dixit Inno. in ca. ij. preallegato q non audiatur allegans ignorantiam nisi dilucide eam probaret. vt in. c. qd dictis. xvi. dist. & c. proposuisti. lxxxij. dist. Sed his nõ obstantibus contrarium puto de iure verũ. Moueor primo per tex. huius questionis decisiuũ. in. d. c. i. de postu. prela. vbi ad hoc vt quis astringatur ad cõstitutiõis obseruãtiã, exiguntur duo. vt cõstõ sit solẽniter edita & publice promulgetur.

2 ¶ † Ad idẽ tex. in. d. auł. vt facte no. cõsti. & in. dist. in. c. i. istis. §. leges. vbi dicit q leges instituunł cũ promulganł, & non in data. vt. s. Sz in casu nostro illa reformatio gabelle suspẽse nõ fuit promulgata sz fuit solẽniter edita: ergo nõ ligauit cõtra facientes. quinimo publicatio fuit facta pure sine prefinitiõe alicuius tẽporis: & sic debuit presumi perpetua & pura. ar. in. l. seruus. C. de penis. & c. cos. l. q. i. et qd no. Inno. in. c. ex literis. de cõsti. Nec tenebanł panifices aliud inuestigare: cum nõ debeat statutũ aliter presumi factũ quã fuerit proclamatũ. vt in. l. labeo. ff. de supel. leg. imo pars que nõ publicał non põt dici statutum ad effectum aliquem stringendũ. ar. in. d. §. leges. et qr vna & eadẽ res nõ debeł duplici iure censeri, & sic vna pars publicetur, & alia non. vt in. c. cum in sua dioceesi. de deci. & xij. q. ij. cognouimus. Ad idem. l. quidam heredẽ damnauerat. ff. de tri. vi. & oleo lega. vbi legãdo simpliciter vinum videtur testator legasse omne vinum q habebat: cum indefinita equipollet vniuersali. vt in. c. vt circa. de elec. lib. vi. ¶ Sed in casu nostro proclamatio fuit simpliciter & pure facta, ergo pure obseruanda est, & nõ aliter. ¶ Secundo facio principaliter tale motiuum. per illam proclamationem videtur inter commune & panifices processisse quasi cõtractus: sicut in simili not. Barto. in. l. penul. ff. de decre. ab ordi. fa. vbi dicit, q si commune facit statutum, qd quicunqz iuerit ad habitandũ in ciuitate clusina, sit exemptus a solutione gabelle. videntur quasi cõtrahere commune & euntes ad habitandum, ita vt immunitas semel concessa reuocari non potest. cum transiuerit in contractum vel quasi. Si ergo cum istis panificibus seu fornarijs fuerit generaliter quasi cõtractum non valuit reformatio saltem vt fornarij possint cogi ad solutionẽ gabelle: & multo fortius ad penã fraudate gabelle, cũ nulla hic fuit per eos commissa fraus. vt clare probatur per simile. in. l. sz si pupill⁹. §. proscribere. cum duobus. §. ibi precedentibus. ff. de instito. vbi pz q si quis prefecit publice institorem alicui negotiationi, nõ sufficit eũ simpliciter reuocare ad impediendos contractus eum eo gerendos, sz necesse est quod publice proclametur, vt sic alij sint cauti ad desistẽdũ contractibus cum tali institore gerendis, ne sub illo pretextu & indifferenter facile decipi possit. Nam omnis res per causas per quas nascił, per easdem debet dissolui in regula secundũ naturã. de reg. iu. libr. vi. ¶ Tertio principaliter probał ex alio capite presupposito qd illa reformatio suspensiua in concilio generali edita ligasset sine aliqua publicatione, tamẽ probabiliter ignorantes non afficit. vt. l. pen. ff. de decre. ab ordi. fa. & l. iubem⁹. C. de testa. & in. c. vt animarum. de consti. lib. vi. & ibi & not. in. d. c. proposuisti. lxxxij. dist. ¶ Sed nulli põt venire in dubium, quin isti pistores seu panifices habuerũt probabilem cãm ignorantie. cum non debeat in casu nostro presumi scientia constitutionis, sicut in alijs casibus, cũ hic facta reformatiõe facta est proclamatio sine tẽporis prefinitiõe. Et sic aliter quã proponał actus in cõcilio generali. Et sic poterant stare secure absqz alia indagine, cũ vt supra dixi, nõ erat presumendum, q aliter fuisset publicata quã edita: & maxime. qr elapso illo tempore. xviij. mensiũ ab eis fuit extortum nomine gabelle: nec põt in casu nostro fieri fides de ignorãtia, nisi per iuramẽtũ istorũ, cũ agał de ipsorum consciẽtia. hoc dicit gl. singularis in. d. c. proposuisti. standũ est iuramẽto allegantis ignorãtiã statuti, & maxime in casu nostro. vbi cõcurrit illa vrgens presumptio ignorãtie propter publicationẽ factã. Et maxime hec procedunt respectu pene fraudate gabelle, que imponił respectu fraudis, & doli, que ratio hic cessat propter ignorãtiã. vt in. d. c.

3 vt animarũ. & Cy. in. l. si quis nõ dicã rapere. C. de epis. & cle. ¶ † Item posset insurgere aliqs dicens, non videł q ignorãtia priuatorũ dz obesse communi, nec agitur hic de pena, sed de soluẽdo debitũ superiori. dico q in casu nostro aliud est, propter precedentẽ quasi cõtractum in cõmuni, & istos pistores: si enim fuissent certificati de solutiõe, forte nõ fecissent amplius panẽ venalem: vel non tantũ, vel tali materia, vł modo. debent ergo gaudere beneficio proclamationis, donec legitimo modo eis fuerit denuntiatum ne beneficio principis decipiantur: cum beneficio nõ decipi, sz iuuari oportet. vt in. c. i. de priuile. & facit. d. l. si pupillus. ¶ Non obstant contraria superius allegata. ad primũ ad. l. interdum. dico q ibi loquitur de ignorantia crassa & supina. vt ibi no. Bar. secus si est probabilis: vt in casu nostro. vt ibi no. & in iuribus superi⁹ allegatis. ¶ Alia duo cõtraria satis per supradicta, sunt soluta: procedũt enim quando cõstitutio fuit publice promulgata: & quando ex aduerso nõ allegata probabilis ignorãtia. Sed in casu nostro illa reformatio suspensiua non fuit publicata: qr in publicatione nihil fuit dictũ de prefinitiõe temporis. ¶ Itẽ hic allegatur probabilis ignorãtia, que causatur ex predictis. Concludo ergo dictos pistores non posse constringi ad soluendum gabellam pro dictis sex mensibus: & forti⁹ nec ad penã fraudate gabelle maxime iurantibus de ignorantia suspensionis.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidã Andreas ciuis Senẽsis

testũ cõdidit. In quo inter cetera reperił hoc capl'm. Itẽ si contigerit filios suos mori quecunqz sint filijs legitimis, & naturalibus: vel qd non maneat ex eis vn⁹ filius dicti testatoris tm̃. nõ habẽs filios, eo casu quo vn⁹ masculus tm̃ remaneret, legauit, & iudicauit, & reliquit qd de bonis suis quolibet anno in perpetuum darent monasterio fratrũ minorũ de Senis duas salmas vini pro sacrificio celebrãdo in dicta eorũ ecclesia. ¶ Cõtingit post mortẽ oẽs filios masculos & feminas decedere preter vnã feminã, a qua petunt nũc dictũ legatũ. Querił nunqd debeatur.

¶ Consilium. xxxvi.

1 ☞ Filiorum appellatione in fauorabilibus veniunt femine.

2 Masculus & femina dicuntur correlatiua.

3 Dictio filius, ex propria significatione filiam non comprehendit.

4 Usus communis loquendi in vltimis voluntatibus attendi debet.

Videtur Primo q sic hac ratione, legatum a principio conditionale potest in euentũ conditionis peti. vt in

c. ex iuncto (?)

c.raynutius.⁊ in.c.raynaldus.de testa.⁊.l.cedere die.ff.de ver.sig.cum
multis similibus. Sʒ in casu nro euenit cōditio cū remāserit eā vnica
filia sine filijs legitimis ceteris mortuis ⁊ sine liberis:ergo ⁊c. Nec ob
stat si dicat testatorē fecisse dūtaxat mētionē de filio ⁊ nō de filia:nunc
aūt superest filia ⁊ nō filius:⁊ sic nō v̄r anpleta cōditio:q: appellatōe
filij cōprehēdit̄ etiā filia.vt in.l.filij appellatione.⁊.l.q̄squis.ff.de verb.
sig.legit̄ ⁊ no.in.l.j.eo.ti.hr̄ in.l.ita.de lib.⁊ posth. p̄bat̄ aperte in.l.lega
ti.in.l.quos.⁊.l.seruus.⁊.l.lucius.§.q̄situ.ff.de leg.ij.vbi pʒ q̄ legan
do mulos v̄r legasse etiā mulas:⁊ legatis seruis veniant etiā ancille ⁊
legatis pueris veniūt etiā puelle. Itē appellatione fratrū veniunt etiā
sorores etiā in materia legati.vt.d.§.q̄situ.legit̄ ⁊ no.in.l.eres fratres.
ff.de pac.q̄ nō est ex alio nisi q: masculinū concipit femininū.vt in di
ctis iuribus.⁊.l.si in scriptū.ff.de leg.ij.⁊ in.c.si q̄s suadēte.xvij.q.iiij.ifi
1 cro.c.mulieres.de sen.excō. ¶ †Item ⁊ tertio cōis vtriusq̄ doctorum
opinio est q̄ in legatis alijs fauorabilib⁹ appellatione filiorum veniūt
femine:⁊ q̄ masculinū cōcipit femininū vt no.Bar.post doc.in.d.l.j.ff.
de ver.sig.⁊.l.si quis in tantā.C.vnde vi.⁊.l.q̄cunq̄.ff.de ser.fugi.p Cy.
⁊ Archi.satis plene in.d.c.si quis suadē.⁊ Jo.de lig.in cle.j.de elec.per
gl.in.c.generali.de elec.lib.vi.per Host.in.c.raynaldus.de test.⁊ spe.in
ti.de dispu.⁊ alle.§.post hoc aūt.ver.vlt.ibi masculinū. ¶ Sed his non
obstantibus que vere non obstant in casu nostro cōtrariū dico de iure
verū. Moueor primo q: si bene pōderent̄ verba testamēti in conditio
ne sit mētio nō solū de filio:sed in sequētib⁹ addit̄ de filio masculo:q̄ſq̄
aūt in iure reperiat̄ vt appellatione filij cōprehēdat̄ filia:vt in iuribus
p̄alle.nullibi tñ reperit̄ q̄ appellatione filij masculi cōprehendat̄ femi
na:immo cōtrarium in materia nostra aperte volunt Hos. Goff. Jo.and.
in.d.c.raynaldus.vbi testator si filium substituit si absq̄ filijs masculis
moreretur ⁊c. Et prefati doct.dicunt q̄ si illud verbum masculus non
fuisset appositum sufficiebat filias feminas habuisse:q: masculinū ⁊c.
Et sic apertissime volunt q̄ masculinum comprehendat femininum q̄si
non est additum verbum masculi alias secus vt fuit in casu nostro. Et
idem Bar.in.l.cum auus.ff.de condi.⁊ demon. Et pōt esse ratio differē
tie vltra cos. Nā verbū masculus proprie cōuenit viris ⁊ non feminis:
est enim diminutiuū:⁊ dicit̄ a mas maris addita culus vt dicit papias:
noīa enim appellatiua sunt immutabilia ab hoīe hinc est q̄ error in eis
vitiat legatum vt legi.⁊ no.in.l.si q̄ in fundi vocabulo.ff.de leg.i. Et sic
appellatione masculi non venit femina:⁊ cū hoc appellatiuum masculus
denotet diuersum quid a femina.l.queritur.ff.de sta.ho.⁊ iij.q.iij.c.si te
2 stes.§.hermaphroditus. ¶ †Itē masculus ⁊ femina sunt correlatiua:
q: dicit̄ masculus respectu femine sicut maritus ⁊ vxor,pater ⁊ filius.
vnde cum sint oīno diuersa vnum non comprehendit aliud sicut si legas
sē marito non comprehenderetur vxor vel si lego patri nō venit filius:
secus aūt vbi sit solū mētio de filio. Nā filius ⁊ filia nō sunt correlatiua:
⁊ filius d̄r a philos q̄ est amor.l.liberorū.in si.ff.de ver.sig.q̄ q̄dē ver
bū p̄pter ethymologiā vtriq̄ cōuenit masculo ⁊ femine. ¶ Scdō pro
bo principaliter alia rōne verba in qualibet dispositione debent sic in
telligi vt aliquid operentur.vt in.c.si papa.de priui.in.vi.⁊.l.si q̄s.ff de
lega.j. Sed in casu nostro si voluisset testator comprehēdere filiam fe
minam frustra fecisset mentionem de masculis:⁊ sic illa additio mascu
lis nil operaret̄:q̄ non est dicendū per predicta ⁊ aliud sensisset in.c.nā
vbi dixit masculus dixisset filius vel filia.in.c.ad audiētiā.extra de deci.
⁊ ille tex.bene facit.nō enī debemus recedere a p̄prio significato ex quo
aliter de mēte nō cōstat.vt ibi ⁊.c.si.de ver.sig.⁊.l.non aliter.ff de le.iij.
3 ¶ †Tertio facit q̄ verbum filius nō ex p̄pria significatione sed p in
terpretationem ⁊ extēsionē cōprehēdit filiā.vt.l.p̄nūciatio.in prin.ff.de
ver.sig.⁊ no.gl.in.d.l.j.ff.de ver.sig.⁊.d.l.q duos.de le.iij. Sed si verbū
masculus comprehenderet etiā feminam cōcurrerēt in eodem casu due
extensiones ⁊ improprietationes:q̄ non est dicēdum.l.ij.C.de dotis pro
mis. ¶ Quarto adduco.l.si ita.ff.de lib.⁊ posth.iuncta gl.quā ibi sequit̄
Bar.dicit enim ibi Bar.q̄ appellatione filij veniunt omnes filij ⁊ filie.
dicit enim gl.hoc verum nisi fuisset adiectum nomen proprium:q: per
illam adiectionem v̄r strinxisse se ad vnicū filium.ita in p̄posito adijcie
do vltra verbū filios istam qualitatē masculus v̄r restrinxisse ad filium
masculū:⁊ nō ad feminā. ¶ Quinto probat̄ aperta ratione id q̄ de sui
natura operat̄ exclusionē nō dʒ inducere inclusionē.arg.in.c.si necesse.
de do.post diuor.⁊.c.si.de verb.signi. Sed verbū masculi adiecto verbo
filius apponit̄ ad excludendū feminā cū sit qualitas seruis feminini ex
clusiua:ergo nō dʒ operari ipsius inclusionem. Nec obstat si dicatur te
statorē in principio fecisse mentionē de filio simpliciter:q: ex quo in ea
dem oratione ⁊ dispositione fecit mentionē de filio masculo v̄r semper
intellexisse de masculo. Nam verba precedētia dubia capiūt intellectū
a sequentibus. Et hoc aperte videt̄ probari in simili in.l.qui filiabus.
ff.de leg.j.⁊.l.si.§.cui dulcia.ff.de vino.tri.⁊ oleo.leg.⁊.l.si seruus.in si.
4 de lega.j. ¶ †Sexto ⁊ vltimo probat̄ inconuincibiliter in qualibet di
spositione ⁊ maxime in vltimis voluntatibus attendi debet communis
vsus loquēdi etiā cōtra propriā significationē verborū.l.librorum.§.q̄
tamen cassius.ff.de leg.iij.⁊.l.cū de lanionis.§.asinā.ff.de fun.instru.⁊.l.
labeo.ff.de supel.le.⁊ ibi plene per Bar.per gl.in.c.nonnulli.de rescri.⁊
per Inno.in.c.olim.de verb.sig. Sed certo certior casus est q̄ appella
tione filij masculi nemo intelligit feminam,imo esset quid supinum di

cere oppositum:ergo ⁊c. ¶ Et hoc vltimum deberet sufficere ad victo
riam huius cause ⁊ per hec sunt sublata argumenta formata pro parte
contraria. ¶ Nec obstat si diceretur,q̄ pater voluit grauare filium ma
sculum:nam potius videtur voluisse grauare feminā:⁊ā per masculū cō
struetur agnatio.l.j.ff.de ven.inspi.⁊ q̄ no.in.l.ij.C.que sit lon.cōsue.
qr dico aliā rationē esse in femina quantū ad istū casum. Nā femina ne
scit lucrari,⁊ oportet q̄ maritet̄,nec de facili reperiret sibi maritū cum
hoc perpetuo onere. Sed masculus est dominus domus,⁊ sic potest ne
gotiari,nec ita grauatur ex hoc onere. Et quicquid sit satis est testato
rem dixisse de masculo ⁊ non de femina:vnde sufficit ita scriptum esse.
l.prospexit.ff.qui ⁊ a qui.vi.q.iij.scriptura.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidā diocesanus vulterane re-

liquit monasterio montis oliueti centū. Episcopus loci petit ex tali reli
cto canonicam portionem.monasterium predictum cōtradicit allegās exē
ptionem,⁊ etiam prescriptionem tanti temporis,de cuius initio memo
ria non est. Queritur quid iuris ⁊c.

¶ Consilium.xxxvij.

1 ¶ Monasteria dicuntur exempta respectu legis diocesane.
2 Officium in quo remouetur,remouetur ⁊ officij premium.

TRia ad claram decisionem videnda sunt. Primo an monasteria religiosorum cessante spāli excēptione ad hanc portionē canonicā teneant. Secundo posito q̄ sic,
vtrum specialis exemptio defendat̄ hoc monasteriū,⁊ alia
eiusdem ordinis:cū totus ordo montis oliueti dicatur specialiter exem
ptus a iurisdictione epi. Tertio p̄supposito q̄ exemptio nō prosit,an salte
tem ratione prescriptionis,de cuius initio non est memoria,possit dñs
1 episcopus ab impetitione huius monasterij excludi. ¶ †Et primo ad
primū dubiū videt̄,q̄ oīa monasteria sunt libera a solutione huius por
tionis canonice:q: omnia monasteria sunt exempta respectu legis dio
cesane.vt.xvj.q.j.cū pro vtilitate.⁊.c.dilectus.de offi.ord.cū simil. Sed
solutio huius portionis spectat ad legem diocesanam:ergo.⁊c. Maior
probatur ex theorica gl.in.d.c.dilectus.x.q.j.in summa.vbi no.q̄ oīa q̄
consistunt in recipiendo,vt est cathedraticum,quarta decimarū frater
naliùm,⁊ similium sunt de lege diocesana. ¶ Sed hoc non obstante con
trariū dico de iure procedere:vt probatur aperte in.c.requisisti.⁊.c.offi
ciū.de test.vbi clare pʒ monasteria ⁊ alia pia loca teneri ad huiusmodi
quartam.⁊ Inno.in.c.j.de sta.mona.⁊ Host.in summa de sepul.in.§.⁊
a quibus. Et cōtra oēs scribentes sequuntur,nec est vera illa theorica
gl.in.d.c.dilectus.⁊ clare probatur in dictis iuribus.⁊ de his duabus le
gibus diocesana ⁊ iurisdictione,remitto ad plene not.in.d.c.dilectus.⁊
per Inno.in.d.c.j.de sta.mo. Ita q̄ concludo illam exemptionem gene
ralem tributam omnibus monasterijs quoad leg.diocesanam non suffi
cere respectu huius solutionis canonice portionis. ¶ Uenio igitur ad
scdm,an saltē p̄sit huic monasterio exēptio specialis. Et scieduū q̄ Host.
fuit in singulari opinione q̄ nō.ita tenuit in.§.⁊ a quibus.nisi speciali
ter ecclesia eximeret̄ ab hac quarta:⁊ idē dicitur tenuisse quidā cardi
nalis de Tuderto,in quodam suo tractatu.notiusū istorum est:q: hec
quarta debetur epō ab oībus ecclesijs sue diocesis vt in.c.cō.querēte.de
of.or. Sed certe q̄cq̄d isti dicāt,oēs alij docto.tam antiqui q̄ moderni
tenēt contrariū:vʒ q̄ si ecclesia sit exēpta a iurisdictione epi.nō tenetur
sibi ad hanc quartā:⁊ ipsemet Hostiē.hoc v̄r tenere in.c.officiū.de test.
vbi hoc tenet Inn.⁊ clarius in.c.in nostra.de sepul.latius Jo.an.in.d.
c.officiū.⁊ sup rubrica. Et idē ibi do.Ant.de bu.dñi Card.florentinus,
Pe.⁊ Pau.⁊ omnes scribentes. Et ita cōsuluit Fed.de se.excellentissi
mus decretorū doctor.vt patet i suis cōsilijs,cōsilio.xcvj. Sequit̄ domi
nus Bal.in.l.si q̄s ad declinandā.C.de epi.⁊ cler.⁊ hanc opinionē legen
do ⁊ cōsulēdo semp tenui.fundamētū huius opinionis est,q: hec por
tio debet̄ epō ab ecclesijs sue diocesis. ¶ Itē rōne sue iurisdictionis epa
lis ⁊ cure,quā subit i dictis ecclesijs.vt p̄bat̄ in.d.c.requisisti.no.doc.in
dictis locis p̄alle.⁊ maxime in.c.offi.ij.⁊ sup rubrica. Sed inter epm ⁊ ec
clesias exemptas,cessat illa rō.nec subit laborē in eis circa iura epalia,
cū immediate subijciantur romano pōtifici:vt pʒ.xvj.q.j.frater noster.
vñ dicimus,q̄ papa est eps exemptorū vt not.gl.in.d.c.nulla.xciij.dis.
⁊ in.c.authoritate.de p̄uile.li.vi.⁊ forte ob hoc dixit Pe.vt recitat Jo.
an.in.d.c.requisisti.q̄ ecclesie exempte debēt hāc canonicā portionē sol
uere pape. Itē ⁊ scdō hoc v̄r probari in cle.dudū.de sepul.vbi fratres
predicatores,⁊ minores,soluūt dūtaxat vnā quartā.s.ecclesie parochia
li,si defunctus fuit apud eos sepultus,⁊ sup alijs portionibus seu dedu
ctionibus fiendis imponit̄ silentiū oībus,quoniam appellatione venit
2 epi.de iudi.c.j.pro hoc q̄ not.ibi glo.in ver.quartā. †Preterea in quo
In questione que ad presens vertitur inter ciuitatẽ Exij ex vna parte, ⁊ castrum Beluederis ex alia parte, seu inter veriusque loci vniuersitates, videtur primo sententiã ferendam in fauorem dicte ciuitatis. Nam cum alias sentẽtia fuerit lata contra homines dicti castri in fauorẽ dicte ciuitatis, in effectu continens dictum castrum Beluederis olim castellare fuisse, ⁊ esse, cum suo territorio ⁊ districtu, ⁊ cũ suis pertinentijs de comitatu dicte ciuitatis Exij: ⁊ nobiles de bustareto illud retinuisse, ⁊ possedisse indebite ⁊ cõdẽnatos fuisse ad restituẽdũ ⁊ relaxãdũ comitatui dicte ciuitatis Exij: ⁊ dictã vniuersitatẽ dicti castri cõdẽnatã ad faciẽdũ se recuperari p dictã ciuitatẽ: ⁊ pronuntiatum dictam vniuersitatẽ esse cogendam ad se retrahendum a potestate ⁊ iurisdictione dictorum nobilium ⁊c. Nec ista sentẽtia aliquo remedio apparet fuisse, ⁊ esse rescissa: ergo fini eum est nunc iudicandum etiam si nunc appareant testes vel instrumenta in contrariũ: quia sententia ex quo nõ est lata expresse cõtra ius cõe, licet sit lata contra ius litigatorũ, non debet rescindi etiã pretextu pbationis nouiter reperte: facit enim sententia ius inter partes: hec aperte probantur in. c. cum inter. de re iudi. vbi tex. multũ notabilis videt velle hoc procedere etiam si nunc appareat quod probationes quibus fuit lata sententia necessario non concludebant intentum illius pro quo fuit lata. Ad idem. c. suborta. ⁊ c. inter monasteriũ. eod. ti. ⁊ l. imperatores. ff. de re iudi. ⁊ l. sub pretextu. C. de transac. ⁊ l. ingenuũ. ff. de statu ho. ⁊ l. res iudicata. ff. de reg. iur. Nec obstat si dicat quod nũc non petit id qđ in sententia dicta continetur cũ solum nunc fuerit petitũ pnũciari, ⁊ declarari vniuersitatẽ, ⁊ homines dicti castri teneri: ⁊ obligatos esse ad soluendũ in futurum onera realia, ⁊ mista, ⁊ personalia pro rata eorum que pro regimine dicte ciuitatis imponuntur p tẽpore, sicut subeunt alie vniuersitates, ⁊ homines castrorũ, ⁊ villarum

1 comitatus dicte ciuitatis ⁊c. † Libellus autem debet attẽdi circa viam conclusionis, ⁊ non narrationis. Non enim ampliatur conclusio libelli ex varietate ⁊ multiplicitate narrationis. vt legitur ⁊ no. in. c. ex parte B. de foro compe. c. litere. de dila. ⁊ c. fi. de iudi. no. Fede. de senis cõs. xxij. quia dico quod id quod nunc petitur, satis in effectu continet in illa sentẽtia iam lata. Si enim pnuntietur illud castrũ Beluederis esse de districtu, ⁊ comitatu dicte ciuitatis, ⁊ nobiles de Bustareto illud retinere, ac retinuisse indebite, ⁊ iniuste: ac cõdemnati fuerũt ad illud restituendũ, ⁊ relaxandũ dicte ciuitati Exij: ergo cõcluditur quod hoies dicti castri debent soluere onera imposita, vel iponẽda per dictos nobiles: nec possunt amplius illorũ dñm nominare, seu pretextu illius se defendere: imputent enim sibi quare tunc nõ appellauerũt: debent ergo nũc respondere dicte ciuitati, sicut ⁊ alia castra, que sunt de districtu ⁊ comitatu dicte ciuitatis, cũ in effectu talis effectus resultet ex illa sentẽtia: vbicunque enim castrũ nullã iurisdictionẽ habet, sed tota iurisdictio est penes ciuitatẽ: ⁊ sic tenentur parere mãdatis ciuitatis, ⁊ illius onera subire, ⁊ dicuntur ciues illius ciuitatis. hec omnia probant ex not. per Bar. in. l. i. ff. de dam. infec. ⁊ l. i. ad munici. ⁊ l. nõ dubito. ff. de cap. ⁊ postli. reuer. facit. l. qui ad iura. ad muni. ⁊ l. incola. cũ. l. sequẽ. de muneri. ⁊ hono. ⁊ quod no. Jo. and. in. c. i. de immu. eccle. li. vi. Probatiões ergo nũc facte p vniuersitatẽ dicti castri, qđ a quinquaginta sex annis, ⁊ citra, dicti nobiles possederint omnimodã iurisdictionẽ in dicto castro, ⁊ ad eorũ impositiones soluerunt onera ⁊ collectas, nõ habẽt releuare dictã vniuersitatẽ, quia iam pronunciatum cõtra dictã vniuersitatẽ fuit, qđ indebite ⁊ iniuste dicti nobiles possederunt istud castrũ, ⁊ sic iniuste isto casu imposuerũt. vt in. c. licet. de proba. ⁊ qđ no. Inno. in. c. in literis. de resti. spo. ⁊ c. ij. de in integ. resti. a qua sentẽtia nõ fuit appellatũ, vt predixi. Et sic hec pbatio nunc facta nõ releuat: sz debet iuxta petitionẽ illa sententia nũc mandari executioni: vt in. c. cũ super. de re iudi. ⁊ in aliis iurib9 superius allegatis. Nec obst. si dicat, qđ poterat dictũ castrũ venire per beneficiũ restitutionis in integ. per. l. res publica. C. de q. cau. maio. quia sm gl. ibi illa. l. nõ habet locum in villis ⁊ castris. Et psupposito quod debeat obseruari in castris populosis, vt quidã dixerunt, sequitur ibi Bar. tñ cessat nunc istud beneficium, cum lapsum sit quadriẽniũ a tempore sententie. l. fi. C. de tẽpo. in integ. rest. peten. no. Bar. in. d. l. res publica. Nec obijci potest si dicat quod cõueniri debebãt dicti nobiles, qui possidebãt subiectionẽ in castro, ⁊ nõ homines illius castri, qui possidebantur. vt in. c. inter quatuor, iuncta gl. de maio. ⁊ obe. ⁊ c. auditis. de prescrip. quia dico, quod etiã subditi p eorum interesse, ⁊ quia ipsi faciunt, quod actor nõ possidet, cõueniri possunt saltẽ vt snia ferenda preiudicet: vt probat in. c. cũ inter. ⁊ c. cum super. de re iudi. no. Inn. in. d. c. auditis. ⁊ c. inter quatuor. ¶ Sed his nõ obstãtibus cõtrariam sententiã arbitror veriorẽ: ⁊ puto duplex posse adhiberi remediũ impediendi intentionẽ dicte ciuitatis Exij, ⁊ subueniẽdi dictis nobilibus. Primo, quia licet illa sentẽtia reperiat transiuisse in rem iudicatã, tñ ex quo fuit de ea oppositũ contra legem, ⁊ probatiões facte in contrarium ⁊ apparet nũc p probationes legitimas, quod dicti nobiles prescripserunt legitime omnimodã iurisdictionem in dicto castro: cum de qua re cognouerit iudex: de ea pnũtiare dz. vt in. l. de qua re. ff. de iud. ⁊ c. cũ super. de cã posses. ⁊ proprie. debet pnũtiare cõtra dictam ciuitatem, ⁊ absoluere dictũ castrũ ab impetitione ipsius sup causa nouiter impetrata, ⁊ sic pronuntiare legitime fuisse appellatum ab vniuersitate dicti castri. Ad hoc est notabilissimũ dictũ Inno. in. c. cũ dilecta. de rescrip. ⁊ c. cũ bertoldus. de re iu. Et idem sentit in. c. fraternitatis. de frigi. ⁊ c. ex ratione. de appel. dicit enĩ Inn. in preallega-

2 tis locis, † qđ si probationes de facto admittunt cõtra sniam p quas probationes appareat illa snia minus legitima, dz iudex magis inherere pbationibus, quam sentẽtie prius late. Et hãc opinionẽ expsse firmat do. Ant. de but. in. d. c. cum dilecta. dicẽs, quod ex quo probatio est facta, transit in notoriũ: ideo tollitur effectus presumptionis surgẽtis ex sententia, sicut tollitur per confessionem partis, que similiter inducit notoriũ: vt notanter dicit idẽ Inno. in dictis capi. qđ si is p quo fuit snia lata confiteatur eam iniustã, debet iudex illam retractare: ad hoc qđ

no. Cy. et alii docto. in auf. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. vbi di
3 cunt, quod contra presumptionem iuris et de iure, admittitur probatio in con
trarium per confessionem illius, in cuius fauorem iura presumit, quod non pro
cedit ex altero iam quia confessio non tollit in notoriis. Idem est in probatione
iam facta post conclusionem in causa vt in c. cum olim. de verb. signi. Et no.
domini de Rota decisio. cccciii. Facit quod no. Inno. in c. constitutus. de
fil. presby. vbi dicit, quod licet contra agentem possessorio non debeat admit
ti probationes super defectu proprietatis, vt in c. in literis. de resti. spol. et
c. fin. de ordi. cog. tamen si per eius confessionem, et probationes admis
sas constaret de proprietatis defectu: tunc contra notorium non fieret sibi
restitutio. Et si dicatur notorium etiam surgere ex priori sententia: et sic non de
beret tolli per notorium sequens, cum primum sit eque potens: respondetur
4 secundum do. Anto. quod notorium surgens ex sententia est notorium presum
ptionis: et cum agatur hic de prescribenda iurisdictione contra dictam
ciuitatem Exii: et non contra ecclesiam romanam, sufficit prescriptio com
munis: vt si est cum titulo, sufficiat tempus. x. ann. inter presentes. et. xx.
anno. inter absentes. Nam et in istis corporalibus habet locum hec prescri
ptio longi temporis: vt probatur in l. fi. C. de prescri. long. tempo. et l. i.
C. de seruit. et si est sine titulo sufficit tempus. xxx. vel. xl. anno. vt. xvi. q. iii.
c. dilectio. §. pot. Et directo ad causam nostram videtur tex. iuncta gl. i. ver.
principaliter. in c. ad audientiam. de prescri. et bona gl. in c. volumus. xvi. q. i.
iii. et in c. dilectus. de capel. mona. ad idem quod no. Bar. in l. si publicanus. §.
in vectigalibus. ff. de publi. in quibus iuribus colligitur, et not. quod contra
tenentem iura principis, potest prescribi communi iure, si tantum agitur de
prescribendo contra eum, et princeps conseruatur illesus. Cum ergo nunc aper
tissime constet per legitimas probationes et vt presupponitur in iudicio
admissas, quod dictum castrum est subiectum dictis nobilibus de Bustareto
5 per prescriptionem legitimam hec probatio debet preualere sententie ante late, tum
maioris virtutis sit prescriptio quam nuda sententia: vt colligitur ex nota
tis in l. fi. ff. rem ra. hab. et in l. obligationum. §. placet. ff. de actio. et obli.
iunctis no. in l. Iulianus. ff. de condi. in debi. facit c. ad aures. de prescrip.
vbi tex. dicit, quod prescriptio omnem prorsus actionem excludit. Et quod not.
Ioan. an. in regula, possessor. de regu. iur. lib. vi. in mercu. iniustia. not. p
Innoc. in d. c. quia plerique. bene est. quod si quis constreatur sententiam iniustam
etiam post transitum in rem iudicatam: vel postea appareat iniusta per proba
tiones in iudicio admissas, debet sententia retractari. vt supra post Innoc.
dixi. secus autem si post completam prescriptionem constat rem fuisse alterius,
secundum communem opinionem canonistarum. vt no. gl. et hoc. in c. vigilanti. de
prescript. Et Io. and. plene prosequitur, et tenet sub dicta regula, pos
sessor. Et debet hoc casu presumi dictos nobiles de Bustareto bona fi
de prescripsisse, cum ante illam sententiam possederint vltra triginta annos: nam
ex longinquitate tanti temporis presumitur sententia iniusta, etiam in corporalibus:
vt no. voluit Inn. in c. ii. de in inte. resti. et Bar. in l. fi. C. vnde vi. in fin.
Nec sententia lata habuit preiudicare ipsis nobilibus: vt statim in secundo
remedio dicam. Certumque erat dictum castrum potuisse allegare ius nobi
lium. vt in c. cum olim. el. ii. de priuile. et c. cum persone. eo. ti. li. vi. not. Inn.
in c. auditis. de prescrip. Et ex isto remedio dico in causa ista pronun
tiandum per iudicem appellationis bene appellatum, et debere absolui
re vniuersitatem dicti castri ab impetitione dicte ciuitatis Exii: qui hoc
debuisset facere primus iudex, si coram eo fuisset hec prescriptio probata.
vt probatur in c. raynaldus. et c. raynutius. de testamen. facit quod not. Bart.
in l. cum apud. ff. iudi. sol. Illud tamen remedium est aliquantulum du
bium quo ad ipsos subiectos: quia cum eis contendentibus fuerit alias pro
nunciatum dictos nobiles iniuste possedisse: ergo non possunt allega
re nunc eorum possessionem, cum in ipsorum preiudicium presumenda sit iusta:
ex quo ab illa sententia non fuit per eos appellatum ideo tutius est quod
ipsi nobiles compareant, et proponant de iure suo: vt subiicitur in hoc se
quenti remedio. ¶ Secundum remedium impediendi in effectu intentionem
vniuersitatis Exii: est vt dicti nobiles compareant pro eorum interesse: quod
facere possunt. vt in c. veniens. el. ii. de testi. et c. cum super. de re iudi. et l.
si suspecta. ff. de inoff. testa. et in l. ab executore. et in l. a sententia. ff. de appel.
Et si vellent impedire executionem sententie casu quo veniret ferenda
contra vniuersitatem castri satis est dicere de eorum iure: et hoc indubita
tum si tempore prime sententie ignorauerint causam agi contra vniuersi
tatem castri, cuius iurisdictionem possidebant, vt probatur in d. c. veniens.
Et ibi per Inn. et in l. sepe. ff. de re iudi. no. Inn. et communiter alii doct.
in d. c. cum super. et c. penul. eo. ti. Et si volunt quod pro eis pronuncietur: de
bent dare saltem qualemqualem petitionem, vt no. Hosti. et Ant. de bu. i. c.
cum super. preallega. licet ibi Inn. senserit, quod indistincte iste dominus compa
rens pro iure suo, quod habet in subiectos, debet audire sine alia petitione,
et potest vti probationibus factis per subiectos. Sed mihi plus placet
precedens opinio: quia sicut probatio per subiectos facta, non nocet domi
no absenti, vt infra dicam: ita nec prodesse debet, argu. eorum que no. in
c. cansani. de testi. et satis presumuntur ignorare, si erant in etate infanti
li. arg. c. si qui matrimonium accusare possunt. Sed presupposito quod ipsi
fuerint scientes causam subiectionis agi per vniuersitatem castri et tacue
rint, nunquid fuerit eis irrogatum preiudicium aliquale, est dubium: et
premitto illud certum esse subditos conueniri a tertio de iure subiectio
nis: tum quia eorum interest non mutare dominum, tum quia ipsi videtur fa
cere quo minus tertius possideat non patiendo: vt supra dixi: hoc probatur

in c. cum super. de re iudi. et c. cum inter. eo. tit. no. Inn. et communiter docto.
postea in c. auditis. de prescri. et c. inter quatuor. de maio. et obe. et d. c. cum
6 super. dixit tamen Inno. in d. c. auditis. quosdam tenere, quod licet
subiecti admittantur ad defensionem, possint contra eum tamen defensio primo
loco pertinet ad illum, qui possidet subiectionem: refert alios dicere, et melius
secundum eum, quod defensio non pertinet principalius ad dominum, quam ad reliquos
sed plene ad vtrosque. Sed principaliter pertinet defensio ad subiectum, et
ad subiectiones possidentem. allegat. l. principaliter. C. de libe. cau. et cum
hoc secundo dicto transeunt communiter ibi doctores. ¶ Sed dubium est nunc
an sententia lata contra subiectos noceat domino, seu subiectionem possiden
ti, si sciuit litem agitatam, et tacuit, nec a sententia postmodum appellauit. Inn.
in c. subortam. de re iudic. sentit quod sic. requirit tamen quod dominus sciuerit litem
agi, et non ignorauerit ius sibi competere in subiectos litigantes: idem etiam
sentit in d. c. auditis. quia sententia vnius alium non preiudicat, nisi sciuerit,
et non defenderit: quia tunc preiudicat. allegat. c. quamuis. de re iudi. l. sepe. §.
penul. ff. eo. Contrarium tamen ipse tenuit in c. cum super. de re iud. vbi
tenet quod non fit preiudicium domino quoad proprietatem, sed solum quo ad
possessionem: nec fit executio pro illo, qui sententiam obtinuit super subie
ctione domino sciente et tacente. Et videtur de hoc ibi casus. Idem tenet
in d. c. quia. vbi dicit, quod argumentum eius quod dixi de liberto in d. l. sepe. non
7 habet hoc casu locum: nam tamen vnus episcopus agit contra aliquod monasterium peten
do ibi episcopalia: sed alius quod primo exercebat ibi episcopalia, non defendat monaste
rium, preiudicat sibi quo ad possessionem: et hanc opinionem, vt non fiat preiudicium
quoad proprietatem episcopi in dominio: licet sciuerit, et non defenderit, tenet et ap
probat Anto. de butr. et communiter alii canoniste in d. c. cum super. et in d. c.
quamuis. et videtur aperte probari in d. c. cum super. quinimo dominus Francis.
de zabarellis olim cardinalis Florentinus legendo tenuit in d. c. cum
sup. quod etiam super possessione non fit preiudiciam ipsi domino: si ipse pos
sidet: et ad c. cum sup. respondetur, quod intelligitur quando dominus non
erat in possessione. Nam vbi alias potuisset impedire executionem facien
dam in re vacante pretextu iuris sui, vt leg. et no. per Inn. in d. c. veniens. de
testi. et per Bart. in l. a diuo pio. ff. de re iudi. Nunc non poterit, ex quo
fuit sciens, et non assumpsit defensionem: sed si ipse dominus esset in pos
sessione, non debet sua possessione priuari propter sententiam latam con
tra subditos: quia hoc esset de directo contra mentem illius capituli: vbi di
citur, quod sententia lata contra monasterium pro episcopo, debet executioni
mandari absque alterius episcopi preiudicio, qui dicebat monasterium illud sibi
subiectum. Et vt subiicit ibi tex. ratio est, quia gesta contra monasterium
non debent preiudicare episcopo pretendenti subiectionem, licet sciuerit et non appel
lauerit, quamuis res inter alios acta regulariter non debeat aliis nocere, iu
xta constitutiones canonicas et ciuiles: vnde ponderanda singulariter
sunt duo ex illo text. Primo quia dicit, quod absque preiudicio episcopi pre
tendentis subiectionem. debet illa sententia mandari executioni: si enim pri
uaretur possessione, non fieret absque suo grauissimo preiudicio: cum ma
gnum sit possessionis commodum: cum sepe ex defectu probationis super
dominio perdatur ipsum dominium, vt in c. sepe. de restit. spol. et onus pro
bandi incumbit non possidenti. l. fi. C. de rei vendi. et c. ex literis. de probat.
et institu. de interdi. §. commodum. intelligatur ergo ille tex. de quolibet
preiudicio, quod generatur domino tacenti: cum fit executio in re vacan
te, cum facilius ipse obtinuisset, si nemo possederit. d. c. veniens. et hunc in
tellectum videtur tacite sensisse Inno. in c. quamuis. preallegato in prin. Se
cundo ponderanda est multum ratio illius decisionis, dum dicit, quod res
inter alios acta etc. Et sic singulariter vult illa, et nescio alibi, quod dominus
dicitur prorsus alia persona quoad hoc, vt nullum sibi fiat preiudicium
saltem graue ex gestis cum sibi subiectis: et quod illa regula, res inter alios
acta, habet locum in eo: et per consequens infertur quod l. sepe. et c. penul. ha
bent locum in domino quo ad regulam ibi positam, et non quoad casus excep
tos. hoc ego probo. Primo per rationem ipsius Inn. in d. c. auditis.
8 nam ibi dixit, quod defensio cum de subiectione agitur, pertinet principali
ter et equaliter ad dominum, et ad subiectos: quia sicut domini interest non perdere
subiectos ita interest subiectorum non mutare dominum: facit d. l. prin
cipaliter. ergo sententia vnius non debet alteri etiam scienti nocere: quod
probo per dictam l. sepe. et d. c. penul. Tunc enim sententia vnius nocet
alteri, cum is cui primo loco competebat actio, permisit sequentem expe
riri, cum illum poterat a iudicio repellere: vt ibi dicitur. Sed si equali
ter ad vtrosque pertineat, non potuisset dominus subditos remouere, a iudi
cio. Item quare est imputandum hoc domino, cum subditi litigent pro in
teresse suo: et sic sententia habebit effectum contra subditos, vt non possit domi
ne eorum interesse amplius contradicere: sed non contra dominum: cum quelibet
bet res non debeat excedere effectum suum, et transire ad alias personas. de
his que fiunt a maio. par. capi. quesiuit, et l. sancimus. C. de penis. dicet
aliquis, hoc non videtur contra tex. in d. l. sepe. in §. nam et si libertus. vbi
dicitur, quod libertus litigans de statu suo, cum reportat contrariam sententiam,
preiudicat ipsi domino super suo iure patronatus. Ad illum enim text.
potest responderi dupliciter. Primo quod tex. ille habet duos intellectus.
Primus vt intelligatur quando dominus interuenit in iudicio: et hoc videtur so
nare tex. dum dicit, me interueniente etc. Et hunc intellectum tenuit Ioan.
an. et approbat Inn. in d. c. cum super. dixit enim Io. an. et bene secundum Inn.
quod si quis iura petit me sciente quod ego possideo in re aliqua et obtineat:
non tamen mihi preiudicat, nisi ea defendam: et exponit verba. d. l. sepe.
scilicet

scilicet interveniete et defendete: et sic apparet fin eum quod si offerat se de
fensioni debet probare de iure suo aliter fieret sibi preiudicium: hec sunt
formaliter verba Innoc. in d. c. cum super. Secundus intellectus fuit
Rodulphi vt sufficiat sola scientia et licet Bar. hunc intellectum teneat in d.
l. sepe. Inno. tamen et Io. an. dicunt quod papa videtur illum intellectum repro
bare in d. c. cum super. Sed si volumus saluare intellectum Io. an. et Bar.
dicamus aliter et sic quod aut loquimur in liberto litigante et sic fit domino
scienti preiudicium, vt in d. §. nam et si libertus. aut loquimur in subie
cto litigante et non fit dño preiudicium, licet scienti nisi ipse intervenerit in
iudicio et obtulerit se defensioni: et ita loquitur d. c. cum super. et hunc in
tellectum ponit dñs Ant. de bu. l. d. c. cum sup. Et videtur iudicio meo de
mente Bar. in d. §. nam et si libertus. si ratio sua bene ponderet ratio diuer
sitatis: quia libertus fuit consecutus libertatem a dño et sic videtur habuisse
licentiam experiendi super dominio et consequenter super iure patronatus
ex licentia ipsius dñi: merito fit dño scienti preiudicium sicut eadem ratione
dicitur in creditore litigante super dominio pignorum agendo hypothe
caria vt faciat preiudicium debitori scienti. habuit enim illam obligatio
nem facto dñi: et videtur sibi dedisse licentiam super dominio litigan
di vt not. Bar. in dicta l. sepe. In subiecto autem cessat hec ratio cum
nihil habeat facto dñi sed inerte ipse possidetur. Si ergo litiget de sub
iectione venit inerte per interesse et facto suo: ideo nõ debet preiudicare
domino, imo dominus quo ad ius suum censetur prorsus alia psona:
vt aperte voluit tex. in d. c. cum super. et cum hac expositione potest in
telligi c. suborta. et di. tum Innoc. ibi non loquitur de exemplo litigan
te super iure exceptionis.

¶ Consilium. xc.

1 ☞ Promittens sub certa pena se facturum et curaturum quod Titius
contrahet matrimonium cum Sempronia si fecit quicquid potuit nõ
tenetur ad penam.
2 Legatum si factum fuerit mulieri si Titio nupserit videtur prohibita
ne alteri nubat sed cum illo Titio tantum.
3 Iussus si est aliquis morari cum aliquo vel contrahere: si ille recuset vel
non possit commode vel honeste cum illo morari vel contrahere debetur
legatum et tollitur obligatio.

Circa primum dubium Salua
toris p
prius postulato suffragio, videtur quod fideiussores qui promise
runt se facturos et curaturos quod magistri Petrus et Anto
nius iuxta promissionem construent et facient magazinum in oppido limi
nis sub certa pena teneantur et obligati sint ad factum principaliter. i. ad con
structionem ipsius magazini: et etiam ad penam promissam, cum opus in
tra tempus promissum. s. xviii. mensium factum nõ esset. nõ obstante casu
mortis in persona magistri Petri ante perfectionem operis contingentis
et quod teneantur ad ipsius factum principale, probari videtur per l. nemo est qui
nesciat. ff. de duo. reis. et l. si quis pro te. coniuncta gl. ff. de fideius. in qui
bus iuribus probatur quod etiam in obligationibus facti possunt intervenire fi
deiussores, et obligari ad ipsum factum principale, ad quod erat obligatus
principalis promissor: videtur enim interventu fideiussoris tacite agi
vt industria principaliter promissoris non videatur electa: sed quod opus
possit fieri per fideiussores, vel alios qui sunt eiusdem peritie cum promissio
re quod obligentur ad penam: patet, quia ante mortem dicti magistri Petri pena
fuit commissa, cum intra tempus. xviii. mensium iuxta promissionem opus fa
ctum non fuit: mors ergo superveniens post penam commissam non liberat
fideiussores. tex. est in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. nec releuantur si di
catur quod post lapsum tempus operi fiendo prefixo, officiales Florentini sup
illo opere deputati, vna cum dño et prioribus eiusdem vrbis, destinauerunt
vsque pecunias dictis magistris pro opere perficiendo, et acceptando ipsum
factum videntur recessisse tacite a pena, et sic saltem ope exceptionis possint li
berari. vt in l. ii. ff. si quis cau. quia illud procedit quando fuit simpliciter apposita
pena: sed quando fuit adiecta clausula rato manente pacto: tunc dilatio data
post penam commissam ad opus perficiendum nõ liberat a pena iam commissa.
tex. est no. in l. cum stipulatus sum mihi a proculo. ff. de verb. obli. et ibi p
glo. et Barto. pro hoc bona glo. in c. dilecti. de arbi. in fi. facit. l. penult.
et quod ibi no. de transac. ¶ Sed his nõ obstantibus contrariam sententiam arbi
tror preualere, si recte alia hoc negotium contingentia ponderentur. Et pri
mo discutiam verum dicti fideiussores remanserint obligati ad factum princi
pale: secundo numquid ad penam. Circa primum dico quod non: quia isti fideius
sores non promiserunt factum principale: quo casu loquitur d. l. nemo est
qui nesciat. sed obligauerunt se facturos et curaturos quod magistri facient
iuxta eorum promissionem: quo casu nõ obligantur ipsi ad factum principale
cum illud nõ promiserint: sed se facturos et curaturos quod alii facient: vt no.
Bart. in d. l. si quis pro eo. Et facit quod ibi nota. gloss. ad hoc text. in l.
stipulatio ista. §. si quis dolum. ff de verb. obli. et institu. de inuti. stipu. §.
si quis alium. obligatio enim sumit effectum a mente contrahentium. l. in con
uentionibus. ff. de verbo. signi. Et maxime hoc tenendum in casu nostro.
cum nõ sunt eiusdem peritie cum principalibus promissoribus. vt no. in
dicta l. si quis pro eo. et d. l. nemo est qui nesciat. et hoc clarissimum est.
Venio ad secundum. s. an sint obligati ad penam: et concludo quod nõ: quia
pena nõ fuit commissa ante mortem dicti magistri Petri: et sic cum non defe
cerit per eos quin curauerint, et fecerint quod illi magistri opus perficerent,
nõ committitur stipulatio pene: quia difficultas seu impossibilitas su
perueniens impedit pene commissionem. tex. est not. in l. si vehenda. ff. ad
legem rhod. de iac. no. Bart. ibi latius et clarius in l. continuus. §. illud. de
verb. oblig. Et idem in difficilioribus terminis quam nostris consuluit Fede.
de senis habito consilio cum Ioanne paglaren. sicut ipse refert consilio.
1 cxvii. vbi dicit: quod si quis promisit sub certa pena se facturum et curaturum
quod Titius contrahet matrimonium cum Sempronia, si fecit quicquid po
tuit, nõ tenetur ad penam: quia satisfecit obligationi quantum in eo fuit: et dif
ficultas impedit pene commissionem. vt in d. l. si vehenda. Sed in casu no
stro non solum superuenit difficultas, sed etiam impossibilitas: quia impos
sibile erat curare post mortem, vt ille magister Petrus opus perficeret:
ergo ex persona dicti magistri Petri decedentis antequam pena committeretur
fideiussores nõ tenentur: nec illa obligatio transiuit in heredes dicti ma
gistri Petri: quia factum inherens persone defuncti non transit in here
dem. d. l. si decesserit, et ibi per Bar. per quod dicit quod si quis promisit vt pos
sit pro debitore capi pro eo: aliter, illa obligatio nõ transit in heredes. Ad
idem. l. vnica. §. finaute. in fi. C. de cadu. tollen. quod autem pena nõ esset commis
sa ante mortem dicti magistri Petri non obstante lapsu. xviii. mensium ope
ri perficiendo prefixorum, probatur ex eo, quia vt presupponitur in facto,
isti conduxerunt opus faciendum intra illud tempus: cum hoc super quo
dam muro antiquo edificarent: sed tandem ... fuisset postea per officia
les compertum, quod illud opus sic edificandum nõ esset mansurum, de nouo lo
cauerunt dicto magistro Petro, vt illum murum edificaret de nouo. Et
constituerunt sibi pro illo nouam mercedem, apposito tempore trium mensium ad ipsius
muri edificationem. Et sic cum prime stipulationi fuisset additum opus, quod nõ
venit in prima promissione, videtur tacite recessum a tempore primo prefixo,
vt saltem vi exceptionis conseruetur: nec infra tempus primo conuentum committatur
pena ad hoc quod no. glo. in l. si. C. de nona. et per Bar. in l. penul. ff. de fu
to. stipula. et per eundem et glo. in l. ii. ff. de nona optime ad predicta facit.
l. ideo hesitatur. et quod ibi not. Bar. ff. de verb. obli. vbi dicit, quod si quis
promisit infra certum tempus insulam edificare deinde aliqua pars insule facte
incendio corruit: dicit ibi quod debet promissor habere integrum tempus edifican
di propter impedimentum superueniens: ita videtur dicendum in casu nostro.
cum mutato opere impediatur diligentia: et per consequens debet augeri tem
pus, ex quo aliud non fuit expressum. argu. l. scio. l. rasio. in fin. ff. de an.
leg. et prima stipulatio interdum capit dilationem, quasi tacite tempus insit:
vt in l. interdum. ff. de verb. obli. si promitto simpliciter dare centum, tamen
intelligitur tacite tempus intra quod per me solui potest. Et quod hoc fuerit de mente
contrahentium satis facit: quia elapso tempore. xviii. mensium primo prefixo,
nihil officiales predicti proposuerunt de pena: ex his enim que sequuntur, presu
mitur ad precedentia. vt in l. si seruus plurium. §. en fi. et l. qui finibus. ff. de
leg. i. Et presertim hoc procedit si illa clausula, rato manente pacto, appo
sita nõ fuit. vt no. in d. l. cum stipulatus sum mihi a proculo. et in d. l. ii. ff. si
quis cau. Idem tamen etsi fuit apposita per predicta, maxime quia hoc
presupponitur. s. quod dictum opus cum constructione muri de nouo nõ poterat
commode fieri intra tempus primo prefixum. facit. l. nepos proculo. ff. de
verbo. sig. Preterea si nõ fuisset recessum a tempore primo prefixo. ad quod
fuisset appositum tempus trium mensium noui muri construendi: si ille
murus edificandus erat solum propter constructionem magazini: vnde sa
tis erat tempus appositum super toto, cum ratione totius tractabatur
de parte argu. eorum que no. in c. auditis. de prescrip. et in c. cum dilecti.
de dolo et contuma. ¶ Et ex his infero ad secundum dubium, numquid fideius
sores sint saltem obligati ex persona magistri Antonii superstitis: et dic
eo quod nõ tum per predicta, tum quia magister Antonius nõ obligauit se
cum dicto magistro Petro. vt essent duo correi et sic cessat. l. i. C. de duobus
reis. et l. reos. ff. e. cum simi. vbi pater, quod duo correi videntur obligati insol
lidum, licet hodie secus sit per aut. hoc ita. C. eo. ti. Sed magister Petrus
fuit principalis promissor: ille autem magister Antonius obligauit se ad fa
ciendum partem suam, vna cum dicto magistro Petro: et sic elegit peritiam et
industriam dicti magistri Petri, qui erat magister prefatus: et forte
sine eo non obligasset se ad tam grande opus: vnde cum propter causam
mortis dicti magistri Petri nõ possit construere, vna cum illo magistro
Petro solutus est ab obligatione illa. et tenetur cum alio construere. arg. bo
num in. §. cum ante. et in c. is cui. de offic. deleg. lib. vi. et quod notanter dicit
Innocen. in c. si. de offic. deleg. facit. l. cum ita legatum. ff. de condi. et de
2 monstra. vbi dicit, quod si ita legatum est factum alicui mulieri, si Titio nu
pserit videtur prohibita ne alteri nubat, sed cum illo Titio tantum: ita in pro
posito si magister Antonius se obligauit, vt edificaret vna cum magi
stro Petro, si nõ potest cum illo laborare, nõ tenetur sine eo, vel cum alio: hoc
enim important verba obligationis, a quibus recedendum nõ est, cum nõ con
stet de contraria voluntate. l. nõ aliter. ff de leg. iii. et maxime in casu nostro: quia
in dubio verba sunt interpretanda contra stipulatorem. debuerunt enim
illi officiales verba latius concipere cum fuit in eorum potestate. vt notan
ter dicit tex. in l. quicquid astringende. de verbo. obli. Ad idem facit. l.
f. C. de insti. et substi. et l. caio. ff. de ali. et ciba. lega. et l. meuius. ff. de annu.
3 lega. et quod in eis not. Bart. vbi patet, quod si quis iussus est morari cum ali
quo vel contrahere: si ille recuset, vel nõ possit commode vel honeste cum il
lo morari, vel contrahere, debetur legatum, et tollitur obligatio. Ex his in
fertur quod si dictus magister Antonius nõ remansit obligatus post mortem
dicti magistri Petri: nec fideiussores ipsius tenentur ad penam: quia pro

miserunt se facturos ⁊ curaturos ꝙ illi facerent iuxta promissionē per
eos factam: ⁊ promissio fuit cum illa qualitate facta, vt vna cum ma
gistro Petro dictū magazinū deberet edificari, tamē quia defectiuo cō
petēs ex ratione coherētie cōpetit etiā fideiussori, vt in .l. exceptiones.
in .§. ff. de excep. imo imputaretur sibi si scienter eam omitteret .l. si fide
iussor. ff. manda. Ex quibus omnibus cōcludit, ꝙ nec ex persona magi
stri Petri, nec ex persona magistri Antonij dicti fideiussores sunt in
aliquo obligati.

Consilium. xci.

1 Pene quando imponuntur diuerse alternatiue a lege: ⁊ verba le
gis diriguntur ad iudicem, optio non datur parti, sed soli iudici.
2 Bona multa prestantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati:
non voluntati.
3 Potentia de facili reducibilis ad actum habetur pro actu.
4 Infirmus diues si ꝓhibeat ne sibi dent alique medicine, nihilominus
si medicus curat eum, ⁊ dat sibi medicinas, poterit postea repetere.
5 Prouisio legis est magis fauorabilis, quam statutum.
6 Iudex ex officio suo potest curatorem iam datum remouere, et alium
deputare.
7 Actiones due quando competunt, vna de iure communi, alia beneficio
pretoris, vna electa remanet altera exclusa.
8 Facultas datur iudici temperandi a principio penam legis.
9 Minor non pōt ꝓ libito se a potestate tutoris sola voluntate eripere.

Quoad primum dubium, in quid stāte statuto p
dicto curator sit dand⁹ minori inuito, alias nō
habenti curatorē: videt primo ꝙ nō. Nā lege cauet, vt cura
tor non det minori inuito, nisi ad litē, vt insti. de cura. §. itē
inuiti. ⁊ alibi dicitur, ꝙ non debet dari nisi presenti, ⁊ stipulanti. vt in .l.
qui habet. ff. de tute. Alia insup lege cauet, vt alius petere minori cu
ratorē non possit: sed ipse sibi petere debet. vt .l. diuus. §. curatores. ff.
qui pet. tut. vel cura. Cum ergo presens statutū quo cauetur, ꝙ cōsan
guinei possunt petere curatorē minori, deuiet a dispositione iuris cōis,
debet stricte intelligi, vt minus ꝗ possit fieri, obuiet iuri cōi. l. iij. §. hec
autē verba. ff. de neg. gest. c. in nostra. de iniur. c. f. ⁊ §. de fil. pſby. lib. vi.
facit qđ no. Inno. in .c. causam. de rescrip. ⁊ Bar. in .l. omnes populi. ff.
de iust. ⁊ iure. ⁊ .l. i. ff. ad leg. fal. ⁊ Io. and. in regula, pro possessore. de
re. iur. lib. vi. in mercu. prouidet ergo illud statutum, vt consanguinei
admittantur ad petendū curatorem, vbi alias non admittebant, vt p̄
dixi, ⁊ nō intelligatur, vt detur minori inuito, ne in alio corrigatur ius
cōe: presertim cū hoc nō exprimat in statuto: ⁊ sine isto potest statutum
habere suū effectū. facit .l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. ⁊ .c. statutū. de
elec. lib. vi. Sed his nō obstātibus contrariam sententiam arbitror
prestantiorem. Primo per verba dicti statuti in eo quod dicit, qđ si p
uenerint, ⁊ nōiauerint curatorem, vel curatores: vel iurauerit ꝙ dictā
petitionem faciunt bona fide, ⁊ pro vtilitate minoris, ⁊ nominabūt me
liores, dētur curator vel curatores predicti eidem minori intra. xv. dies
post petitionem. ⁊ iuramentū predictum: vnde pondero primo verbū
dētur: qđ verbum iudici p̄ceptiuū est inducēs necessitatē: sicut in simili
habet in .c. si diligēti. de foro cōpe. ⁊ c. i. de iniur. lib. vi. ⁊ .c. de multa. §.
is quoq3. de preben. que verba cū sint impersonalia, diriguntur ad iudi
cem solum, ⁊ sic non requirunt voluntatē minoris, vel alteri⁹: sed solū
denotant factum ⁊ officium iudicis. Ad hoc qđ in simili habetur .l. cle.
i. de re iudi. iuncta gloss. in verbo, admittat. que est no. Ad idē alia gl.
no. in .l. si soror. C. de colla. facit qđ not. Cy. in .l. quicūq3. C. de ser. fugiti.
1 vbi dicit, † ꝙ si diuerse pene imponitur, alternatiue a lege: ⁊ ꝟba legis
diriguntur ad iudicē, optio non dat parti, sed soli iudici, ita ꝙ sufficit
solius iudicis ministerium. Idem quando verba proferuntur imperso
naliter, q2 in dubio dirigūtur ad iudicem: vt est tex. iuncta gl. in .c. a cra
pula. de vita ⁊ ho. cleri. ⁊ in .c. fraternitatis. xxxiij. dist. ⁊ .c. sicut. de iudi.
Secundo facit, quia a verbis nō est recedēdum, nisi aperte aliud cō
stet ex mente. vt in .c. fina. de verbo significa. ⁊ .l. nō aliter. ff. de legatis.
iij. Sz verba statuti in casu nostro clarissima ⁊ certa sunt cum dicāt de
bere noiari p cōsanguineos: nec requirūt vt minor vocet, vl' vt cōsen
tiat: ergo indistincte debēt intelligi. vt siue velit minor, siue non, debēt
illi noiari, seruata tamē forma statuti deputati. cū enim ꝟba clara sint,
cessat extranea interpretatio .l. ille aut ille. ff. de lega. iij. ⁊ in .c. cū dē. de
reg. iuris. bene eñ sciuissent statuētes dicere, si voluissent, vt minor vo
caretur, ⁊ cōsentiret. Cum ergo nō dixerint, non est curandū an minor
reluctet. ad hoc bonus tex. in simili in .c. ad audiētiā. de deci. ⁊ .xix. dist.
si romanorū. ⁊ .c. solite. de maiorita. ⁊ obedien. ⁊ .l. de pretio. ff. de pub.
Tertio facit, qđ si nō daret minori inuito, sed ꝯsentiēte dūtaxat, sta
tutum nō requireret illā solēnitatē, vt ꝯsanguinei iurarent, ꝙ dictā pe
titionē faciāt bona fide, ⁊ ꝓ vtilitate minoris, cū sine ista deberet dari,
si minor ꝯsentiret postulationi. argu. l. si filius. ⁊ qđ ibi no. Bal. in .l. cū
pater. §. libertus. ff. de lega. ij. Preterea ⁊ quarto, si hoc esset verū,
illud statutum de nihilo, vel modico prouideret q2 non haberet minor
nisi contradicere: ⁊ sic impediret petitionē consanguineorum ⁊ euacua
ret noiationem ⁊ iuramentū cōsanguineorū, ⁊ prouisionē statuti funda
tam super sua vtilitate: ꝙ nō est dicendū, arg. optimū in .c. in his. de pri
uile. c. si papa. de priuile. lib. vi. ⁊ .l. si qū. C. de inoffi. test. Nec est curandū
hoc casu de cōtradictione minoris, ex quo sue vtilitati ⁊ nō voluntati
intēdat prouidere statutum, vt patet in illis verbis pro vtilitate mino
2 ris ⁊c. Ad hoc .c. qui emēdat. xlv. dist. vbi dicit tex. † ꝙ multa bona pre
stantur inuitis, qū eorū consulitur vtilitati, nō volūtati: q2 ipsi inueniū
tur sibi inimici esse. Ad idem. xxiij. q. iiij. displicet. ⁊ .c. ipsa pietas. et ꝙ
not. ponit Barto. in .l. iiij. §. pretor ait. ff. de dāno infec. vbi dicit, qđ si
statuto cauet, qđ fiat citatio ad faciem, vel ad domū: nō debet intelligi
vt sit alternatiua ordinis: ⁊ sic primo ad faciē: ⁊ in defectum ad domū;
licet verba legis sic intelligant, ⁊ exponātur. vt .l. scire oportet. ff. de ex
cusa. tuto. sed debent intelligi imponi verba alternatiue, vt sic sufficiat
citatio ad faciē, vel ad domū, vt statutū aliquid operet. Nec obstat ar
gumē. supra formatū, qđ poterit operari, vt ꝯsanguinei admittant ad
postulandū: q2 iste effectus esset modicus, ⁊ quasi inutilis, cum per solā
cōtradictionem minoris forte discoli prorsus illa prouisio anihilare
tur, ⁊ sic verba essent imposita potius verbis ꝗ rebus: cuius cōtrariū
esse debet, vt in .c. cōmissa. de elec. lib. vi. ⁊ .l. ij. in fi. C. cōia de lega. ⁊ ꝟba
legis debēt intelligi cum effectu. ad .c. relatū. de cleri. non resid. ⁊ .l. i. §.
hec autez verba. qđ quisq3 iur. Nec debet ita amare fieri interpretatio
cuiusq3 dispositiōis, vt ab alieno iudicio dependeat ipsius effectus vt
3 notāter videt tex. in .c. pisanis. de restitu. spolia. † Potentia eñ de fa
cili reducibilis ad actum, habet pro actu, vt ibi; vnde sicut videmus ꝙ
lex ꝓuidet prodigo inuito per dationē curatoris .l. i. ff. de cura. fur. ⁊ .l.
is cui bonis. ff. de ꝟbo. obli. donec sanos mores receperit. vt dicta .l. §. ⁊
mulieri que luxuriose viuit. in .l. ⁊ mulieri. ff. eo. Ita statutum hoc casu
voluit ꝓuidere minori: ꝓsumpsit eñ curatorē sibi necessariū, ex quo cō
sanguinei admittūtur ad postulationem, ⁊ iurabit qđ bona fide: ꝓ vti
litate minoris curatorem dari petūt. ad hoc .l. i. ij. ⁊ iij. ff. de libera. cau
sa. Et iudex ex officio debet prouidere minori, vt no. in .l. iiij. §. hoc ańt
iudicium. ff. de dāno infec. Preterea ex quo cōsanguinei ꝓsumunt mo
uere se bono zelo, vt in iuribus proxime allegatis: postulant ⁊ iurāt ꝙ
faciunt bona fide ⁊ pro vtilitate minoris: si minor ipse ꝯtradicēs est, vi
detur insanus moribus: ⁊ dissensus suus nō debet impedimentum pre
4 stare. ad hoc no. gl. c. i. lxxxvi. dist. que notāter dicit, † ꝙ si infirmus di
ues prohibeat, ne sibi dentur alique medicine, qđ nihilominus si medi
cus curat eū, ⁊ dat sibi medicinas, potest postea repetere nō obstāte.
l. si. C. de nego. gest. quia presumit nō sane mētis sic resistēdo: vnde inui
tum potest medicus curare. ita cōcludo in p̄senti dubio qđ seruata so
lēnitate statuti pōt inuito per iudicē dari curator. Venio ad secun
dum qđ iudicio meo est difficilius, an iudicio cepto per cōsanguineos
sup postulatiōe curatoris: seruata statuti solēnitate facta, valuerit da
tio curatoris postulati postmodum per ipsum minorem facta per iu
dicē corā quo vertebat questio. Et videtur primo ꝙ sic. nā certū est qđ
ipsi minori postulanti dandus est curator per magistratū ex legis cō
munis prouisione. vt in .d. l. diuus. §. curatores. que quidē legis proui
sio non censetur in dubio sublata per prouisionē statuti: sed cōcurrunt
ambo remedia: vt ad postulationē consanguineorū dari possit, et etiā
ad postulationem propriam ipsius minoris. Nam antiqua legis ꝓui
sio non censetur sublata per minorem, sed ambe concurrunt, nisi exꝑsse
cōtrariū caueat in lege noua. vt .l. quoties. et .l. nunꝗ. ff. de acti. ⁊ obli.
facit .l. si. C. de dona. ⁊ quod notāter ponit Bar. in .l. i. ff. vi bono. rapto.
5 ⁊ gl. in .c. qđ olim. de iudeis. † ꝓuisio enim legis est magis fauorabilis,
ꝗ statutū: quia in eo qđ recedit a iure cōmuni, est odiosum: vt in iurib⁹
supra alleg. in prima parte. Ex quo ergo illo tēpore cōcurrebat ꝓuisio
legis cōis cū volūtate minoris, vl' ꝙ valeat datio predicta. arg. l. regu
la, odia restringi. de reg. iur. lib. vi. ⁊ .l. qđ vero. ff. de legi. ⁊ .c. cū dilect⁹.
de ꝯsuetu. facit .l. ij. C. de nora. ⁊ optime in .l. presco. in si. ff. đ penis. ⁊ ali
bi dicit tex. ꝙ vbi cōcurrūt causa naturalis ⁊ accidētalis, preferēda est
naturalis .l. qui habet. ff. de tute. sed ꝓuisio legis vt curator det mino
ri postulāti est naturalis ⁊ magis fauorabilis, ꝗ ꝓuisio statuti, vt det
inuito ad postulationē consanguineorū: ergo illa preferēda. Secūdo fa
cit .l. quoties. C. de rei vendic. vbi patet qđ si vendo rē duobus: ille po
tior est cui res fuit primo tradita. Et sic in pari causa ille prefert qui
prius peruenit ad consummationē actus, facit .c. tibi qui. de rescrip. li.
vi. Sed in casu nostro instante postulatione consanguineorū ⁊ mino
ris primo fuit cura decreta ad postulationē minoris: ergo ille potior.
maxime cū nunc cesset ratio statuti: fuit eñ mēs ꝓuidere minori cura
tore indigēti: vt patet ex ꝟbis statuti: ibi pro vtilitate minoris ⁊c. Sz
nunc minor habet curatores, ꝯ quos nihil male obijcit: ergo cessare dz
statuti extraordinaria prouisio. arg. in .c. cum cessante. de appel. ⁊ optime
facit .l. ex facto. ff. de vulga. ⁊ pu. ⁊ qđ no. Bar. in .l. generaliter. C. đ epi.
⁊ cleri. canonizata. xvi. q. i. ⁊ habenti curatorē nō est dādus alius cura
6 tor. vt in .l. curatorem habenti. C. qui da. tut. vel cura. † Preterea iudex
ipse ex suo officio potest ex causa curatorē iam datū remouere, et aliuz
deputare .l. iij. §. preterea. ff. de suspectis tutor. fortius ergo potuit nō
admittere curatorem per consanguineos postulatum, ⁊ alium deputa
re ad petitionem minoris, cum facilius quis non admittatur, ꝗ remo
ueatur. vt in .c. quēadmodū. de iureiur. ibi turpius eijcitur, ꝗ nō admit
titur ⁊c. Item fortissime facit in simili .ca. pastoralis. de iure patrona
tus. vbi habetur, ꝙ si patronus presentet primo vnum ad ecclesiā va
cātem, ⁊ episcopus sine causa legitima distulit illū instituere si patron⁹

presentet

presentet aliū ꝛ illum instituit episcopus valet instō facta de secūdo lꝫ
eps pumaf qui sine causa legitima distulit instituere primum:multo er
go fortius in casu nostro dꝫ valere datio secūdi nō obstāte ꝓcedēte pri
ma cōsanguineorū petitione,cū alꝰ superueniēs scđa petitio ipsius mi
noris per iudicē admissa:nam in tali casu potest eps instituere primū
aut secundū sine aliquali pene metu:vt in.c.cum aīt.eo.tit. Ad idē be
ne facit in simili.l.relegatorū.§.ad tēpus.ff.de interdic.ꝛ releg.vbi dici
tur iudicē nō debere ei quē relegat bona in totū vel in parte adimere:ꝛ
subiungit tñ ꝙ si ademit infirmabitur snia:facit qđ leg.ꝛ not.in.l.quid
ergo.§.pena grauior.ff de his qui no.infa.vbi habef ꝙ a prouisiōe le
gis potest iudex recedere mitigando a principio penā:ꝛ dicit ibi etiā
si pena apponaf per statutū:ꝛ dicit Bal.in l.non dubium.C.de legi.ꝙ
in dubio videf recessisse a pena legis seu statuti ex causa. Et hec mul
tum videtur stringere pro parte ipsius minoris:maxime quia suspicio
videf contra consanguineos ita se ingerētes. argu.in.l.que omnia.ff.
de ꝓcura. ❡ Sed his nō obstātibꝰ meliori iudicio semper saluo oppo
sitū preualere arbitror.ꝛ primo moueor quia statutū cōmunis Floren
tie a quo iudex recepit potestatē mādat ipsi iudici vt sub certa forma
de qua in dicto statuto det curatorē. Quamquidē formā cū dictus iu
dex nō obseruauerit nō tenuit cura secundo loco per eū decreta:vl' sal
tē est irritāda sicut irritatur electio facta cōtra formā statuti vt in.ca.
cū dilectū.de cōsuetu. Facit.c.abbate de verb.sign maxime cū in casu
nostro statutū fuerit factū a populo Florentino:ꝛ sic pōt dici ius ciui
le.no.Bar.in.l.fi.ff.de penis.ꝛ.l.iii.ff.de verb.oblig.maxime cum ciuis
tas Florētina imperatorē non recognoscēs tantā potestatem habeat
in territorio suo:quātam imperator in suo.vt no.Barto.in.l.hostes.ff.
de capti.ꝛ postli.reuer.et facit.c.per venerabilē.q fil.sint legi. ❡ Ad ꝓ
dicta induco glo.multū notabilē in clemē.i.de iure patro.que dī qđ si
mādetur alꝰ potestatē habenti,vt aliquid faciat sub certa forma licet
ille sit ordinarius si illud fecerit forma non seruata nō valet actus. fa
cit.c.cum dilecta.de rescrip.ꝛ.c.fi.de resti.spoli.ꝛ.c.venerabili.de offi.de
leg.ꝛ.l.diligēter.ff.mādati.secꝰ si madaref alꝰ potestatē nō habēti:qꝛ
tūc actꝰ nō seruata forma postea data tenet:licet contra faciēs sit pu
niēdus:ꝛ sic loquif.c.dilectus.el.ii.de prebē.ꝛ.c.si soli.in prin.de cōcef.
prebē. lib.vi.cū simi. Ad propositū ergo cum per potestatē a statutis
florentinis hoc inter cetera statuta caueaf vt postulatis ꝛ nominatis
curatoribus per consanguineos dētur ipsi nominati infra quin.decim
dies ꝛ qꝛ collateralis trāsgrediēdo formā statuti illos nominatos nō
dedit intra quindecim dies nec postea sed alios non debet tenere ipsa
datio curatoris.l.nō dubium.ꝛ ꝙ ibi no.maxime per Bald.C.de legi.ꝛ
quoties datur certa ꝛ specialis forma statuti,nō solum annullaf id,qđ
fit cōtra formā,sed etiā id qđ fit preter formā.vt no.probaf l.c.prudē
tiā,ibi:ille quippe.de offi. deleg.ꝛ.c.si cui.de elec.libro.vi. Nec dꝫ iudex
moueri per equitatē nō scriptam contra ius scriptū.vt in.l.i.ꝛ per gl.
ꝛ no.Barto.C.de leg.ꝛ no.in.l.placuit.C.de iudi.ꝛ in.l.fi.C.de transac.
Nec debet iudex velle videri clemētior lege:vt dicit text.in auf.de iud.
Item ꝛ secūdo vbi cōcurrunt due partes in dispositione,prima attēta
ta ꝛ presentata preualet,ex quo non possunt ambe habere effectū.vt in
c.fi.de rescrip.lib.vi.vbi dicif,qđ si duo impetrauerint cōsimilē gratiā
sub eadē data,primo presentās est potior. Insuper facit.l.qđ l heredc.
§.religere.ff de tribu.ꝛ.c.vt quis duas.de elect.li.vi.ꝛ.l.pretor edixit.§.
i.ff.de iniur.ita ad ꝓpositū presupposito ꝙ etiā minor possit petere.ex
quo cōsanguinei preuenerūt,ꝛ intentauerūt prouisionē statuti,ꝛ nomi
natio iam vigore statuti facta extitit:non licuit minori intentare post
modum prouisionem legis.legitime opponēdo contra nominatos ꝑ
cōsanguineos:preclusa est enim ii sibi dicta via.d.l.ꝑtor edixit.ꝛ.d.ca. vt
quis duas.de electio.lib.vi. Item facit optime.l.i.ꝛ qđ ibi not.ff.vi bo
norū rapto.ꝛ auf.qui semel.C.quomo.ꝛ quādo iudex.presumptio enim
est qđ minor non moueatur bono zelo:cum per prius non petierit:sed
demū facta postulatione per cōsanguineos. ❡ Posset etiā si cōtrariū
diceremus confingi fraus:quia ad exclusionē nominatorū per consan
guineos de facili minor ipse nominaret suis moribꝰ cōsentaneos ꝛ sic
euacuaret ꝓuisionem statuti:qđ nō est dicendum:obuiādum enim est
figmentis ꝛ fraudibus.in c.quāto.in fi de diuor.presumendū est enim
ꝙ meliorē electionem faciāt cōsanguinei etate ꝛ discretione ꝓuecti ma
xime cū in hoc prestiterint iuramētum ꝙ ipse minor,qui adhuc rectum
non hꝫ iudiciū,ꝛ posset illectus ꝛ seductus petere curatores.ex quo ꝛ
cura posset sentire tristē exitū:ꝛ sepe minores vt mulieres laborāt cō
tra ꝓpria cōmoda:vt dicit tex.in.l.si pater.C.de spon.facit.l.si veronō
remunerādi.§.si adolescēs.ff.mādati.cū simil. Sciuisset enim statutum
dicere qđ voluisset ꝙ debēt dari nominati per cōsanguineos: nisi ipse
minor petat:sꝫ simpliciter ꝛ indistincte disponit,vt denf noīatim ꝑ cō
sanguineos:hinc videmus ꝙ in multis locis vigent statuta,vt sine cō
sensu eorum,nō possint obligari. Aduertunt enim,ꝙ ista etas multis
captionibus exposita est,ꝛ multorū insidiis supposita:vt dicit text.in.l.
i.de mino. Sed per interuentū consanguineorū maxime cum iuramēto
tollitur suspicio fraudis.argu.in.l.transactione.C.de transa.tionibus.
❡ Item presumptio est contra minorem,qui non valet acquiescere cō
silio consanguineorum. argumen.in.c.ex studiis suis,de presumptiōi.
❡ Preterea interdictum pape per ordinariū preueniri per citationis

actum potest,vt in.c.vt debitus.de appel.ꝛ delegato per delegatū:vt
ibi plene not.in.c.i.ꝛ.c.si autē.ꝛ.c.plerūqꝫ.de rescri.ꝛ per citationē quis
preuenif,vt non prosit postmodū mutatio domicilii.l.si quis postea.ff.
de iudi.ꝛ.l.cum quidā.ff.de iurisdi.om.iu.ꝛ.c.proposuisti.de fo.cōpe.ꝛ
sic contraria collatio pape ꝛ ordinarii de eodem beneficio primo facta
preferf.in.c.si a sede.de prebē.libro.vi.ꝛ in iurisdictione epi prelati infe
rioris locꝰ est preuētioni,vt no.Joā.an.in.c.pastoralis.de offi.ordina.
sentit Inno.in.c.quāto.eo ti.facit.l.fi.C.de iurisdi.om.iudic. Ita dicen
dū in proposito,ꝙ cōcurrētibus ꝓuisione legali,et statutaria ꝓferēda
est primo prouiso intētata.facit.xxxii.q.i.cum renuntiaf.ꝛ qđ no.Inn.
7 in.c.i.de colu.dete.vbi dicif,† ꝙ vbi due actiones cōpetunt,vna de iu
re cōmuni,alia bñficio ꝑto:io:vna electa altera remanet exclusa: facit
dicta.l.quod in herede.§.eagere.ꝛ.l.ita.in fi.ꝛ.l.licet.ff.naut.cau. stab.
❡ Ex his satis patet rñso ad allegata superius pro parte minoris:fa
teor enim qđ re integra cōpetūt ambe prouisiones:tamē ex quo cōsan
guinei preoccupauerūt statutum mādati,vt illi per consanguineos no
minati dentur:tādem minor intētat prouisionē legalem,quasi iā preuē
tus:vt in iuribus ꝓallegatis.nō obstat secūdum argumētum de.l.que
rea quia illud est,quia per venditionem solum obligatur personalis ꝛ
vendēs,ad perfectionem cōtractus. Sed per traditionē secūdo factā
acquiritur dominiū ꝛ possessio.l.traditionibus.C.de pactis.nō res emi
tur secūdus:ꝛ primo tenef ad interesse,sicut prius tenebaf ex natura con
tractus.vt no.in.l.i.ꝛ.l.exēpto.ff.de actio.emp.ꝛ potest conueniri de fal
so:vt est tex.no.in.l.qui duobus.ff.de fal. Secus autē si primo fuisset ac
quisitum ius in re:quia tunc ille est potior nō obstāte traditione secun
do facta:vnde si venditor constituisset ꝛ tradidisset:primus tamen esset
potior,per tex.no.in.l.certe.ff.de preca.de qua per Jo.an.in addi.Spe.
de emp.ꝛ vendi.§.i.ver.ꝛ hoc scias.per Cy.in.d.l.quoties.per Bart.in
l.si is qui pro emptore.ff.de vsu.capio.ita dicēdum in ꝓposito:nam per
nominationē ꝛ postulationē cōsanguineorū,iudex astringitur ad nomi
natos ꝓsentādū,ꝛ prouisio legis videf exclusa,ꝛ ius qđ est modo videf
acquisitum nominatis.facit qđ habetur in secūdo statuto preallegato.
facit.l.seueriter.C.de excusa.tuto.ꝛ videf ius afficiens ad rem ex sola in
tentione,cum iudex teneat illos dare:facit qđ not. Inno.in.c.dilectus.
de offi.leg.vnde nō debuit valere prouisio de alio facta:tū quia cōtra
formā statuti: tum qꝛ prouisio legis cessauit attenta prouisione statu
taria per supradicta.non obst.argu.de.l.tutor.ff.de suspec.tuto. qꝛ di
co iudicē nō posse ex officio remouere tutorē nisi ibi ex aptissimis ar
gumētis liqueat illum esse suspectū.vt dicit tex.in dicto casu,qđ nō con
tingit in casu nostro:iudex enim nō debet ꝓcedere fm qđ sibi videtur:
licet illud videatur equum,ex quo per legem vel statutū est prodita cer
ta ꝛ determinata via procedendi.vt no.dicit Inn.in.c.i.de cōsti.ꝛ Bar.
in.l.i.C.de legi. Non obstat quartum de.c.pastoralis.ꝛ.c.cum autem.de
iure patro.qꝛ.c.cū autem.procedit ratione potestatis tribute patrono,
vt possit variare accumulando ante institutionem:vnde data paritate
inter presentatos epi est electio:vt ibi no. Ad.c.pastoralis.dico idē eas
dem rationem:nam ex quo datur patrono laico facultas variādi,acquisi
tum est ius secundo presentato sicut ꝛ primo:ꝛ ideo valet institutio de se
cundo facta. Sed si eps ante presentationē secūdi spreuit primum insti
tuere sine causa,tenef in eo ꙗ illum sine causa instituere noluit ante pre
sentationem secūdi:sed in casu nostro hoc non concurrit:quia statutum
precise mādat cōfidēa de legalitate ꝛ iuramēto consanguineorū,vt per
ꝯsanguineos noīati deputenf:ꝛ sic sublatū est minori ius petēdi curato
rem,cū res sit nō integra:imo preuētus fuit ꝓuisione statutaria. Nō ob
stat quintum de.l.relegatorū.§.ad tēpus.quia lex ibi vltra procedit su
stinendo sententiā:vt patet in.c.ita.qđ non stetit in metis finibus prece
pti:ꝛ ita ad illam legē respōdet Bal.in.d.l.non dubiū. Ad.l.quid ergo
8 dico ꝙ loquif in sentētia:† datur enim facultas iudici tēperandi a prin
cipio penā legis:vt ibi.ꝛ in.l.i.ff.ad turpillia.vbi de hoc per Barto.ꝛ.l.
ii.ꝛ.iii.§.notādum.cū animus iudicis ex variis argumētis potest infor
mari. Nec est necesse in snia exprimere causam.vt in.c.causam.ꝛ.c.sicut.
de re iudi.si tamen iudex sine causa recedit in sentētia a pena ꝓuisa per
legē,punif.vt no.Bar.in.d.l.i.facit.l.si filius.ff.de iudi.ꝛ.C.de pena iu
dicis.per totū. Sed extra iudiciū nō datur sic facultas iudici recedēdi
a prouisione legis,vel statuti causa nō apparēte:imo puniēdus est tāꝙ
trāsgressor legis:vt not.Bald.in.d.l.non dubium. ꝛ videtur ꝓbari in
c.dilectus.de tempo.ordi.facit qđ not. Innocē.in.c.innotuit.de eo qui
fur.ordi.rece. Nec obst.l.que omnia.ff.de ꝓcura quia dico,ꝙ nō debet
presumi cōtra cōsanguineos,cum ipsi non appareāt pro seipsis curā su
mere:sed instāt,vt boni curatores alꝰ noīati dentur minori:ꝛ vt seruef
ciuitatis solēnis ꝓuisio:redundat enim in cōsanguineorum ignominiā
si minor consanguineus per malam curā reducerēf ad inopiam.ar in.l.
i.in fi.ff.de lib.causa. ❡ Ex quibus oībus cōcludo ꙗ datio secūdi cura
toris facta per iudicē ad postulationē minoris,facta legitime postula
tione ꝛ nominatione consanguineorū non valet alia causa legitima ex
trinsecus non apparēte,sed dādi sunt nominati per cōsanguineos nisi
aliquid cōtra eos legitime opponaf. ❡ Uenio nunc ad tertiū ꝛ vltimū
dubium:videlicet si curator vel curatores dati ad petitionē cōsangui
neorum vigore supra allegati statuti,possint quandocūqꝫ ad voluntatē
minoris reuocari,vel ꝑdurare vsqꝫ ad integrā etatē minoris.et in hoc

concludendo breuiter ⁊ ppter prolixitatē euitādam arbitror q durēt vsq ad etatē legitimā. Nec ad volūtatē minoris sunt reuocādi. primo moueor, qr minor curatorē habēs equiparatur pupillo seu pdigo cui bonis interdictū est. vt legi. ⁊ no. in. l. si curatorē habens. C. de in integ. res
9 sti. Sz minor nō pōt pro libito se a potestate tutoris sola volūtate eripere. vt est expssum. in. l. ij. C. qn tut. vel cura. esse desi. Sic ergo nec minor a nexibus curatoris. arg. in. l. illud. ff. ad. l. aquil. ⁊. c. cū dilecta. de cōfirma vti. ⁊. c. trāslato. de cōsti. Secūdo moueor: q datio curatoris durat ad limites cause, rōne cuius datur. tex. est in. l. i. ff. de cura. furio. vbi dicit, q si detur curator furioso, vel pdigo, durat cura qdiu furiosus sanitatē, ⁊ pdig9 sanos mores receperit: sz cū i proposito def curator pp defectū etatis, ⁊ statutū simplr mādat curatores dari minori, debet cura durare qdiu minor puenerit ad etatē integrā. s. xxv annorū. Nam infra illā etatē minor semp est expositus insidiis ⁊ captionibus aliorū. vt dicit tex. in. d. l. i. ff. de mino. Ad idem facit ⁊ tertio ratio. l. ex facto. ff. de vulg. ⁊ pupil. Quarto facit, qr si diceremus oppositum frustratoria esset puisio: qr nō haberet minor nisi peteret curatores remoueri. ⁊ sic lex esset sine effectu: ⁊ pot9 verbalis q realis contra iura ⁊ rationē naturalē ⁊ omnem equitatē. Quinto facit. l. i. C. qn tuto. vel cura. Nam speciale est ibi vt curatores desināt adueniēte pubertate: qr fuerūt adiuncti tutoribus: ⁊ sic cēsent eodē iure cū illis: vnde finit officium ei9 cui adiungit. vt notāter pbat ille tex. fm Bar. ibi secus ergo vbi curatores nō adiungunt tutorib9, nec dant pupillis, sed adolescētibus: qr tūc durāt vsq ad perfectā etatē. ar. ibi per locū a speciali. Preterea sicut officiū tutele durat vsq ad perfectā etatē, hoc est pubertatem: qr dat pupillis. vt. d. l. i. C. qn tu. vel cura. ita ⁊ officiū cure dz durare vsq ad integram etatē: qr datur minori propter defectum etatis: qui defectus durat vsq ad. xxv. annos. vt. ff. de mino. per totum ⁊c.

Consilium. xcij.

1 Sententia peremptoria lata presertim in criminali, nullius est momenti.
2 Consensus priuatorum non potest facere vt sententia nulla ex iuris dispositione teneat.
3 Sententiam suam in totum retractare nemo potest citra principem.

Contra Sententiam latam aduersus Dominicū cō sti. municipē terre maglani p dominū capitaneū tunc temporis predicte terre sedentē ex officio inquisitionis, qrit an subsit aliq remediū. Et breuiter dico visis actis mihi exhibitis sup dicta inquisitione, q dicta sententia sit ipso iure nulla, ⁊ nullum effectū producere debet, rō principalis que me mouet est, q dicta sententia fuit lata dicto Dnico absente, ⁊ nō citato, licet
1 tūc tēporis existeret in carceribus. illud enim certissimū est † q absq citatione et perēptoria, sententia lata presertim in criminali, vt in casu nostro, nullius momēti existit. vt probat in cle. pastoralis. de re iu. etiā si foret lata p papā ipē, vt ibi habet: qr cū defensio sit de iure naturali, nō pōt illa citatio q sit vt reus veniat ad se defendēdū, tolli. vt dicit ibi tex. satis insti. de iure natu. gē. ⁊ ciui. §. sed naturalia. ⁊ qd no. Bar. l. i. cū mulier. ff. sol. mat. Ad idē. l. i. §. item cum ex edicto. ff. que sen. sine appel. rescin. ⁊ in. c. cum ecclesie. de cōsti. ⁊. ij. q. iij. oia. de malo. ⁊ ibe inter quatuor. ⁊ in. c. i. de cau. pos. ⁊ ppie. cū infinitis simi. nec potuit cōualidari per omissionē appellationis. vt in. l. si expssim. ff. de appel. nec etiam expresse potuisset illā sniaz nullā approbare: licet posset ratificare ex post facto. vt. l. ij. C. cōia vtriusq iud. Illud tamē pcedit vt valeat tanq quidā cōtractus inter pari cōsensu inter partes: nō autē vt sententia. vt
2 no Bar. in. d. l. ij. ⁊ in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdi. ⁊ est rō, quia cōsensus priuatorū nō potest facere, vt snia nulla ex iuris dispositiōe teneat, cū non possit super ius disponere fundatum sup vtilitate publica. ff. de leg. i. l. nemo potest. ⁊. l. priuatorū. C. de iurisdi. om. iudi. in casu vero nostro nō potuit dicta snia nulla ratificari, vt cōtract9 duplici respectu: primo qr nihil actum fuit per modū contractus. vt no. in. l. i. C. de pact. Item quia cum sentētia lata fuisset ad mēbri mutilationē: nisi solueret condēnationem pecuniariā infra certū tēpus in snia cōtentā non poterit dictus Dnicus etiā per pactum dictam sniam nullā approbare: qr nemo dns est membrorum suorū. l. liber homo. ff. ad legē aql. ⁊ expsse pbatur in. l. nō tantum. ff. de appel. vbi patet, q in pena corporali non pōt quis approbare sniam cōtra remediū iuris. facit. c. cōtingit. el. i. de sent. excō. ⁊. c. ii. diligēti de foro cōpe. Nec obstat si dicatur, q capitane9 terre fecit postmodū cācellari illā partē, que cōtinebat manus amputatio
3 nē: qr dico q non potuit post latā sniam illud facere: † quia non potest aliquis citra principē suam sniam in totū, vel in partē retractare: etiā si videat eam iniustam. ⁊ hoc tam in ciuili q in criminali. vt. l. iudex. ff. de re iudi. ⁊. C. senten. rescin. non pos. l. i. ⁊. l. moris est. §. si forte. ff. de penis. vbi tex. aptissimus in casu nostro, ⁊ hec cōclusio verissima ⁊ indubitata si clare pbari pot ex actorū inspectione sniam fuisse latā parte nō citata nec presente. hec enim pbatio qd nō reperit in actis sufficit. vt. l. c. quoniā cōtra. de proba. Et ibi hoc aperte tenet Jo. cal. saltē in facto nō multū antiquo. vt in casu nostro. ⁊ Jo. and. in addi. Spec. in tit. de sent. §. iuxta. versi. ⁊ not. Sed dubiū est quid si nō apparet nisi snia in qua nil dicitur de presentia, vel citatiōe partis, vt in casu nostro euenit. Nā si quid sit sufficiēs impugnatio ex parte Dominici vt sic releuet dicēdo, Ego non fui citatus, nec snia hoc cōtinet: dubium est pulchrum cū lapsum sit tempus appellandi. Nam si appellasset, nō foret dubium quin iudici incumberet onus probandi citationez. vt probatur in. c. quoniā contra. ⁊ ibi communiter per doct. de proba. ⁊ tenet Specu. in loco preelleg. in quo quidez dubio sunt diuerse opinio. vt recitat Spec. in loco preelleg. ⁊ videtur ibi tenere qd postq sentētia trāsiuit in rem iudicatā, pro ea presumitur: nisi probetur contrariuz. Inno. vero latius hūc articulum examinat in. c. cum in iure. de offi. deleg. ⁊ videtur magis inclinare, vt non presumat partē presentē fuisse, nisi saltē in sentētia hoc exprimatur. ⁊ hanc partē videtur tenere Jo. and. in addi. pdicta. quinimo refert Guil. disputasse, qd etiā si iudex dicat in sententia, q partez citauit perēptorie, ⁊ qd illa nō cōparēte pronūtiauit ⁊c. per hoc tamē nō probat peremptoriū precessisse, qr iudici nō est credendū. vt in. d. c. qm cōtra. nec tabellioni scribēti, maxime cū sit attestatio de preterito. vt no. Inno. in. c. qm contra. ⁊ per Bar. in auf. si quis in aliquo documento. C. de edē. Secus dicit ibi Jo. an. si in sententia diceret partē fuisse presentē: qr tunc creditur notario referēti: cū attestatio sit de presenti. hanc eādē opi. sequit Fede. de sen. cō. clt v. vbi dicit, q pars pōt excipere contra primum ⁊ secundum decretū, qd non precessit perēptoriū. et onus probādi cōtrarium incūbit aduersario: quia non potest hic presumi pro sententia, ex quo nō cōstat partē fuisse psentem: imo negat pars ⁊ sic cessant not. per Innocē. in. c. innotuit. de eo qui fur. ordi. rece. ⁊. d. c. quoniam contra. ⁊. c. cū in iure. que dicūt psumendum pro sententia ⁊ processu, quando sententia fuit lata cōtra presentē, ⁊ non fuit appellatum, presumitur enī omnia recte ⁊ rite fuisse gesta, ex quo pars fuit presens, ⁊ non appellauit, que ratio cessat quando nō apparet partē fuisse presentē: ⁊ hec opi. mihi placet, tanq iuri ⁊ equitati cōsentanea. Naz si diceremus oppositū, nō haberet iniquus iudex nisi condemnare partē absentē incitatā ⁊ indefensam: ⁊ post lapsum decem dierū non haberet pars aliquā defensionē, ⁊ si nō apparentib9 aliis actis psumeret psentē tis, ex quo lapsum esset tēpus prefixū ad appellandū. Itē si sentētia fuit lata cōtra non citatū, nō potest dici q trāsiuit in rem iudicatā post lapsum decem dierū: qr cū sit nulla, non potest illum effectū habere. vt in. d. l. si expressim. ⁊. l. i. ⁊. ij. C. qn prouo. non est neces. ⁊. ij. q. vi. c. ei qui. §. diffinitiua. ⁊. c. i. de re iudic. Et sic cessat opi. Specu. qui fundat se sup trāsitu in rem iudicatā, vt pro sententia presumeretur. Et maxime hoc procedit in casu nostro, in quo dictus Dominicus erat in carcerib9 tempore sententie: ⁊ sic fuit lata sententia in absentem. Nec apparet de citatiōe legitima. Ex quibus oībus cōcludo qd si nō apparet dictū Dnicū fuisse presentem in sententia, nec ad eā fuisse legitime ⁊ peremptorie citatuz, presertim cum de citatione nihil dicat in snia, nō dz dicta sentētia mādari executioni cōtra dictū Dnicum: nec ad aliquē effectū pduci, nisi prius cōstat peremptoriam citationem precessisse, vel eum fuisse presentē ⁊c.

Casus consilii sequentis.

Statuto ciuitatis grossetane ca-

uetur de medico eligēdo in hoc modo: qr precipue ad cōseruationē sanitatis corporis attendendū est egrotis: nam nihil melius fieri pōt q ipsos reducere ad sanitatē, hoc singulari lege prouidem9, qd singulis annis de mēse Januarij priores ciuitatis Grosseti teneant eligere quēdā bonū ⁊ sufficientē medicū physicū cum salario. ⁊ pactis quibus eis videbitur cōuenire. qui assidue morari debeat in ciuitate Grosseti ad medicandū personas, a qua se absentare nō possit sine licētia priorū: et si quidē se absentauerit sine licētia priorū, tunc salariū perdat. Et si forte in pdictis fuerint negligentes priores predicti in summa. xl. senēsiū puniātur. Et cōtingit q priores existentes de mēse Januarij nō elegerunt medicū prout tenebātur ex forma dicti statuti: ppter qd priores existentes de mense Maij videntes electionē medici fuisse omissam per dictos priores de mense Januarij vellent eligere quendam bonū ⁊ sufficientem medicum cum salario ⁊ pactis quibus eis videret iuxta formam statuti pro tempore finiendi in kalendis Januarij prime futuri. Queritur nunquid possint ⁊c.

Consilium. xciij.

1 Dispositio quando concipitur nomine dignitatis, semper successori cognoscit.
2 Potestas si eligatur pro sex mensibus proxime futuris, si hoc tēpore non possit officium exercere, non potest officium suuz petere pro aliis sex mensibus.
3 Deputatus ad eligendum potest post tēpus purgare morā antiquā.
4 Successores tenentur facere ea que tenebantur predecessores.

Duo Sunt principaliter examinanda. Primo ad quos spectet dicti medici electio, an ad priores nūc existētes an vero ad priores qui fuerunt de mēse Januarij: vel ad consiliū populi, a quo fuit editum prefatū statutum: vel ad neminē: ita q sit illa potestas extincta, ex quo nō fuit statuti forma obseruata tēpore suo. Secundo psupposito, q potestas ista duret apud istos aliquos, vtrū possit fieri cōductio pro integro anno: an solū p residuo tēporis vsq ad mensem Januarij. Circa primū videtur q ad neminē illa potestas pro hoc residuo tēporis ptineat vigore antedicti statuti: qr cum statutū quoad omnē sui formā seruari nō possit, cessat eius

eius dispositio. Nam vbicunque multa concurrunt ad dispositionem legis,
cessante aliquo requisitorum concomitantium cessat legis dispositio. ut
probatur in c. quoniam frequenter. §. porro contestio. et §. si vero. extra
ut lite non contesta. et l. liberorum. ff. de his qui notã. infa. et l. adigere. §.
quamuis. ff. de iure patro. dicitur enim in dicto. c. quod in causa matrimoniali
potest procedi lite non contestata contra coniugem absentem et contumacem. Si
autem esset contumacia ut quia obest sine culpa sua procedi nõ potest:
non enim concurrunt ea ex quibus fundatur legis dispositio. Ita vide
tur in proposito dicendum, quod cum statutum requirat duo, ut electio fiat
per priores et de mense Januarij que in hoc tempore residuo concurrere
nõ possunt debet cessare statuti dispositio: per consilium enim vigore
illius statuti fieri nõ potest: quia vtrunque est requisitum in persona consi
lij, et cessat. Non enim potest fieri electio de mense Januarij: nec fieret per
priores quod requirit statutum: hec enim potestas non fuit data consilio sed
prioribus: et a verbis nõ est recedendum cum nec aliter de mente constet. l.
ille aut ille. et l. non aliter. ff. de leg. iij. et c. si. de verbo. signi. et olim prio
res de mense Januarij nõ possunt: quia nõ fieret in tempore a statuto re
quisito: tamen quia hec potestas nõ fuit collata personis: sed officio et
dignitati prioratus: fuit enim commissio facta expresso nomine officij et di
gnitatis: et nõ sub expressione personarum sed remanet in dignitate,
ut in c. quoniam abbas. de offi. deleg. et c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. et l.
annua. §. i. ff. de annuis lega. ad propositum dixit Innoc. in dicto. ca. quoniam
2 abbas. † quod quando dispositio concipitur nomine dignitatis: ut quia com
missa fuit episcopo Senensi semper successor cognoscit: et si ille qui tunc erat
episcopus transit ad aliam dignitatem dimittit delegationem successori per hoc
c. pastoralis. §. preterea de offi. ordi. et ff. de iudi. l. mortuo. Nã regula
est successorem teneri ad id quod predecessor. de solu. c. i. xi. q. iij. si episcopus. xij. q.
ij. hec huius placiti. xviij. q. ij. dubium. C. de seruo corru. l. fur. per prio
res vero nunc existentes fieri nõ potest: quia nõ potest fieri in tempore a sta
tuto requisito: et vbicunque aliquid mandatur sub certa forma seu qualitate
nõ valet actus nisi adimpleatur mandatum in forma seu qualitate. ut in c.
fi. de restitu. spoli. et l. diligenter. ff. manda. et c. cum dilecta. de rescrip. fa
cit glo. no. in clemen. i. de iurepatro. variatur enim dispositio ex tempore.
ideo dixit lex quod si legatur mihi vsusfructus in biennium continuum a mor
te testatoris et per heredem steterit quominus daret nõ possum petere
vsumfructum sequentis bienij: quia alius est vsusfructus futurus et alius
preteritus, sed petam estimationem, ut in l. si vsusfructus. ff. de vsufruc.
lega. Ad idem l. si non sortem. §. libertus. ff. de condictio. indebi. hinc di
citur quod si eligatur postea pro sex mensibus proxime futuris et hoc tempo
re nõ possit officium exercere nõ potest petere officium pro alijs sex men
sibus: quia id quod est in obligatione variatur ex tempore dictis iuribus proxi
me allegatis: et quod legi. et no. in c. fi. de iudi. Et per Bar. in l. et ideo. ff. de
verb. obli. et d. §. libertus. ¶ Sed his non obstantibus que vere, ut ex in
fra dicendis apparebit, in casu nostro minime obstant: dico quod priores pro
tempore existentes possunt hanc electionem facere. Et primo pro casu
3 allego bonum tex. in l. cum quidam. ff. de lega. ij. vbi patet, † quod deputa
tus ad eligendum potest post tempus purgare moram antiquam, ut fiat
executio ab homine, vel a iure: nam ibi legatorius tenebatur infra tem
pus eligere: ut legitur et not. in fi. illius legis. Et quod quamuis ex mora competat
petitio fideicommissorum: tamen ante petitionem et litis contest. etc. potest eligen
do post tempus purgare moram: et per illam l. dicit ibi Bart. quod si testator
reliquit aliqua distribuenda inter pauperes, quos tales elegerint, pote
runt illo anno elapso eligere, et purgare moram: et sic nõ deuoluetur per la
psum anni potestas eligendi pauperes ad episcopum: qui datus ad eligen
dum ab homine vel a iure, potest secundum eum moram purgare antequam ab ho
mine, vel a iure sit facta executio: secus si sit facta executio, ut. l. si is cui.
ff. commo. et quod ibi not. Secundo videtur etiam tex. in l. mancipiorum. ff.
de optio. lega. vbi tex. multum not. dicit, quod si alicui est data optio: iudex
potest sibi prefigere terminum ad optandum: et licet velit si infra termi
num nõ elegit, actionem legatorum nõ competere ei: et tamen dicitur ibi quod si intra
terminum nõ elegerit, potest post terminum eligere si ex hoc damnum
heres non est habiturus, propter quod iudex decretum fecit. Ita in propo
sito licet ad eligendum medicum tempus eligendi in statuto sit prefinitum,
tamen ex quo per temporis lapsum nõ cessat ratio, et causa statuti, imo
fortius militat, non debet esse exclusa potestas eligendi. pondero enim
multum prefationem et proemium statuti, ex quo arguere licet, cum ex eo
colligitur mens disponentis. ut l. fin. ff. de heredi. instituen. et l. cum pa
ter. §. dulcissimis. de lega. ij. et in c. vbi periculum. et ibi per Jo. and. de
elec. i. vel inona. lib. vi. per Bar. in l. cum qui certarum. ff. de verbo. oblig.
et l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. Ratio enim statuti fuit conseruare
sanitatem, et prouidere egrotis, que quidem rationes nõ cessant post men
sem Januarij. imo magis augentur: quia quanto plus differtur, tanto ma
gis mora est periculum allatura. et ideo non debet cessare statuti disposi
tio. Nam ad rationem legis debet limitari, restringi, et extendi ipsa lex, et
contra verba ipsius legis. ut dicto. §. dulcissimis. et l. ij. ff. ad tertulli. per
Bar. in l. item queritur. §. qui impleto. ff. loca. Dy. in regula si. de regu.
iuris. lib. vi. Possunt igitur priores redargui. et puniri de negligentia
quia nõ elegerunt, sed potestas nihilominus durat, cum illud quod est princi
paliter in obligatione, non varietur tempore: nam medicus nõ minus
prodest, si fuit electus de mense Januarij, quam si eligatur nunc. ad hoc bo
nus tex. et quod ibi no. Bar. in d. l. et ideo. ff. de verb. oblig. vbi patet quod
si ad edificandum insulam fuit statutum certum tempus, et pars insule corruit,
datur aliud tempus ad edificandum: quia ut ibi notabiliter dicit Bar. quedam
sunt, quod licet tempus labatur, ipsum tamen principale remanet et post
tempus: ex quo enim in obligatione versatur principaliter insule edificatio,
nõ refert quo ad executionem obligationis an fiat nunc an postea. d. l. et ideo. et
bo. tex. in l. seruus qui testamento. §. i. de sta. libe. et ad predicta optime
facit: quia statutum prope finem mandat puniri negligentiam priorum in
predictis si nõ elegerint tempore debito, vel si permiserint medicum absen
tari etc. Illa enim duo dicta fuerunt in statuto premissa. Et sic illa clau
sula negligentie puniende nõ potest nisi ad illa referri, cum loquatur in plu
rali, ex quo sequitur quod solum mandat negligentiam puniri, et nõ adimat
potestatem, videtur eis relinquere potestatem post tempus, sicut dicimus
in simili cum statutum aliquid prohibeat, et postmodum contrafacienti penam
apponit. Nam per appositionem specialis pene videtur velle seruare actum,
ut no. Bald. post Cy. et Jo. in l. nõ dubium C. de legi. ¶ Tertio princi
paliter facit, vbicunque mandatur alicui ut certum quid faciat aliquo tem
pore, duo videntur mandata: vnum ut illud faciat, reliquum ut faciat aliquo
tempore: et si nõ potest adimplere in tempore ex impedimento vel negligen
tia, tenetur illud exequi post tempus. tex. est in c. cum dilecti. de dolo et contu.
et l. celsus. ff. de arbi. sed prioribus mandatur ut eligant medicum singu
lis annis de mense Januarij, ergo si nõ elegerint in tempore, et sic nõ pos
sunt adimplere mandatum in tempore, tenentur illud exequi post tempus: ut
supra dixi. Si enim considerentur verba statuti, non datur hoc prioribus in
priuilegium, sed necessitantur ad hoc faciendum, ut patet ex illis verbis statu
ti, teneantur eligere etc. debent legi parere meliori modo quo possunt. Nam
hec dispositio refertur ad priores in genere: et sic mandatum non sit perso
4 nis sed officio: sequitur ergo priores quandocunque existentes. † Nam successo
res tenentur facere ea que tenebantur predecessores: ut l. c. aduersus. in
fi. de immu. eccle. facit de senten. excom. c. grauem. et c. nouerit. et d. c. i. de so
lutio. cum alijs iuribus superius allegatis. ¶ Quarto facit c. si tibi absen
ti. in fin. maxime iuncta glo. de preben. lib. vj. vbi post terminum ad ac
ceptandum prefixum potest quis acceptare. item quando iura prefigunt
terminum ad eligendum, vel conferendum, si voluit post prefinitum tempus
deuolui ad alios potestatem, hoc expressit, alias autem nõ fit deuolutio
post tempus. ut in c. quia propter de elec. et c. i. de conces. preb. et auth. hoc am
plius. C. de fideicom. et c. ij. de testamen. cum ergo in casu nostro statutum non
disponat, quod post mensem Januarij fiat ad alios deuolutio, sed solum man
dat negligentiam puniri: remanet ergo potestas, et punitur negligen
tia. Concludo ergo quod priores pro tempore existentes hanc electionem
medici possunt facere, et puto quod per annum integrum poterunt illum con
ducere, quod per statutum principaliter disponitur, ut singulis annis fiat
electio, et sic quelibet electio debet durare per annum. Et licet annus
esset inchoandus de mense Januarij, tamen ex quo inchoari illo tempore
nõ potest, potest in subsequenti tempore annus finiri: quia nõ debet dif
ferri id quod principaliter est in obligatione propter variationem temporis,
cum tempus non consideretur principaliter: et sed incidenter ad bene esse:
et forte. quia tunc est principium anni. ¶ Ad predicta bene facit text. in
l. seruus qui testamento. §. i. ff. de statulibe. et in dicta l. et ideo. et l. l. domum.
ff. de contrahen. emp. de omissione enim modice solennitatis nõ est cu
randum. ut in l. i. in fi. ff. de ven. inspic. sic pro minimo nõ datur restitutio
in integ. l. si ex causa. ff. de mino. et l. scio. ff. de in integ. restit. et c. penul.
de rebus eccl. nõ aliena. Et per hoc patet responsio ad secundum dubium.
Non obstant contraria supra allegata: loquuntur enim quando aliquid stu
diose mandatur seruori pro forma substantiali: ita quod actus nõ possit si
ne forma consistere: illud enim est de substantia actus, quo posito poni
tur actus, et quo remoto remouetur actus. ut not. Bar. in l. prolatam.
C. de sen. fact. quod not. gloss. in c. ij. de consuetu. lib. vi. et ij. q. i. manifesta.
et quod not. in l. vniuersa. C. de preci. imper. offer. Sed in casu nostro nõ
fuit appositum tempus, ut esset de substantia electionis: sed bene ad be
ne esse: ut patet ex rationibus appositis in statuto: et ex his que supra dixi.
Item in electione potest mora purgari post tempus, nisi aliud dispo
neretur a iure vel ab homine: ut supra dictum est. Sed in casu nostro nil
disponitur in contrarium: nec electio medici variatur ex tempore: ut su
pra dixi.

¶ Casus consilij sequentis.

Quedam ecclesia non curata per

tempus de cuius initio non est memoria minime cum alijs ecclesijs cu
ratis ad onera communiter incumbentia contribuit: sed alijs soluentibus
pro rata secundum impositionem et distributionem totius, et super his deputatorum
ipsi ecclesie minime soluit, excepto quod a duodecim annis citra semel pro
batur soluisse, et contribuisse vna cum alijs communi senarum imponentium ex per
missione summi pontificis quandam collectam pro cuiusdam castri acqui
sitione. Nunc vero syndicus totius cleri agit contra rectorem dicte ec
clesie, petens ut dicta ecclesia vna cum alijs contribuat ad onera commu
nia: et de preteritis satisfaciat. Queritur quid iuris etc.

¶ Consilium. xciiij.

1 ¶ Consuetudo contra ius non valet nisi sit rationabilis.
2 Ecclesia vna potest prescribere decimas in parochia alterius ecclesie.

Videtur primo q̄ nec a preteritis nec a futuris oneribus dicta ecclesia se per prescriptionē liberare possit. Nam de iure cōi certū est, q̄ cū onera omnib⁹ incūbant, debēt ab omnibus superioribus subiri: ad q̄ tenētur etiā religiosi pro capellis, & ecclesiis eorū. vt in clemē. ij. §. sūt nonnulli. de cēsi. facit regula, qd̄ omnes tangit. de regu. iuris. lib. vi. Et dicit Inno. in. c. j. de statu regul. qd̄ a lege diocesana est vt singule ecclesie contribuant pro negotiis cōmunibus totius diocesis. xij. q. ij. nobis. x. q. iij. vnio. nec videtur q̄ consuetudo possit ecclesiam antedictā releua-
1 re † quia cōsuetudo ɔtra ius nō valet, nisi sit rationabilis. vt in. c. fi. de consuetu. Hec autem non potest esse rationabilis: q2 turpis est pars, que nō congruit vniuerso, vt in. c. fi. de spon. duorum. & nature cōsonū est vt hi nō recusent onera, qui rerū cōmoda amplectuntur. vt in clemē. j. de constit. & sic talis consuetudo videtur contra equitatem naturalē, ergo impreſcriptibilis: nec prescriptio prodesse potest: q2 l3 nomine alterius possit allegare p̄scriptionē: vt sc3 alteri sit subiecto, & ad illi⁹ mādatū teneatur onera subire. vt in. c. auditis. & c. cum olim. de prescrip. & no. Io. an. in. c. cum venerabilis. de censi. noīe tamē proprio nō potest hanc prescriptionē allegare: quia non potuit prescribere cōtra obediētiam: nec se a corpore & capite separare. vt in. c. cū nō liceat a capite. de prescrip. li. vi. Et videt̄ prima fronte in hac materia casus in. c. accedētes. de prescrip. vbi canonici ecclesie cathedralis ad petitionem totius cleri compulsi sunt prescriptione non obstāte ad contribuēdū, vna cū reliquo clero, & ad prestandū procurationē legatis, & nūtiis sedis apostolice: & ponderāda est rō decisiua illius tex. dicit em̄ volētibus, & qd̄ omnibus imminet, ab omnibus cōportetur &c. & tollit prescriptionem etiā longissimi tēporis: & sic videt̄ ex generali ratione illius litere, q̄ contra onera cōmunia non potest a particularibus ecclesiis prescribi etiam tēpore longissimo. ¶ Sed his nō obstātibus contrariū puto in casu nostro verius: & primo allego pro hoc casum in textu gl. in verbo, legitima. in clemē. j. de censi. vbi probat̄ q̄ prescriptio p̄dest in his onerib⁹ vitādis, in his tamen que prescriptibilia sunt sm̄ glo. ibi, & forte id adiecit illam limitationē: quia dubitat̄ aliquid aduersus cathedraticū currat prescriptio. Nam glo. in. c. quicūq3. xvi. q. vij. voluit, q̄ licet currat prescriptio in quātitate: non tamen in totum, vt nihil debeatur: aliud tñ sentit Archidi. in. c. j. de prebē. lib. vi. Et plenius de hoc per Io. and. in. c. cū venerabilis. q̄ non possit ecclesia suo noīe allegare p̄scriptionē. Et idem in p̄curatione ratione visitationis. vt in. c. cū ex officij. de prescrip. Idem in p̄curatione legatorū, & nūtiorū sedis apostolice. d. c. accedētes. sunt ergo quedā impreſcriptibilia: in aliis vero oneribus regulariter currit prescriptio: vt sentit Io. and. in. d. c. cū venerabilis. videm⁹ enim qd̄ in quarta decimarū & mortuorū currat prescriptio etiā cōtra episcopum. vt in. c. de quarta. de prescript. no. glo. in. c. j. de statu regu.
2 ¶ † Item vna ecclesia prescribit decimas in parochia alteri⁹ ecclesie. vt in. c. a. f. de p̄scri. lib. vi. & c. ad apostolice. de decimis. Preterea certū est qd̄ per priuilegiū possunt alique ecclesie ab oneribus cōibus eximi. vt. d. cle. j. & in. c. cū venerabilis. p̄calle. ergo & prescriptione: priuilegiū enim & prescriptio equiparant̄. vt in. c. duo simul. de officio. iudi. ordi. presertim q̄n est tāti tēporis de cuius initio memoria nō existit: habetur em̄ in memoria illa p̄ titulo seu cōcessione. vt in. d. c. j. de prescrip. li. vi. & clarius in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. & esti. & l. j. in. fi. de aqua plu. arc. presumendū est enim ex aliqua legitima cā fuisse exemptū, ex quo tāto tempore nō soluit: videmus em̄ hoc procedere in prescriptione seruitiorum & cēsus, vt sufficiat allegare tātum tempus causa prescriptionis. vt no. glo. in. c. nullus eps. j. q. j. & Ioan. andr. in. c. peruenit. de censi. & Bar. in. l. cū de in rem verso. ff. de vsuris. forti⁹ hoc est admittendum in prescriptiōe libertatis, que est fauorabilior: vt singulariter dixit Io. de lig. in. c. accedentes. p̄callег. quia licet in procuratione legatorum, & nuntiorum sedis apostolice nō currat p̄scriptio cōtra ipsos legatos, & nuntios, quo casu intellexit illū tex. tamē cōtra residuum bene currit prescriptio, vt reliqui clerici seu ecclesie teneātur ad integram procurationē legatorū & nūtiorum. Nam hoc casu nil detrahitur legatis & nunciis: quia solū prescribitur cōtra reliquas ecclesias: vt fuit subtilis consideratio, licet tex. iudicio meo huic intellectui aliquantulum resistat. Non obst. si dicatur qd̄ tex. in. d. c. accedētes. admittit vt legatos sedis apostolice: s3 prescriptionē reiicit: & sic prescriptio non operatur id q̄ priuilegiū. potest enim tripliciter respōderi: primo qd̄ loquitur quando prescriptio non inducitur cū cōscientia illius qui pōt priuilegiū cōcedere: alias secus, vt sentit ibi Ant. de butrio. ¶ Secūdo pōt dici, q̄ nō loquitur in prescriptione tāti tpis de cui⁹ initio nō est memoria: nā illa h3 vim ɔcessiōis: vt in iurib⁹ superius alle. ¶ Tertio potest responderi, q̄ loquitur in casu speciali fauore procurationis legatorum, & nūtiorum sedis apostolice, sicut speciale est in p̄curatiōe debita ratione visitationis, vt cōtra illā non currat p̄scriptio. d. c. cū ex officij. vnde potest adduci ille tex. pro hac opinione per locū a speciali in eo q̄ tex. ibi dicit, cum in talib⁹ nequeat prescriptio locū sibi vēdicare: ergo secus in aliis oneribus non priuilegiatis. ¶ Ultimo facit q̄ sicut vna ecclesia p̄scribit cōtra aliam ecclesiam in iuribus p̄priis, vt per totum titulū de p̄scriptionibus: fortius debet admitti p̄scriptio libertatis cōtra oēs ecclesias quā specialiter contra ecclesiā particularem: vt notāter dicit Inno. in. c. dū dilectus. de cōsuet. ¶ Cōcludo ergo ex predictis & notatis per Io. an. in. d. c. cū venerabilis. de censibus, qd̄ excepta p̄curatione ratione visitationis, & legatorū, & nūtiorū sedis apostolice, & charitatiuo subsidio, vel cathedratico secūdū aliquos potest ecclesia antedicta suo nomine se tueri ab aliis oneribus, & etiam a p̄dictis, allegando prescriptionem contra reliquas ecclesias sm̄ istā notabilem opinio. Ioan. de ligna. Non obstat si dicatur q̄ iam sunt duodecim anni, q̄ cū aliis contribuit, quia respondetur dupliciter. Primo illa collecta fuit imposita speciali iure authoritate summi pōtificis tā exemptis q̄ non exemptis. Item & secundo presupposito q̄ fuisset simpliciter imposita per clerum, tamen cum prescriptio iam fuisset tūc cōpleta, non potuit vnicus actus illam tollere. Nā requiritur temp⁹ sufficiens ad prescriptionem: & sic quadraginta anni cum minoris temporis non currat prescriptio. d. c. de quarta. et in auč. quas actiones. C. de sacro san. eccle. Ad hoc facit glo. not. l. nemo alieno. §. temporalia. ff. de regul. iur. que dicit q̄ licet per vnicum actum interrumpatur prescriptio dum est in fieri, postq̄ tamen est inducta, non sufficit vnicus act⁹ in cōtrariū, quin debito tēpore prescribatur: & de hoc est ibi tex. s3 vnum intellectum. & no. Ioan. and. in. c. fi. de consue. in tractatu consuetudinis super quinto. c. Nec obstant alia superius allegata: quia ex cursu tanti temporis presumitur causa rationabilis: vt. s. dixi. item ecclesia ista iuuabit se ex prescriptione, & non ex consuetudine: nam proprie ista est p̄scriptio, cum ius libertatis non acquiratur in cōmuni, sed precise isti ecclesie. Ad hoc qd̄ not. in. c. fi. de consuetu. vbi not. in quo differat prescriptio a consuetudine.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidā canonicus regularis ordinis sancti Augustini illum ordinē expresse professus in monasterio,

in quo viuebat sub obseruantia regulari monasterium non petita nec obtenta a suo superiore licētia ex quadam animi leuitate exiuit. Et cū per aliqd̄ tēp⁹ vagasset, ea animi leuitate qua exiuit monasteriū sancti Dominici in quo non sub obseruātia regulari, sed claustrali s3 morem loquendi viuebatur: iterū ibidem professionē emisit. Nunc querit̄ an religionis ingressus secundus, non petita nec obtenta licētia a suo superiore, imo omnibus pretermissis, nec d̄ eis certiore effecto prelato, qui eum ad ordinē sancti Dominici recepit, reniterit. Itē an huic liceat propria authoritate primum habitum reassumere, & in primo ordine sancti Augustini permanere.

¶ Consilium. xcv.

1 ¶ Institutio transitus temporis nō est attendēda, s3 obseruantia.
2 Regula canonicorum regularium an sit strictior siue laxior regula monachali.

In presenti Consultatione breuibus agēdo verbis tangendo tantum veras cōclusiones doctorum sine argumentorum vlla concertatione, veritatem tamen breuiter conabor ponere. Pro cui⁹ elucidatione premitto, qd̄ si quis professus est in aliqua de religionib⁹ approbatis, & velit ipsa religione dimissa trāsire ad strictiorem, siue arctiorē religionem seu ordinem, debet primo licentiam petere a suo superiore. vt est tex. & gloss. in. c. licet. de regu. & ibi Ioan. and. & alij docto. Et est glo. in. c. cum singula. in verbo canonice. de prebē. li. vi. Et licet de ista materia, videlicet qualiter, & quid requiratur ad hoc, quod religiosus possit transire de sua religiōe ad aliam, siue de suo monasterio ad aliud monasterium: doctores in diuersis locis varia loquuntur. & in Specu. eo. titu. §. nunc quoq3. versic. xxiiij. aliquid tangat. & per Io. in. c. fin. de renun. & Ioan. and. post alios in. c. non est. sup prima gloss. de reg. & sic per glo. in verbo, prelatum. per docto. in clemen. j. de elec. & per Inno. de iureiuran. sicut nostris. & per glos. Innoc. & alios docto. in. c. significatum. de regu. & per glo. in. c. cū singula. de prebē. li. vi. & ibi Io. mona. et per Archidi. in. c. si religiosus. de testa. in. vi. & per eundē Archidi. xix. q. ij. c. alienum. §. sed subaudiendum. & xx. q. j. monachum. & plene p Butri. in glo. & docto. in. d. c. licet. de regu. in quibus locis plene tractatur, quid si religiosus transeat ad parem religionē, quid si ad laxiorē, quid si ad diuersum locum eiusdem religionis, quid si ad strictiorem religionem: tamen vera & indubitata omniū cōclusio est, q̄ si vult trāsire ad strictiorem religionem, debet petere licentiam a suo superiore: & tūc petita licentia, licet non obtenta, licite potest transire, per iura superi⁹ allegata, & per docto. in locis superius prenominatis. ¶ Secūdo premitto quid si vna regula sit strictior altera, ad hoc ne quis possit d̄ vna ad strictiorem transire, non attenditur tempus institutionis regule, s3 tempus quo transit. an illa ad quam transit sit strictior, quo ad actualem obseruantiam illa a qua transit: licet illa ex institutione regule fuerit strictior. hoc tenet Innocen. in capitu. sanc. de regu. † quia non est 1
attendenda institutio, sed obseruantia temporis transitus. pro quo facit optime ille text. et textus de regu. in capitu. cum monasterium. & c. cum causam. eodem titu. qd̄ intelligitur in limitata: prout not. Ioā. in dicto. c. sanc. de regu. recitans opinionem theologorum, de qua ibi. & aliquid tangit gloss. fina. in capitu. super eo. de regula. & ibi aliquid

et quis ordo

et quis ordo seu que religio seu regula dicitur strictior altera plene p Innocē. ⁊ Jo. and. in dicto. c. sane. de regu. ⁊ plene per Pau. per clemē. vt professiones. de reg. ⁊ aliquid per doct. in dicto. c. super eo. ⁊ aliqd p Archidia. in. c. presbyteros. xx. q. iii. et ibi per eum an canonicus regularis possit trāsire ad monachatū, de quo per eūdem Archi. in. c. mādamus. xix. q. iii. ⁊ per Joan. andr. in dicto. ca. sane. in quibus et locis
2 habetur an dicta regula canonicorū regulariū sit strictior siue laxior regula monachali, vt in. c. quod dei timore. de statu regula. et verū de strictior seu laxior aliis regulis. ¶ His premissis descēdo ad casum p positum: dicendū arbitror q cū dictus canonicus regularis nō petita licētia a suo superiore exiuerit monasteriū suū ex quadā animi leuitate non inspiratione diuina ⁊ intrauerit aliud monasterium sancti Dominici ibidēq professionem fecerit qd nō valuerit aliquo modo transitus ad dictū monasteriū sancti Dominici, etiā presupponēdo quod fuerit arctioris religionis cum requirat de necessitate ad hoc vt possit trāsire q licētiā petat a suo superiore: infic itur enim secūd⁹ trāsit⁹ ex nō petita licētia ne bonum obediētie cōtēnatur. per tex. gl. ⁊ doc. in dicto. c. licet. de regula. ⁊ ibi cōcor. ⁊ hoc voluit glo. in. c. cū singula. §. phibem⁹. in xp. canonice. de prebē. libro. vi. ⁊ docto. in locis i principio allegatis. Et licet gl. in. d. c. licet. de reg. disputet an si aliquis trāseat ad strictiorem religionem nō petita licētia teneatur redire ad primā religionem: tamen cōcludit q si leuitatis causa transiuit: vt in casu nostro tenetur omnino redire secūdum omnes doctores. idem glo. et ibi tex. in. c. mandamus. xix. q. iii. et ibi glos. ⁊ ibi Jo. and. post Butrium in. d. c. intelleximus. et hoc indubitatū est per doctores per supradicta: ⁊ licet etiam glos. in. d. c. licet. de regula. videat tenere opinio. qd si nō leuitatis cā trāsiuit ad strictiorē religionē nō petita licētia non tenet redire ad primam religionem. ⁊ idem ibi Goff. tamē Jo. an. ibi ⁊ cōiter oēs doctores, ⁊ late Butri. tenēt q indistincte quocunq transeat ad strictiorem religionem non petita licentia etiā non ex animi leuitate teneat redire ad primū cum nō valuerit aliquo modo transitus, sic dicit Joā. and. se vidisse pronuntiari. Idem tenet gl. in. c. intelleximus. de eta. et qualit. Et ibi Inno. ⁊ idem glo. ⁊ ibi Archi. in. c. mādamus. xix. q. iii. Et si dicatur, quid operat hoc qd redeat ad primū quia statim poterit licētiā petere ⁊ redire ad secūdum. respōdet Jo. an. in. d. c. licet. qd satis est qr satisfacit iuri requirēti qd petat licētiā allegat d accus. c. ad petitionem. de sup. neg. prela. c. q: regulares. inducit simile sicut inordinate electio ⁊ cōpulsius admitti ordinata de codē ⁊ sup codē. de elec. c. super eo. ⁊. c. innotuit. in si. de iudi. examinata. Item posset reuersus ad primū manere ibi mutato pposito. allegat ad hoc de sponsa. c. tua. quod ibi not. super glo. prima. Idem tenet Pau. in clemē. cos d e regu. ne bonū obediētie contemnatur: ⁊ quia forte rediēs in sua vocatiōe remanebit. Et respondit ibi ad. c. sane. de regu. Idem Butr. in. d. c. licet. ⁊ ibi Joā. an. respondet etiam ad dictum. c. sane. Ex quibus omnibus clare concludit, q cū pdictus canonicus regularis ex quadā animi leuitate trāsiuerit ad monasteriū sancti Dominici non petita sui superioris licentia, q nō valuerit trāsitus: quod etiā vendicat sibi locū, si nō ex animi leuitate trāsisset p supradicta. Concludo forte q licet posset etiam cum secūdo, q cum in monasterio suo primo viuatur sub obseruātia regulari, ⁊ in secūdo monasterio ad quod trāsiuit, non viuatur sub obseruātia regulari, sed claustrali: tenēdo opi. Inn in. c. sane. de reg. vt dixi. s. i prin. quod tamē pro nunc non firmo, videlicet q attendatur actualis obseruantia tempore transitus, nō institutio regule, an dicat strictior an laxior, de quo me remitto ad no. ibi per Joan. and. ⁊ alios, tamē secundū Inno. nō valuit predictus transitus, cū nō transiuerit ad strictiorem religionem per supradicta. Ex quibus omnibus infertur ad secūdū questium, quod cū nō valuerit trāsitus, licite poterit propria authoritate dictus canonicus regularis redire ad suū primum monasteriū ⁊ i primo suo habitu ⁊ ordine permaneret: hoc voluit Joā. and. ⁊ Butri. in d. c. licet. de reg. cum dicunt, quod tenētur redire. etiam ad hoc est text. in. c. intelleximus. de eta. ⁊ qualita. ibi dum dicitur, ad primā domum redire curasti ⁊c. ergo propria authoritate, qui reditus approbat ibi per tex. ⁊ idem ibi glo. idem not. tex. in. c. mandamus. xix. q. iii. dum dicit tex. precipimus, vt redeat: et idem ibi gl. hoc expresse voluit ibi Archidia. Idem aperte voluit Pau. i cle. i. de regu. qui dicit q si nō vult redire, compellatur redire. Reuertatur ergo, ⁊ si non vult ibi stare, licentiā petat, et transeat ad secundū monasterium. Ex quibus omnib⁹ clare de iure concludo transitum dicti canonici regularis nō valuisse, nec tenuisse, ⁊ qd dictus canonicus regularis licite potest propria authoritate recedere. et ad primum suū monasterium redire, ⁊ ibi denique in suo priori habitu ⁊ ordine pmanere: vt clare ⁊ aperte supra ostēsum ⁊ probatum est. Preterea si dicamus q iste monachus siue canonic⁹ regularis transeundo ad aliud monasterium alterius religionis nō petita licentia, sit fugitiuus: nihilominus debet reddi, et etiam restitui monasterio primo. vt in. c. Joannes. de regu. qui etiam competit sibi actio contra primum monasterium, vt ibidem recipiatur: vt not. Joā. and. super dicta glo. fina. ⁊ in. c. fin. eo. titu. ⁊ legitur ⁊ notatur in glo. fi. in. c. cum dilecta. de rescri. ⁊ in c. cum ecclesia. circa fi. de maior. ⁊ obedien. per Hostien. ⁊ in. c. i. de infa. Ex. lau. ecponit nisi ter aufugerit a monasterio: vt dicit Joan. andr. in dicto. c. fina. de regu. siue dicamus quod temere transiuerit ad dictum secundum monasterium nō petita licentia nedum habita: etenim dicitur tūc temere transire: vt dicit glo. ibi: ⁊ super ea Jo. an. in dicto. c. Joannes. procedit dicta cōclusio, tamē melioris conditionis existere videtur trāseundo ad secūdum monasterium non petita licentia: quoniam non dicitur apostata, maiori apostasia, que inducit excommunicationem: vt dicit Joan and. in dicto. c. ioannes. allegat. c. ii. ne cleri. vel monachi. lib. vi. ¶ Preterea dictus transitus non petita licentia est nullus ipso iure: idcirco nō prestat impedimentum: per ea que leguntur ⁊ notantur, in regula, non prestat. d regu. iur. lib. vi. ⁊ in. c. cum accessissent. ⁊. c. cum. M. et in. c. penul. de cōstitutio. nec locus ad quem transitus factus est, plenus videtur, quin etiam pōt dici vacare, imo vt vacans potest impetrari: vt dicūt docto.

¶ Consilium. xcvi.

1 ☞ Multitudo sine iustitia, gubernari non potest.
2 Licentiatus in religione proprie quis dicatur.
3 Papa solus dispensat, quod quis transeat de maiori ad minorem.
4 Fratres predicatores transeuntes ad monachos nigros, si non obseruant regulam Benedicti sunt veri apostate.

Cum ad aures reuerēdi ⁊ circū. pecti viri domini Pōtii Stephani pcentoris ecclesie Antisiodorēsis, ⁊ canonici Biterrēsis apostolice sedis nūcii. ⁊ delegati, ac monasteriorum ordinum quorūcunq non mēdicantiū visitatoris, correctoris ⁊ reformatoris in prouincia Tuscie ⁊ Janue p sedem eandem inter cetera specialiter deputati, visitādo monasteriū sancte Marie de Florentia ordinis sancti Benedicti nigri habitus, et abbate carentis fama publica referente peruenit, q in dicto monasterio erant nonnulli pro monachis ipsi⁹ monasterii se gerētes, ⁊ habitū ipsius publice deferētes, ⁊ loca monachorū dicti monasterii occupata tenentes, ⁊ bona ipsius monasterii recipientes indebite, ⁊ iniuste in dānum ipsius monasterii cum ipsius monasterii nō sint vere monachi, sz apostate de aliis ordinibus fugientes, vel abiecti de ipso monasterio contra Deum, ⁊ iustitiam per ambitionem ⁊ surreptionē intrusi in animarum suarū periculū, ⁊ monasterii prelibati grauamē, ⁊ damnum dictus prefatus Pontius considerans q iuxta authoritatē Hieronymi, non est bonum panem filiorum dare canibus, hoc est peccatorib⁹ ⁊ intrusis. xvi. q. i. si cupis. monuit omnes et singulos gerentes se pro monachis ipsius monasterii, ⁊ cuilibet eorū pcipiendo mādauit infra certum terminum, ⁊ peremptoriū, vt quilibet eorū deberet facere fidē de sua institutione, vel titulo quem habet in dicto monasterio. Coram quo infra dictum terminum quidam gerens se pro monacho dicti monasterii, qui primo professus fuit ordinem fratrum predicatorum, ⁊ ab ordine ipso precisus ⁊ obiect⁹ sub forma inferius annotata, ad probandum titulum sui monachatus, ⁊ institutiōis producit literas reuerēdi patris dñi Joannis sancti Theodori diaconi cardinalis apostolice sedis legati, ⁊ administratoris dicti monasterii: quarū authoritate recepta fuit in monachum dicti monasterii, ⁊ processum factum per venerabilem patrem episcopum Fellusien. executorē deputatum ad hoc per dictum legatum quarum literarum processus ⁊ licentie precisiōis tenor talis est sub hac verborum forma ⁊c.

In Christi nomine amē. anno incarnatiōis eiusdem millesimo trigesimo quarto, indictione tertia: die decima nona mensis octobris. Nouerint vniuersi patres instrumentum publicum inspecturi, q religiosus vir cenobii quondam Richi infrascriptus, cōstitutus in presentia reuerēdi in christo patris, ⁊ domini. domini Thederii dei gratia episcopi Fellusien. executoris infrascriptarum literarum domini cardinalis legati in capitulo monacoū. sancte Marie de Florētia presentib⁹ religiosis viris dñis Andrea priore claustrali, ⁊ Gulielmo Bonauētura Dosso, Henrico salui, Frācisco Bartolo, Andrea de pilestris, et Benedicto monachis dicti monasterii, ⁊ capituli, ⁊ tanquā capitulū dicti monasterii de mandato dicti prioris more solito cōgregatis, presentauit, ⁊ exhibuit dicto domino episcopo quasdam literas infrascripti domini Joannis cardinalis legati eius vero ⁊ solito sigillo cū chordula alba pendente munitas: quarum tenor talis est. Joānes miseratione diuina sancti Theodori diaconus cardinalis apostolice sedis legatus venerabili in Christo patri domino episcopo Fellusien. salutē in domino. dilecti in Christo Cenobii quondam Richi ordinis pdicatorum fratrum monita promerentur, vt anime sue saluti quātū rationabiliter possumus prouidere curemus. Cum itaq sicut oblata nobis sua petitio continebat ab ordine ipso nuper licentiat⁹ existat, ⁊ cupiat sicut asserit, i monasterio sācte Marie abbatie Florētie vulgariter nūcupate ordinis sancti Bñdicti sub ipsi⁹ ordinis regula domino famulari: et ibi vite sue reliquias consummare. Nos suis supplicationibus inclinati, volentes eum in huiusmodi suo laudabili proposito cōfouere, paternitati vestre authoritate qua fungimur presentium tenore cōmittimus, et mandamus, quatenus, si est ita, eundem Cenobium faciatis authoritate nostra in monasterio predicto in monachum recipi, atq fratrem, et syncera in domino charitate tractari, sibique habitum eiusdem monasterii, ac de communibus fructibus et prouentibus illius sicut vni ex aliis monachis portionem integram exhi

beri constitutionibus ꝛ statutis predicti monasterij de non recipiendis
apostatis. ꝛ quibuslibet aliis in contrarium editis: dum tamen p sedē
apostolicam nō fuerint confirmate non obstantibus quibuscunqȝ. Da
tū, ieius kalendas octobris pōtificatus sanctissimi patris. ꝛ domini no
stri domini Joannis pape. xxij. anno decimonono. ¶ Ites presentauit
ꝛ exhibuit dicto domino episcopo quasdam literas infrascripti fratris
Joannis ꝛ prioris, vero ꝛ solito sigillo prioris principalis fratrū pre
dicatorum Romane prouincie cerce rubee impresso munitas. Quarū
literarum tenor talis est.

Vniuersis Presentes literas inspecturis frater
Joānes ꝺ pōtardis ordinis fratrū pdi
catorū in romana prouincia prior prouincialis indign⁹ salu
tem ꝛ synceram in dn̄o charitatem Justitia sine qua multi
tudo gubernari non potest secundum grauitatē culparū, ꝛ acerbitatē
adhibet penā, cum ius suū vinculis tribuens crimina distringēs, ma
lis afflictionem imponens secūdū exigentiā trāsgressionū. Frater igit
2 porro. vt lite non contes. vbi habetur ꝛ pro citato qui maliciose seipsum occultat, siue impedit ne possit ad eum citatio peruenire. ad idem reg. imputari non debet per quem non stat. de reg. iur. lib. vi. Et hec quo ad secundum instrumentū dixi. ¶ Tertio q̄ etiam respectu releuationis facte per dñm nostrum papam nō obstat regula p̄calle. dicto prouiso. nam dominus papa mādauit vt cōstito de premissis contentis in dictis instrumētis, perinde in dicta causa procederet, ac si dicte regule de publicando fuisset, ꝛ esset plenarie ꝛ sufficienter satisfactū: dominus autem papa potest supplere omnem defectū solennitatis. xxv. q. vi. hec quippe. c. i. de transac. ꝛ ꝯstitutionem factam potest habere pro infecta, quo ad iuris effectū: vt est text. in c. i. ubi ista gl. no. in ver. pro infectis. de immu. eccle. ¶ Sed his nō obstantibus cōtrariā sniam arbitror de iure veriorem. Et primo ꝓ fundamento decisionis huius questionis est videndū qualiter sit intelligēda dicta regula: quatenus precepit acceptationē ꝛ prouisionē publicandas, in quo arbitror dicēdum, q̄ publicatio potest accipi proprie ꝛ principaliter duobus modis. Primo illud publicari dicitur q̄ in notoriū deducitur. Secūdo quando per publicationē transit in famam publicā locꝫ, vt est tex. no. in c. tua. de cohabi. cle. vnde publicum asserimus id q̄ est notoriū per euidentiā vel famā: vt ibi: ꝛ pro primo facit glo. no. ij. q. i. de manifesta. que dicit q̄ publicum est qđ omnibus patet. alle. bonū tex. insti. de suspe. tut. in. §. consequens. non tamen intelligo vt omnibus de ciuitate debeat esse manifestum. Sed satis est q̄ transeat in notitiā vicinie, seu maioris partis in qua actus gerit̄: sicut de notorio diximus: vt est bonus tex. in c. cū dilectus. de pur. cano. ꝛ no. ꝑ doc. in c. vestra. de coha. cle. ꝛ mulie. ꝛ in c. de manifesta. ij. q. i. oportet ergo vt aliquid dicat̄ publicū seu publicari, qđ ita publice ꝛ palā fiat, vt trāseat illico, vel successiue in notitiā populi vicinie, vel maioris partis sicut diximus de manifesto, vt no. in hac. c. vestra. ꝛ ad ꝓdicta optime facit gl. not. ꝛ in proposito nostro est gl. sing. in cle. i. de sepul. in ver. publice. vbi tex. disponit super publice excommunicato. ꝛ gl. ibidem mon-
3 strando materiam quis dicatur publice excōmunicatus dicit̄ qđ publicitas causatur ex qualitate loci: ꝛ multitudine astantium: vnde nō sufficit ꝯm illam gl. no. ad hoc, vt dicatur publice excōicatus, qđ iudex in bācho coram duobus vel tribus testibus illum excommunicauerit: quasi velit dicere, qđ vbi ius requirit publicitatē alicuius actus ad effectū, vt actus ꝓsumat̄ apud alios notitia, debet intelligi de publicitate seu notorietate que cōsistit in facto, non autē de illa que causat̄ a iure. In casu autem nostro non potest dici qđ acceptationis ꝛ ꝓuisionis publicatio intercesserit. assumendo publicitatem prout de iure assumi debet: vt patet ex predictis. ꝛ ex rñsionibus ad motiua in ꝯtrarium addenda clarius patebit. Et primo iuxta ordinē attingā ea que resultant ex cōtentis in primo instrumento: licꝫ enim procurator illius Ioannis habentis gratiam expectatiuā petierit in presentia quatuor testiū prouisionē sibi fieri de ecclesia prius per eum acceptata: ac in illius se induci possessionē ꝛ subexecutor illi ꝓuiderit, ꝛ ꝑ circulū seu annulū ostij ecclesie in possessionē eum induxerit: non tamen per hoc potest dici, q̄ acceptationis ꝛ prouisionis intercesserit publicatio: quia omnia ista poterāt ita contingere in presentia quatuor testium qđ nunquam transierint in aliorū notitiam. nec in instrumēto dicitur, q̄ aliqui alij ab illis testibus essent presentes. Non enim resultat publicitas ex eo qđ actus geritur in cemyterio, vel in ecclesia, vel etiam platea: in presentia quatuor dūtaxat testium. sed oportet. vt. s. dixi qđ actus gerat̄ coram tāta multitudine, vt actus transeat in notitiā saltem maioris partis vicinie. Nec etiam prodest q̄ in domo ecclesie dotis manserit, dormiuerit, tādem illam ecclesiam alteri capellano cōmendauerit: quia omnia ista possunt contingere absq̄ publicitate. Potuerūt enim omnia hec cōtingere in presentia istorum quatuor testium duntaxat, ꝛ non probat esse qđ ab hoc contingit abesse, vt in c. ij. de transla. episco. ꝛ in. l. neq̄ natales. C. de proba. Et quod predicta vera sint tali ratione fortificat̄. Predicta enim dñi pape regula requirit duo, inter cetera. Primo, vt prouisio fiat intra mēsem receptionis. Secundo vt publicatio acceptationis ꝛ ꝓuisionis sequatur intra alios tres menses. Certū est enim q̄ de prouisione debet fieri fides, q̄ ipsa intercesserit intra mēsem, vt in c. vnico. vt eccle. benefi. Ergo quod sequitur in dicta regula de publicatione fienda. debet intelligi de alia solennitate, q̄ de presentia trium vel quatuor testium. Nam si ex presentia triū vel quatuor testium induceretur publicitas, satis fuisset exigere probationem super prouisione: ꝛ tamen dicta regula vltra ꝓbationē acceptationis ꝛ prouisionis exigit vt acceptatio ꝛ ꝓuisio debeant publicari in loco beneficij. Oportet ergo necessario intelligi, vt publicatio fiat aliter q̄ per presentiam trium vel quatuor testium. Nec obst. c. quanto. de transla. episco. quia loquitur cum episcopus transit de vno episcopatu ad alium: qđ non potest esse non notorium, cū publice se gesserit ꝓ episcopo in vtroq̄ loco. Ad cle. causam. de elec. respondetur q̄ licꝫ tex. faciat ibi mentionem de publicatione simpliciter: ꝛ de qua fit solenniter: non tamen tex. ibi dicit q̄ publicatio dicatur fieri in loco per populum frequētato: vt in predicationibus ꝛ similibus. Publicatio autē simplex debet fieri saltem coram multitudine vt sic notitia trāseat saltē in maiorem partem vicinie. Et per hoc patet rñsio etiam ad ea que continentur in secundo instrumēto. ad id q̄ procurator predictus petijt: sicꝫ dictam suam

etiam suam prouisionem in loco beneficii publicaret: quod ex facto paro-
chianorum ecclesiam claudentium non potuerit sequi in ecclesia publica-
tio. Nam si non potuit habere presentiam illorum qui erant in ecclesia,
debuit aliter prouisionem suam publicare: puta adhibitis aliis paro-
chianis vtriusque sexus, qui non erant in ecclesia cathedrali: vel in alio lo
co publico. vt in. d. c. de causam. vbi bonus text. maxime iuncta glo. in
ver. publicari. ¶ Nec etiam obst. quod dictus subexecutor dixerit illius
acceptationem et prouisionem se publicare: quia publicatio non dependebat
a nuda voluntate ipsius subexecutoris: sed necesse erat vt de facto fieret
publicatio prout dispositum erat ex regula Eugenii domini nostri pa
pe, et vbi opus est facto, verba non sufficiunt. vt in. c. i. cum ibi nota. de co
qui mittit in posses. fact. l. aliment a. C. de nego. gest. Potest etiam ad
dictum secundum instrumentum respondere et aliter, videlicet quod non facit fidem
cum eodem tempore dicatur fuisse confectum cum primo, et tamen multa
contineat in ipso secundo que non poterant concurrere saltem verisimi
liter cum contentis in primo. Nam vtrumque instrumentum dicitur confectum
anno domini. M. cccc xxxii. die. i. mensis Iunii hora tertiarum, vel quasi.
Et tamen in primo instrumento dicitur quod procurator predictus accepta-
uit dictam ecclesiam, et de ea sibi prouideri petiit: ac ipsum inuestiri de ea-
dem: et ad corporalem et actualem possessionem iuriumque et pertinentiarum
eiusdem ecclesie induci. Et subditur posthodum, quod dictus subexecutor de
dicta ecclesia eidem prouidit ac inuestiuit: et corporalem realem et actua
lem possessionem iuriumque et pertinentiarum vniuersarum eiusdem per tactum
circuli ianue ipsius ecclesie appositi induxit. Et deinde idem subexecu
tor prefatum procuratorem duxit ad domum dotis ipsius ecclesie: ac per
sedis et libri, ac missalis traditionem ad corporalem et realem possessionem
induxit: quia vt dicitur in dicto primo instrumento ad certum tempus,
idem procurator vt possessor nomine procuratorio stetit, mansit, et dormi-
uit: et deinde eandem ecclesiam cuidam capellano gubernandam committens
ad propria recessit. In secundo autem instrumento eadem hora, vt dicitur,
confecto: dicitur quod dictus procurator qui paulo ante acceptauerat dictam
ecclesiam: et de ea obtinuerat sibi prouideri petiit: et requisiuit dictum subexe
cutorem: vt eum in realem et actualem possessionem induceret nomine procu-
ratorio: ac acceptationem et prouisionem de ipsa ecclesia factas publicaret.
et demum subditur in dicto instrumento: quod dictus subexecutor ad postula-
tionem dicti procuratoris accessit ad dictam ecclesiam tempore quo misse
ibidem celebrabantur. et eam reperiens per parochianos clausam: circulum
ianue recipiens: fortiter ante dictam ecclesiam pulsauit. et eam aperiri petiit.
et illis parochianis ibidem inclusis aperire nolentibus, fuit publice prote
status, et dictum circulum ad manus dicti procuratoris tradidit, per hoc,
vt asseruit: eum in possessionem eiusdem ecclesie inquantum potuit indu
cendo dictasque acceptationem et prouisionem publicatas dixit etc. Deinde
modicum post ad domum dotis dicte ecclesie transeuntes, et in ea constitutos
per introitum dicte domus dotis, et sedis, et libri assignationem etiam in posses
sionem dicte ecclesie induxit quod omnia si bene pensentur, et considerentur sunt vere im
possibilia: seu non verisimilia: aut enim notarius confecit secundum instrumen
tum supplendo multa que non in primo: vt de publicatione, et de ecclesie
clausula, et similibus. Et hoc facere non potuit: tum quia hec nouiter ad
4 dicta sunt confecta sub imagine noui instrumenti. † Item quia non licet
notario sine iudicis authoritate aliquid addere, postquam instrumentum est
parti traditum: et maxime in iudicio exhibitum, vt in casu nostro plene
per Io. an. post Spec. super data sexti libri. et per Bar. in. l. si librarius.
ff. de regu. iur. aut etiam confecit duo instrumenta tanquam super actibus
geminatis et hoc esse non potest propter contrarietatem que ex illorum tenore
resultat, seu non verisimilitudinem. Nam cum fuisset inductus in posses-
sionem vigore primi instrumenti frustra petebat iterum induci: prout
dicitur in secundo. Item quia in vtroque instrumento dicitur quod fuit
inductus eadem hora in domo dotis ecclesie. et sic non est verisimile quod
eodem tempore actus fuisset geminatus. Preterea in primo instrumen
to dicitur quod introductus in possessionem domus ecclesie, ibidem stetit, mansit
et dormiuit aliquo tempore: et in alio instrumento eadem hora confecto di
citur, quod post acceptationem et prouisionem procurator requisiuit subexecu
torem ipsius, vt ipsum induceret in possessionem, et acceptationem, et prouis
sionem publicaret: ita quod multe insurgunt contrarietates, et non verisimilitu
dines ex tenore vtriusque instrumenti: vt patere poterit intuenti. Secun
do ergo instrumento non est danda fides propter contrarietatem, et non
verisimilitudinem, vt in. c. imputari. de fide instru. et in. l. scripture. ff. eod.
tit. et in. c. quia verisimile. de presump. et per Innoc. in. c. fraternitatis. de
5 hereti. vbi inter cetera dicit, † quod si instrumentis in aliquo reperiatur fal
sum totum quod in illo instrumento continetur, caret roboris firmitate: et
propter falsitatem huius instrumenti, minor fides est adhibenda primo, vt
in simili no. Inno. in. c. preterea. de testi. cog. et per hoc patet responsum
ad ea que continentur in primo et secundo instrumentis. Respectu vero reuela
tionis facte per dominum nostrum papam, potest dici quod illa non teneat tanquam
per surreptionem obtenta: cum suggestum fuerit domino pape omnia fore vera
que in dictis instrumentis continentur: nec tamen de illis potest fieri plena fides,
patet per predicta, ad hoc c. sup litteris. et c. postulasti. de rescri. quinimo
dominus papa expresse releuationem fecit cum conditione, si constiterit de premis
sis etc. que quidem clausula sub intelligitur, etiam si non fuisset expressa, vt in
c. ii. quod ibi no. de cens. ¶ Concludo ergo ex omnibus predictis dicte
regule domini nostri pape Eugenii non esse per contentam dictis in-
strumentis et reuelatione prefata iuri factum. ¶ Et ita vt. s. per me con
clusum est arbitror esse iuris, ego nicolaus de Tudeschis abbas Mo-
nacen. domini nostri pape referendarius, et eius camere generalis auditor: et
in testimonium me propria meque manu subscripsi, et sigillum meum solitum
impressi etc. meliori iudicio semper saluo.

¶ Consilium. c.

1 ☞ Possessio transit etiam ex inutili contractu.
2 Succedens in locum alterius debet vti eo iure quo ille in cuius locum succedit.
3 Conseruator non potest procedere nisi super notorio.
4 Appellari bene potest a sententia iudicis declarantis quem incidisse in penam legis.
5 Spoliatus licet in iudicio consecutus sit possessionem, potest tamen per se agere ad penam. l. si quis in tantam.

AD claram et luculentam prescriptionem, et thematis de
cisionem plura dubia elicienda sunt: et compendiose il
la examinabo. Primum nunquid possessio naturalis et ciui
lis fuit dicto comiti per illam inuasionem castri, et officia
lium expulsionem acquisita. Ex quo inferam ad secundum dubium, nun-
quid dicto episcopo fuerit per donationem communitatis acquisita con
similis illius castri possessio: scilicet tam naturalis quam ciuilis.
¶ Tertium an licuit prefato militi propria authoritate presertim
post lapsum sex mensium inuadere illud castrum, non per suum expul
sorem, sed per episcopum donatarium possessum. ¶ Quartum vtrum
dictus comes iuste fecerit occupando illud castrum ad requisitionem
conseruatoris dicti episcopi post exceptiones et appellationes per di-
ctum militem interpositas. ¶ Quintum et vltimum, an contra dictum
comitem iure potuerit dictus miles intentare condictionem. l. si quis in
tantam. C. vnde vi. petendo, scilicet eum priuari omni iure, si quod ei
competebat in castro predicto, et illud adiudicari eidem militi. Et si ei-
dem comiti nullum ius competeret, quod condemnaretur ad estimatio-
nem castri predicti soluendam eidem militi ¶ Circa primum breuissime
dico, quod dicto comiti per primam occupationem ab eo factam acquisita fuit
ciuilis et naturalis possessio: et dictus miles fuit possessione etiam ciuili
spoliatus: quia cum miles haberet in dicto castro officiales, et sic per il-
los possidebat per eiectionem illorum perdidit totaliter possessionem suam,
vt est tex. in. l. si. C. de acqui. posses. et ibi hoc communiter firmant doct. ma-
xime Bar. ad idem bonus tex. in. c. ex parte. ii. de rescrip. et per gl. et doc.
in. c. olim. el. i. de resti. spo. Et ex hoc infertur ad secundum dubium, nunquid
per donationem factam prefato episcopo transiuit illa possessio: et profecto cum
intercesserit traditio possessionis, in eum transiuit quod erat apud di-
ctum comitem et non amplius, vt in. l. traditio. ff. de acqui. re. domi. et in
c. nuper. de do. post diuor. resti. fact. l. i. §. si vero vxor. ff. de acqui. pos.
1 vbi patet † quod etiam ex inutili contractu transit possessio: transiuit ergo
in dominum episcopum donatarium possessio que erat apud comitem: non autem
dominium cum apud eum minime consisteret. ¶ Ad tertium dubium verum
scilicet licuerit prefato militi possessionem de facto, et propria authoritate
recuperare, presertim post lapsum sex mensium, eo attento quod non inuasor,
scilicet comes, sed episcopus tunc possidens, qui non spoliauerat, nec spoliari man
dauerat, nec spoliationem ratam habuerat, cum non fuerit spoliatio fa-
cta suo nomine, et per consequens ratam habere non poterat, vt in. c. cum
quis. de sen. exco. lib. vi. et in reg. cum quis. de regu. iur. eo. lib. Et videtur
primo quod non licuerit: quia cum contra episcopum non competeret interdictum vnde
vi: cum non spoliauerit, nec spoliari mandauerit, nec spoliationem ratam
habuerit: vt probatur in. c. cum ad sedem. de resti. spo. fortius non compe-
tit remedium facti, vt propria authoritate possit illum deiicere. nam si defi-
cit iuris remedium, debet deficere remedium facti magis odiosum. arg. in
auc. multo magis. C. de epi. cleri. et in. c. cum in cunctis. in prin. de elect.
presertim cum iura facultatem tribuentia super possessione incontinenti re-
cuperanda loquantur, et procedant contra inuasorem, et fundat se super violen-
tia: videlicet quod vim vi repellere licet, vt in. d. c. olim. el. i. de resti. spolia.
legi. et no. in. c. significasti. de homi. l. iii. §. cum igitur. ff. de vi, et vi arma-
ta. et quod ibi no. maxime per Bar. preterea iura requirunt quod possessio-
nis recuperatio authoritate propria debeat incontinenti fieri: vt in iu-
ribus superius alle. hinc dicit Bar. in. l. i. C. vnde vi. quod debet fieri infra
triduum. Sed hic stetit iste miles per sex menses: ergo potius fuit spolia-
tio quam possessionis ficta continuatio, seu violentie repulsio. Sed his non ob-
stantibus contrariam sententiam arbitror veriorem. moueor primo per. c. sepe. de
resti. spo. vbi patet quod recipientem scienter a spoliatore equiparatur violento:
vnde contra talem competit remedium possessorium sicut contra violentum: vt
ibi. et no. in. c. cum ad sedem. eo. titu. et facit quod leg. et no. in. c. qui vero. de
iudi. merito talis possessio vitiosa et quasi violenta non potuit, nec debuit
impedire antiquum possessorem, quominus suam possessionem inconti
nenti recuperaret: cum talis recipiens dicatur succedere in vitium. d.
cap. sepe. et c. quia. et dictus episcopus recepit castrum a comite, sciens
illud inuasum per dictum comitem, cum illa inuasio esset notoria
in loco, vnde non presumitur illam ignorasse. xli. di. c. quod dicitis. et
2 de presump. c. quanto. † et qui in locum alterius succedit, eo debet vti iure,

quo ille in locum eius succedit. vt in.c.ecclesia.vt li.pendē.facit.c.reco
lentes.de sta.reg. Nec obstat quod.s.dictū est, q talis recuperatio debeat
fieri in.cōtinenti:quia dicendū est, q incōtinenti dicit aliquid fieri, cum
cōmode fieri potest, non diuertendo ad extraneos actus, vt.l.ij.§.confe
stim.ff.ad tertul. vnde in casu nostro apertissime dixit Bar.in.d.l.iij.§.
cum igitur.ff.de vi et vi arma. q tales possunt esse circūstantie, q etiam
post sex mēses a tempore deiectionis diceret facere incōtinenti: et ponit
quasi exemplū in terminis nostris. Et idem videt de mente gl. et doc.in
c.significasti.de homici. Erat enim iste miles absens, et infirmus, et habe
bat agere contra virum potentem: ita q his attentis satis potest dici
eum incontinenti recuperasse: ex quibus cōcludit q licuit etiā cōtra hūc
cōm, et in tempore prefinito seu premisso possessionē dicti castri recupe
rare ꝓpria authoritate vt fecit: etiam dici pōt q vim vi repellere. vt in
iuribus palle. ¶ Uenio ad quarenū, an dictus comes bene fecerit occupan
do possessionē castri ad requisitionē illius cōseruatoris. Et conclusiue
3 ꝓcedendo credo firmiter q non ex multiplici capite. Et primo, †quia
conseruator non potest procedere nisi super notorio: vt in.c.j.vt ibi no.
de offi.dele.lib.vj. Sed in casu nostro licet factū expulsionis fuisset no
toriū, maleficiū tamē nō erat notoriū, imo allegatū fuit ꝑ parte militis
quod iuste, et sine omni delicto potuit illa expulsio, et possessionis recu
peratio fieri. quod patet ex proxi.alle. et ita factū extitit, et cōcesserit de
lictū et notorietatē delicti, nō tñ potuit cōseruator vlterius ꝓcedere tan
quā super notorio: vt clare firmat glo. quasi in terminis nostris in.d.c.j.
pxi.alle. et ꝙꝙ possit replicari ex aduerso, q negato delicto, et cōfesso fa
cto: vt puta qz dicat se fecisse ad suam defensionē, vel animo recuperan
di suā possessionē, licuit cōseruatori ad suā instructionē per testes etiā
parte absente inquirere super notorietate malefici, vt in.d.c.j.per Jo.
and. q videtur iste cōseruator effecisse. Ad hoc potest tamen respōderi
q delictū hic non possit esse notorium: cum nullū subesset delictū: vnde
nō est qualitas nec subiecto.xxxij.q.ij.quod vero nō formatum. et c. ad
dissoluendū.de despō.impu. Et sic cum processerit ad vlteriora nō pro
nūciando factum, et delictū esse notorium, non valuit sententia, nec pro
cessus suus: ex quo in veritate non erat iudex cum deficiat qualitas su
per qua fundat iurisdictio, vt plene no. per Inno.in.c.pretera.de dila. et
in.c.tua.de cohabi.cleri.facit.l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa. et ple
ne no.per doc.in.c.si clericus laicum. et c.cum sit generale.de fo.cōpe. et
si etiam ꝓnuntiasset factum esse notorium, nihilominus non induceret
validitas ꝓcessus vigore appellationis subsequentis, que habet extin
guere, seu suspēdere iudicatū.l.j.in fin.ff.ad turpil. et l.ij.ff.de pena. et c.
veniētes.de iureiur. et quāquā in facto vere notorio nō possit appellari,
vt in.c.cum sit romana.de appel.tamē a snīa iudicis declarātis factum
esse notoriū debet posse appellari: cū posset iudex iniuste declarasse: sic
cut in simili dicit gl.no.in.c.cupiētes.§.quod si per viginti.de elect.lib.
vi. quod licet a snīa iuris non appellet, vt in c.qz vero.de appel. †tamē
a snīa iudicis declarātia quem incidisse in penā legis, bene potest appel
lari: vnde cum in casu nostro fuerit appellatum ad conseruatorem in fa
cto saltem pro tali nō licuit comiti obtēperare iudici: cuius sententia seu
iurisdictio erat suspēsa ꝓpter appellationis interpositionē, cum execu
tor nō debeat parere mādato euidenter iniquo, vt no.in.c.pastoralis.§.
quia vero.de offi.dele.debet enim iudex secularis impēdere brachium
suum ad petitionē iudicis ecclesiastici, quando imploraf sm deum: non
autem iniuste, et in alterius iacturā: vt dicit tex.in.c.j.in fi.de offi.ordi. et
ibi per doc. Et q iniuste episcopus ꝓcesserit, patet vltra ꝑdicta ex sen
tentijs in huiusmodi causa ꝓlatis, vt.s.dicitur in ꝑscriptione thematis.
¶ Ad predicta facit vnum notabile dictum Bar.in.l.iuste possidet.ff.
de acqui.posses. vbi dicit, quem nō excusari a delicto ex precepto iudicis
seu decreto, si iudex nō rite processit. Non ergo excusat comes ex prece
pto cōseruatoris, ꝑsertim cum vidisset ciuitatē voluisse virtutē appella
tionis impedire per brachium suum quinimo presumitur ex preterito
eum fuisse maligno animo, argu.in.c.scribam. et qd ibi not.de presump.
Ex predictis infertur ad decisionē vltimi principalis dubij: an contra
dictum comitē potuerit miles intētare cōdictionem.l.si quis in tantam.
C.vnde vi. modo predicto. Et omissis argumentis puto dicendū q lice
ex duplici capite. Primo ob primam inuasionē violenter factam. Nam
licet quis putet rē esse suam, et sibi licere rem ꝓpria authoritate capere
nihilominus incidit in penā illius legis, vt in.d.l.si quis in tantam. et in
sti.vi bono.rapto.§.j. Nec obst. si dicatur, q cum dictus miles ꝓpria au
thoritate dixisset sibi ius recipiēdo possessionē predictam, nō debet am
plius habere facultatem intētandi cōditionem illius legis: cum videa
tur violentie vitium purgatum, argu.in.l.ij.C.quod me.cau. Ad hoc
enim respondetur, qd dispositio illius.l.si quis in tantam prouidit cir
ca duo. Primo vt inuasor compellatur possessionem, quam abstulit, re
stituere possessori: et in hoc illa lex non est penalis. Secundo vt dñium
illius rei amittat, si erat dominus: si autem, cōpellatur illarum rerum
estimationē reddere. et in hoc illa lex est penalis. vnde lz sit menti illius
legis satisfactū per recuperationē possessionis, cum non possit, nec de
beat amplius compelli ad possessionē restituendam: ex quo recuperata
extitit tamen remanet dispositio illius.l.quoad secundam partem pena
lem, vt in penam violentie perdat dominiū illius, si erat dominus: alias
ꝑdictū violentie remaneret impunitum. Non enim fuit comes in aliquo
punitus ex recuperatione possessionis per militem facta: cū solum mi
les rem suam recuperauit, quam iure recuperare potuit: vt.s.probatū
est. et pro hoc alle.glo.mag.in.d.l.si quis in tantam parum ante sui finē.
in versi.quod si egi.que cōcludit, q si spoliatus egit primo tñ ad rem:
nihilominus superest actio ad penam, cum actione non officio iudicis
5 debeat pena illius legis. Et sic apertissime vult† qd lz spoliatus sit etiā
in iudicio possessionē consecutus: nihilominus pōt postea per se agere
ad penam.l.si quis in tantam. fortius hoc dicendum in casu nostro, in
quo non egit primo pro possessione dūtaxat recuperanda in iudicio ex
tra iudicium vtens iuris permissione, suā possessionem recuperauit. et
hoc puto sine aliquo scrupulo de iure ꝓcedere: non enim peccat qui le
gis authoritate agit: vt in.l.gracchus.C.de adul. et xxiij.q.iij.q peccat.
Ex secundo capite potest agi contra dominū comitem ratione violen
tie secunda vice allegata: quia vt.s.dixi, conseruator non rite, nec recte
processit inuocando auxilium brachij secularis, presertim post appella
tionem interpositā: vt.s.probatū est. et patuit etiam ex sentētijs postea
latis: ergo comes incidit in penam illius.l.si quis in tantam. etiā si fecit
animo obediendi: quia tale preceptum non excusat a delicto, etiam si
fecisset per imprudentiā. vt no.dixit. Barto.in.l.iuste possidet. vt.s.re
tigi, et facit.d.§.insti.vi bono.rap. Nam et ipse iudex procedendo non re
cte tunc dicit de violētia, si eam intulit, vel inferri mādauit. vt in.c.con
querente.de resti.spo. et in.c.cum causa.de offi.dele. et facit contra dictū
comitem etiam quod.s.retigi. Ceterum vt.s.per me ꝯclusum est arbitror
iuris, ego Nicolaus de Tudeschis abbas Monacēsis.camere aposto
lice auditor, et domini nostri pape referendarius: saniori iudicio sem
per saluo.

¶ Consilium.cj.

1 Papa per suum priuilegium non intendit preiudicare institutio
m beneficij, nisi hoc aperte exprimat.
2 Priuilegium non preiudicat compositioni prius facte de illa speciali
mentione non facta.
3 Princeps si concessit alicui priuilegium cum aliquali reseruatione iu
ris alterius valet.
4 Priuilegia omnia preiudicialia sunt stricte interpretanda.
5 Prescriptio quadraginta annorum sufficit cōtra ecclesiam citra Ro
manam. et nu.9.
6 Prescriptio contra filium in rebus aduētitijs non currit durante pa
terna potestate.
7 Prescriptio est stricti iuris, et tantum prescribitur quātum possidetur:
Et non prescribitur tempore guerre. et nu.8.
10 Priuilegium imperatoris valet quoad suos subditos.
11 Priuilegium recipit largissimam interpretationē cōtra priuilegiātē.

In questione q̄ vertitur seu
verti speraf inter monasteriū sancte Crucis montis Aua
lēcis, Eugubinēsis diocesis ex vna parte: et fratres ordinis
Cisterciensis, ex alia super subiectione seu statu monasterij sancti Bar
tholomei de Campo regio eiusdem diocesis: tria ad claritatē decisio
nis arbitror examinanda. ¶ Primo nūquid per priuilegia exemptio
nis et vnionis dicto monasterio sancti Bartholomei concessa, sit preiu
dicatū iuri monasterij sancte Crucis. ¶ Secundo presupposito qd pri
uilegium nocumentū non attulerit, an quadraginta annorum prescri
ptio habeat excludere ius et actionem cōpetentē dicto monasterio san
cte Crucis. ¶ Tertio si talis ꝑscriptio preiudicet, an dictum monaste
rium sancte Crucis possit prescriptione centenaria se tueri, vigore pri
uilegij Cesarij qd papa post modū ratum manere sanxit. ¶ Primū ex
ordine aggrediēs, videtur primo qd per priuilegiū Alexandri, ꝑ Gre
gorium postmodū corroboratū, sit iuri dicti monasterij sancte Crucis
preiudicatū. sanxit enim dictus Alexander quod dictum monasterium
sancti Bartholomei. neqz episcopo, neqz abbati neqz deniqz cuiqz cle
ricorum seu secularium, sed sibi tātummodo, successoribusqz suis Roma
nis pōtificibus de sua subiectione respōdeat. Et adiecit post pauca, qd
si quispiam, vel eps, vel abbas, vel quelibet persona contra huiusmodi
nostre cōstitutionis edictum per aliquam machinationē subtilitatisqz
astutiā prefatū. sibi arrogauerit, vel subdiderit monasterio: et is qui de
derit, et his qui illud suscepit vsqz dum resipiscat, et quod inde ꝑsumptū
est reddat, per authoritatē dei omnipotētis, et beati Petri apostolorū
principis perpetue damnationis vinculo et anathematis innodetur. etc.
¶ Cū ergo papa qui plenitudinem habet potestatis, vt in.c.cū ita per
mundū. et c.per principalē.ix.q.iij. exemerit dictum monasterium a sub
iectione episcopi et abbatis, et cuiuscunqz alterius persone, quod cū po
tuisse facere, in dubium minime reuocandū est. vt in.c.si papa.de priui.
lib.vi. facit.c.dudum. et c.quāuis.de preben.eo.lib. ergo non potest mo
nasteriū sancte Crucis aliquam subiectionē in dicto monasterio pretē
dere. Si enim preiudicaf episcopo, cuius potestas est ordinaria supra
monasteria.xviij.q.ij.monasterio. et c.abbates. et c.si quis abbas.de reli.
domi.c.cum dilectus. et c.venerabilis.cū simi. fortius debet preiudica
re abbati sancte Crucis ꝑtendenti aliqualē superioritatē ex institutio
ne dicti monasterij dūtaxat. dictus enim abbas solum pretendere pote
rat quatuor: scilicet cōfirmationē abbatis, item reuerentiam, obedien
tiam et

tiam,et certum annuũ censum. Hec enim quatuor duntaxat reseruauit patronus tempore fundationis abbati monasterij sancte Crucis.facis lius ergo debent tolli ista q̃ sunt de iure speciali et cõtra ius cõe,q̃ potes stas episcopi,que ordinaria est et fauorabilis,et super plena subiectione fundata est.Sed nulli dubiũ q̃ epo preiudicet.d.c.si papa.et c.j.de pri uile.lib.vi.et xvj.q.j.cau.frater.multo magis debet preiudicare abbati. arg.c.c.dilectus.de offic.leg.Nec potest allegari surreptio,cum de abs bate fuerit facta in priuilegio specialis mentio,que non poterat verifis cari,nisi iure speciali:cum de iure communi vnum monasterium non sit sub alio.d.c.monasteria.et no.in.c.in presentia.de proba.¶Secũdo ad iuuat vnio nouiter facta per dñm papã Martinũ hodiernum in eo q̃ illud monasteriũ vniuit fratribus Cistercieñsibus subtrahẽdo dignitas tem abbatialem:quod indubitãter facere potuit.vt in.c.sicut vnire.de exce.prela.et c.et temporis qualitas.xvj.q.j.presertim cũ vnio fuerit fas cta post dictum priuilegiũ,et post iura prescripta contra monasterium sancte Crucis.prescriptio enim omnem actionem precludit:vt dicit tex. in.c.ad aures.de prescrip.Nõ ergo fuit opus mentionẽ facere de mona sterio sancte Crucis,cum ipsius ius iã sublatum erat per priuilegium Alexandri:et per prescriptionẽ quadragenariã.Sed his non obstantis bus cõtrariam sententiã puto preualere,vt scilicet per priuilegiũ Alexandri, vel vnionis facte per dñm Martinũ nullum preiudicium fuerit irroga tum iuri monasterij sancte Crucis.Moueor primo:quia de intentione principis est nunq̃ preiudicare iuri tertij,nisi de eo specialẽ faciat mens tionẽ,vt in.c.super eo.de offi.dele.et l.ij.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco publi.presertim cum derogatur institutioni beneficij,et disposis tioni laicali,ne laici p hoc subtrahãtur a fundatione ecclesiarũ,ad hoc gl.no.in cle.per literas.de preben.et quod no.per do.in.c.cum dilectus. de iurepatro.Sed in casu nostro non facta fuit specialis mentio de ius ribus competentibus monasterio sancte Crucis:ergo talia priuilegia non obtinet firmitatem in preiudicium illius monasterij.Nec obst.q̃ in priuilegio Alexandri seu Gregorij fuerit dictum,vt nulli abbati subias ceat etc.quia ista non est sufficiens mentio,vt preiudicetur iuri monaste rij:quia mentio debet esse specialis,et non ita generalis.vt in.c.ij.de do. et contu.et quod ibi no.per doc.in.c.cum dilecta de rescrip.et bonus tex. in.c.bone.de confir.vti.vel inuti.presertim in casu nostro erat fienda spe cialis mentio in quo illa iura erant debita monasterio sancte Crucis ex

1 primeua institutione monasterij,et dispositione laici patroni.†Nam pa pa per suum priuilegium non intendit preiudicare institutioni benefis cij,nisi hoc aperte exprimat,vt in.c.cum dilectus de iurepatrona.facit opti.c.monasteria.xv.q.vij.et c.eleutherius.xviij.q.ij.potuit enim papa in suo priuilegio intelligere de abbate,qui in certis religionibus vocas tur pater abbas cui modicum preiudicium irrogat:vnde nõ debemus presumere rationibus predictis papam intellexisse per verba generas lia de speciali dispositione patroni.Ad idem bonus tex.in.c.ex multipli

2 ci.de deci.vbi patet †q̃ priuilegium non preiudicat compositioni prius facte,de illa speciali mentione non facta.et in.c.cum olim.de prescri.vbi priuilegium non preiudicat laudo lato ex compromisso fortius non de bet preiudicare institutioni beneficij seu monasterij de illa speciali men tione non habita.¶Secundo facit.c.veniens.de prescrip.vbi tex.not.

3 innuit,†q̃ si princeps concessit alicui priuilegium cum aliquali reserua tione iuris alterius non valet priuilegium postmodũ concessum super aliis iuribus aliquali reseruatione prius facta de illa non habita mens tione:quia si papa sciuisset illam reseruationẽ,non concessisset forte sine illa:vt ibi notabiliter deciditur.ergo idem et fortius dicendum in casu nostro,q̃ si papa sciuisset q̃ illa quatuor iura fuissent reseruata per patronũ monasterij sancte Crucis,nunq̃ cõcessisset illam plenam exem ptionem sine illorum iurium reseruatione:quoniam saltem de illis fecis set mentionem,presertim cum potuisset concedi exemptio cum illorum iurium reseruatione:quia illa iura non inducunt plenam subiectionem: vt clare innuitur ex.c.his que.de maio.et obe.et c.cum inter.de re iudic. vbi enumerantur multa iura inferentia penam subiectionis:et inter illa enumerantur obediẽtia,et reuerẽtia tanq̃ species.¶Tertio adducit.c.j. de consti.lib.vj.vbi dicitur,q̃ papa per suam cõstitutionẽ non censetur velle tollere statuta,et cõsuetudines:quã in facto cõsistit,nisi de eis feces rit mẽtionem.Ergo fortius idem dicendũ in priuilegio:quod non ema nat cum tanta moderatione.sicut ius cõmune:vt ibi not.Non ergo des bet tolli statutũ,et ordinamentum factum in institutione monasterij per priuilegiũ pape,ex quo de illa non fuit facta specialis mentio.¶Quar to facit,q: Gregorius seu Alexander voluit simpliciter derogare iuri monasterij sancte Crucis:quia dixit q̃ hoc priuilegium exemptionis non deberet recedere a charitate sancte Crucis,puta in alio priuilegio dixerat.vnde credẽdũ est q̃ per illa verba voluit reseruare omnia iura competentia monasterio sancte Crucis:non ergo reseruare illi charis tatem,si vellet sibi subtrahere censum ab antiquo impositũ:vel alia ius ra sibi reseruata.vt in.d.c.eleutherius.facit.c.quanto.de censi.Charis tas enim est recta voluntas ab omnibus terrenis prorsus aduersa etc.vt in.c.charitas.de peni.dist.ij.et in istis est fienda larga interpretatio,vt non preiudicetur iuri alterius sine causa,iuxta no.per Bar.in.l.omnes populi.ff.de iusti.et iure.et l.non dubium.ff.de legi.facit.c.cum dilectus. de consue.et l.ij.C.de nora.hoc idem et clarius in proposito nostro vo

4 luit Innoc.in.c.dudum.de priui.vbi dicit,†q̃ omnia priuilegia preius dicialia stricte interpretanda sunt:et quantum potest ad iuris consonans tiam reducenda.ff.de vul.et pupil.ex facto.et de deci.c.suggestum.et idẽ dicit in priuilegio exemptionis.quare ibi post multa concludit,q̃ non valet priuilegium exemptionis non facta mentione de possessione alte rius bona fide habita,licet in veritate non habeat proprietatẽ:et idem fir mauit gloss.in.c.ij.de deci.lib.vi.Fortius ergo dicendum in casu no stro,q̃ non valet priuilegiũ nõ facta mentione de possessione seu pros prietate monasterij sancte Crucis. Et idem dicendum est per omnia ad vnionem nouiter factam per dominum Martinum.nam cum de predictis non fecerit specialem mentionem,non tenuit:cum per illam preiudicaretur monasterio sancte Crucis respectu confirmationis abs batis,cum per illam vnionem sit exempta,et suppressa dignitas abbas tialis.Non ob.quod.d.di.cum fuit de prescriptione:quia statim respon debitur in secundo et tertio dubio.Hec quoad primum dubium que pu to esse verissima et indubitata.et satis patet responsio ad contraria sus perius formata.¶Ad secundum dubium an saltem quadraginta an norum prescriptio preiudicet dicto monasterio sancte Crucis:quia cũ intra illud tempus nullam electionis de abbate facte confirmationem fecerit,nec censuram receperit,nec reuerentiam,nec obediẽtiam habuit.

5 Et videtur primo q̃ sic.Nam regulariter contra ecclesiam citra Ros manam.sufficit prescriptio quadraginta annorum cum bona fide,vt in c.de quarta.et c.illud.de prescrip.vbi ius commune vel presumptio non est contra prescribentem,vt in.c.j.eo.titu.lib.vi.et prescriptio quadras ginta annorum omnem prorsus actionem excludit,vt dicit textus.in d.c.ad aures.de prescrip.Sed his non obstantibus puto in casu nostro sic dicendum,q̃ respectu iuris confirmandi abbatem in monasterio san cti Bartholomei,curret cõtra monasterium sancte Crucis prescriptio. ratio est in.cõuincibilis quia propter reseruationem factam de ecclesiis collegiatis presertim de cathedralibus et monasteriis per multos Ros manos pontifices successiue non potuit abbas sancte crucis pro tems pore existens ius sibi in hoc competens exercere:vnde cum fuerit impe ditus impedimento iuris,nulla currit contra eum prescriptio,vt in.l.j.

6 C.de anna.excep.et in.l.in rebus.C.de iure dotiũ.vbi patet,†q̃ durante paterna potestate non currit contra filium prescriptio in rebus aduens titijs:quia non poterat illo tempore agere:cum plena illarum rerũ ads ministratio pertineat ad patrem,vt in.d.l.j.nec constante matrimonio currit prescriptio in iuribus dotalibus contra vxorem:quia non pos test tunc agere.cum plena administratio pertineat ad maritum.d.l.in rebus.et l.doce ancillam.C.de rei vendi.Ad idem.cap.j.et c.ij.de pres scrip.et c.ex transmissa.eo.titu.et c.quia diuersitatẽ.de conces.preben. in quibus iuribus patet,q̃ ecclesie vacanti,vel habenti prelatum inus tilẽ ad agendum non currit prescriptio.Sed in casu nostro abbas sans cte Crucis pro tempore existens fuit impeditus quoad actum confirs mationis:ideo non currit contra eum prescriptio.Remansit ergo hoc ius in habitu apud eũ:licet interdictũ sit exercitium ad beneplacitum pape per reseruationis actum:nec papa exercendo hoc ius confirmas tionis dicitur prescribere.etiam si per mille annos hoc faceret,cũ hoc faciat ex potestatis plenitudine.et hoc casu poterit intelligi dictũ Spes cula.in titu.de prescrip.versic.illud.dum dicit papam non prescribere contra ecclesias inferiores,cum ipse iam sine prescriptione sit vniuersas lis dominus.Preterea in prescriptione requiritur bona fides,vt q̃ cres dat illud ius ad eum pertinere:ita quod exerceat credens iure suo vti, vt in.c.si virgo.xxxiiij.q.ij.facit.l.ij.ff.quẽmadmo.serui.amit.no.Inno: in.c.bone.el.ij.de postu.prela.Sed dominus papa actũ cõfirmationis exercuit et exercet:et nõ de potestate ordinaria,sed de absoluta per reser uationis actum:et scit q̃ de iure cõmuni et potestate ordinaria hoc ius pertinet ad inferiorem.licet possit concurrere in confirmationis actu cum ordinario:vt in.c.ij.et c.si a sede.de prebẽ.lib.vi.ergo non potest in hoc allegari prescriptio ex persona pape:nec contra abbatem sancte Crus cis,qui non deprehenditur in negligentia,cum habuerit manus ligas tas per reseruationes summorum pontificum:vt in iuribus superius allegatis.prescriptio enim est inducta principaliter in odium negligens tium.vt in.l.j.ff.de vsuca.et xvj.q.iij.c.dilectio.§.potest et in casu nostro nulla negligẽtia reperit ex pte abbatis sancte Crucis.Nec obstat si di catur q̃ fuit negligens in aliis:aqz per hoc prescriptio non debet extens

7 di ad iura in quibus non fuit commissa negligentia.†quia prescriptio est stricti iuris:et tantum prescribitur,q̃tum possidetur:vt probatur in c.auditis.et c.cum olim.de prescrip.et c.cum contingat.de decimis.not. Bartol.in.l.j.§.si quis.ff.de itine.actu q̃ priua.et Inno.in.c.dilectus.de capel.mona.Ergo necessario concluditur q̃ vnio facta per dominum nostrum Martinum supprimẽdo dignitatem abbatia sancte Crucis fuit tanq̃ subreptitia ipso iure nulla:quia si fuisset informatus q̃ talis vnio redundabat in preiudicium monasterij sancte Crucis,nullo mos do vnionem fecisset,vel saltem non ita de facili:ergo talis suppressio has buit inducere supplicationem.vt in.c.postulasti.et quod ibi no.Hosti.de rescript.quod dico procedere etiam si papa vnionem motu proprio fes cisset:quia motus proprius licet excludat subreptionem,non tamen fir mat gratiam contra intentionem scribentis,qui in dubio non videtur velle preiudicare tertio,vt no.Jo.and.in.c.si motu proprio.de preben.

g iij

li.vi.& Cal.l.in.c.cum dilectus.de iurepatro.& do.de Rota,deci.cv.fa
cit.l.ij.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco publi.& quod not. Inno.in
c.dudum.de priuile.& Gio.an.c.ij.de deci.lib.vj. Quinimo posset attentari
q etiam respectu obedientie nulla cucurrerit prescriptio:quia lz potue
rit abbas san.te Crucis aliqua honesta precipere,presertim mores re
formando,abbati sancti Bartholomei:non tamen per hoc concluditur
q si nō preceperit cucurrerit prescriptio cō eū,cū ille sit actus mere faculta
tis,& non necessitatis.nō enim fuit in institutione dictū vt abbas sancte
crucis exerceat contra abbatem sancti Bartholomei iurisdictionem:
sed q teneretur abbas sancti Bartholomei ad obedientiam & reueren
tiam abbati san.te crucis.Si ergo iste non obediuit,quia ille non prece
pit,non per hoc est contra eum prescriptum:quia ex non vsu non indu
cit cōsuetudo.vel prescriptio:ex quo nō habet tacitū actū contra dispo
sitionem iuris,vt no.per Jo.an.d.in.c.ioannes.de cle.coniu.& per Cyn.
in.l.ij.C.que sit lon.consue.probatur in.l.hec autem iura.ff.de ser.vrb.
predio.veluti libertatē,altius tollendi in solo meo vsq ad celū non pre
scribi.si alteius non extuli,ex quo nihil est factum in contrarium:qr iste
est actus mere facultatis & in actibus facultatis non currit prescriptio
per non vsum,vt not.in iuribus preallc.& in.c.ex parte astensis.de con
ces.preben.& forte non concurrit casus in quo haberet necesse precipe
re.argu.eorum que no. Bar.in.l.cum seruus.C.de agrico.& cen.li.lib.xj.
Respectu vero reuerētie esset animaduertēdum an subtraxerit abbas
sancti Bartholomei reuerentiam abbati san.te crucis: quod difficile es
set probare:nam illa cōsistit in salutationis actu,vel per alium modum
per quem fit reuerentia sm modum patrie,iuxta no.in.c.hia que.de ma
io.& obedi.tota difficultas stat circa censum non solutum,quod an sit
completa prescriptio quadraginta annorum,multa debent cōsiderari:
& non solus transcursus annorum:multa enim impediunt prescriptio
nis cursum,vt vacatio monasterij sancte crucis.Nam tempus vacatio
nis debet subduci de medio.vt in.c.i.&.c.de quarta.&.c.audito.de pre
scrip.que iura habent locum in ecclesiis inferioribus,vt not.Innocen.
8 in.c.olim.el.i.de resti.spo.Item tempore guerre non currit prescriptio
quando tanta est in loco hostilitas,q quis non redditur tutus vt in.c.
ex transmissa.de prescrip.& quod ibi no.Inno.Item in tempore morta
litatis:quia illa est dei hostilitas,vt no.Bar.in.l.naturaliter.ff.de vsuc.
Item tempore scismatis,vt no.in.c.cum nobis.de prescrip.Intelligo
si erant diuerse obedientie,& ius non reddatur vni cōtra alterum,iuxta
no.in.d.c.ex transmissa.omnia enim tempora debent de tempore prescri
ptionis subduci:& si non remanet illis subductis tempus quadraginta
annorum habet monasterium sancte crucis fundatam intentionem suam
vt in.c.auditis de prescrip.si vero prescriptio remaneret completa de
bet aduertere an monasterium sancti Bartholomei fuerit in bona fide
in non soluendo censum:nam mala fides probatur si erat fama in loco,
quod debebat dare censum monasterio sancte crucis,vel apparebat
per aliquam scripturam existentem:vel hoc audiuerunt an aliqua per
sona,a qua verisimiliter credere debuerunt.per hec enim & similia pro
batur mala fides.vt no. Bar.in.l.celsus.ff.de vsucap.& n potest de his
cōstare impedit prescriptio.per.c.fi.de prescrip.& per reg.possessor ma
le fidei.de reg.iur.lib.vj. Si autem nō potest pbari,ita q remanet incō
cussa prescriptio.xl.annorum:tūc est recurrendum ad factū,& vltimum
dubium nunquid possit monasterium sancte crucis se tueri prescriptione
cētenaria vigore priuilegiorum Federici & Henrici imperatorum postea ap
probatorū per papā Honoriū.iij. Et videt primo,q nō:quoniam im
peratores nō potuerunt priuilegiare monasteria in preiudicium fori ec
9 clesiastici,vt no. Inno.in.c.imperatores.de testib. Cum ergo de iure
ecclesia vtatur prescriptione xl.annorum contra aliam ecclesiam,vt in
c.de quarta.&.c.ad aures.de prescri.ergo nō debet prodesse priuilegiū
imperatorū.facit.c.dudum.de deci.&.c.ecclesia sancte Marie.de consti.
&.xcvj.dist.bene quidem.Nec obst.approbatio Honorii pape multipli
ci ex ratione. Primo,quia cōfirmatio in forma communi facta,parum
prodest:vnde non validat actum nullum.vt leg.& no.in.c.quia diuersi
tatem.de cōces.preb.&.c.fi.de cōfir.vti.dicit enim facta in forma cōi,&
non ex certa scientia:quando non inseritur totus tenor rei confirmate:
vel cum nō apponitur clausula ex certa scientia rei confirmate,vt no.in
c.j.&.c.antepenul.& penul.de cōfir.vti.sed in casu nostro non apponitur
tenor in cōfirmatione illorū priuilegiorū:nec clausula ex certa scientia:
10 ergo &c. Preterea priuilegiū imperatoris valet quoad suos subditos
vt.l.cunctos populos.C.de sum.tri.facit qd leg.& no.in.l.fi.ff.de iurisdi.
om.iu.&.l.& in.c.a nobis.de sen.exco.ergo cōfirmatio valet quoad subdi
tos. Sed his nō obstantibus Summi arbitror de iure procedere.Mo
ueor principaliter,quia dñs papa in suo priuilegio nō fuit vsus verbo
cōfirmamus.& sic nō potest dici,qd fuerit cōfirmatio in forma communi:
sed vsus fuit verbo sancimus:per quod verbum nō inducitur confir
matio:sz potius legis noue editio.arg in.c.generali.de elec.lib.vj.hinc
sanctio est nomē cōstitutionis canonice.vt no.gl.in cle.j.de cōces.preben.
in ver.sancimus.vnde ponderāda sunt verba imperatoris,& verba pa
pe. Imperator enim simplr decreuit,q nulla pscriptio minor centena
ria curreret contra monasterium sancte crucis. Nec restringit se ad per
sonas seculares,vel ecclesiasticas. Honorius vero superueniens sic inquit.
Preterea oēs libertates & immunitates a bone memorie Federico &
Henrico imperatoribus vobis,& ordini vestro cōcessas,ratas & gratas
habentes,eas futuris temporibus illibatas manere san.imus &c. Que
verba clariori luce demōstrāt q Honorius nō simplr,& in forma cōi
voluit cōfirmare:imo principaliter disposuit,legem priuatam edendo.
Nam quod principi placuit,legis habet vigorem.insti.de iu.nat gen.&
ciu.§.sed quod princi.ipi.& omnia nostra facimus quibus auctoritatē
nostram impartimur,vt in.l.j.C.de vete.iure enu.& bonus tex.in simil
in.c.si apostolice.de preben.lib.vj.vnde potior est hic lex pape,quā im
peratoris. Preterea videmus q si lex ciuilis canonizatur per papam,
habet canonis vigorem.vt in.c.primus.& ibi bona gloss.ij.q.j.&.not.doct.
in.c.ij.de rescrip.fortius ergo debet dictum priuilegiū habere vim ca
nonis:cum papa expresse sanxerit,vt illa illibata permanerent:& licet non
expresserit que sunt ille immunitates:tamen habentur pro expressis:ex
quo papa ad illa priuilegia se retulerit,vt in.c.auditis.de prescrip.vbi
bonus tex.in simili.& in.l.j.pe.C.de sen.que sine cer.quan.in.c.cum Ber
toldus.de re iudi.hoc idem probatur per optimum simile.Nam a prin
cipio imperator fuit qui dedit priuilegium ecclesiis circa materiā pre
scriptionis.vt l.si.cum ant.quas actiones.C.de sacrosan.eccle. Postea
peruenit ius canonicum,& illas leges approbauit in genere,vt in.c.cū
nobis.cum simi.de prescrip.Et per hanc approbationem habuerunt
vigorem etiam quo ad forum ecclesiasticum:& inter ecclesias.& per hoc
tollitur vnum motiuum quod allegatur contra monasterium sancte
Crucis:videli.et quod approbatio pape non debet habere locū con
tra ipsum papā prescribentē.Nam primo potest de directo negari qd
hic papa prescripserit:nam subtractus census prescribitur per monaste
rium san.ti Bartholomei:& nō per papam:vnde presupposito q eccle
sia sancti Bartholomei per papam esset exempta:tamē in suis iuribus,
maxime cum agitur de prescriptione annua,nō gaudet priuilegio Ro
mane ecclesie.vt no.gl.in.c.dilectus.de capel.mona.& in.c.ad audientiā.
de rescript.per doct.in.c.cum nobis.co.tit.&.xvj.q.iij.volumus.Item
presupposito & non cō esso,quod hic papa scripsisset priuilegium per
eum concessum debet habere locum indistincte,ex quo generaliter con
11 cessit.Nam priuilegium largissimam interpretationem recipit contra
priuilegiantem,vt no.Bar.in.l.beneficium.ff.de constitu.princi.& Inn.
in.c.cum dilecti.de dona.& in.c.olim.de verb.signi.per Joan.and.facit.
c.cum dilectus.de consue.pro hoc illud sapientis est parere legi quam
ipse tuleris.& quod quisq iuris in alterum statuit,ipse debet vti eo
dem,vt in.c.cum omnes.de consti.hoc aperte sensit do.Joan.and.in.c.
cum nobis.de prescrip.vbi voluit,quod papa potest prescribere cōtra
ecclesiam inferiorem,sed spatio.xl.annorum.& tamen illud tempus qua
draginta annorum habet ecclesia ex priuilegio & iure speciali per pa
pam approbato seu inducto.Ergo idem dicendum in isto priuilegio cē
tum annorum.& hoc tenēdum habito presertim respectu quod prescri
ptio est odiosa,& restringenda,vt in.c.cum contingat.de deci.cum
simi.Et hec sufficiant:Nec oportet aliter ad contraria respōdere:quia
satis remanēt per predicta soluta & clara:& ita.vt.s.per me conclusum
extitit,dico & consulo iuris esse.ego Nicolaus de Sicilia Monacēsis
abbas,& doctor & in testimonium propria mea manu subscripsi,& sigil
lum meum impressi feci.

Consilium.cij.

1 Prestatio census dicitur quedam seruitus.
2 Fama sola sufficit pro titulo ad prescriptionem complendam.
3 Confirmatio in forma communi facta parum prodest.
4 Priuilegium imperatorum valet quoad suos subditos.
5 Sanctio est nomen constitutionis canonice.
6 Lex ciuilis si canonizatur per papam habet canonis vigorem.

In causa que vertitur inter monasterium sancte crucis
mōtis Saucliane ex parte vna,& fratres Cistercien.
ordinis ex alia,super subiectione seu validate vnionis facte
cuidam monasterio dictorum fratrum,de mōte sancti Bar
tholomei de Campo regio:ac etiam super iuribus competentibus di
cto monasterio sancte crucis in prefato monasterio sancti Bartholo
mei:aliqua sigillatim pro decisione dicte questionis veniunt exami
nanda.Et primo que iura possit pretendere monasterium sancte crucis
circa monasterium sancti Bartholomei. Secundo presupposito qd
aliqua iura sibi aliquo iure speciali competat,an illis sit derogatum
per priuilegium Alexandri per Gregorium papam postmodum cor
roboratum. Tertio si dictum priuilegium non obstat,an saltem ha
beat obstare priuilegium vnionis per dominum Martinum hodier
num summum & indubitatum pontificem facte. Quarto & vltimo
an predictis non obstantibus possit saltem allegari contra dictum mo
nasterium sancte crucis,quod possit pretendere censum in aliquibus
instrumentis suis contentum sibi debitum a dicto monasterio sancti
Bartholomei.Fuit enim dictus census solutus dicto monasterio san
cte crucis per tantum tempus,de cuius initio memoria non existit:licet
enim per aliqua instrumenta producta per monasterium sancte crucis
probentur plurime prestationes dicti census:tamen de initio presta
tionis non apparet.Nam pagina illorum instrumentorum nullam facit
mentionem de initio prestationis:sed omnia videntur continuata super
antiqu

antiqua ⁊ debita prestatione. Prescriptio autem tanti temporis suffi-
cit ad prescribendum censum, etiam nulla causa apparente: nam ex pre-
statione tanti temporis presumitur causa: vt no. gloss. j.q.j. nullus. ⁊ ho-
stiensis. ⁊ Joan. and. in c. peruenit. de censi. ⁊ Barto. in l. cum de in rem
verso. ff. de vsu. vel saltem negari non potest quin per monasterium san-
cte crucis probetur perceptio census, saltem per. xxx. annos continuos
vt clare colligitur ex instrumentis productis per monasteria, ac attesta-
tionibus quorundam testium ex parte monasterij sancte crucis produ-
ctorum. ex quo enim probatur principium ⁊ finis, ⁊ alia tempora inter
media resultat iuris presumptio, quod in omnibus annis intermedijs
monasterium sancte crucis fuerit in possessione percipiendi dictum cen-
sum: vt not. Bartol. in l. celsus. ff. de vsucap. ⁊ gloss. in c. volumus. xvj.
q. iij. fa. ex l. quicunque. C. de apochis. lib. x. prescriptio autem nedum.
xxx. ann. sed. xl. currit contra ecclesiam: vt in c. de quarta. ⁊ in c. illud. et
c. audita. cum similibus. de prescrip. Nec obstat si dicatur quod in prescri-
ptione requiruntur bona fides, ⁊ titulus: cum prescriptio istius census
sit contra ius commune: cum de iure communi vnum monasterium non
teneatur prestare censum alteri monasterio. ad hoc. c. primum. de prescri-
a ptio. lib. vj. ⁊ quod ibi not. Item prestatio census est quasi quedam seru-
itus: ergo bona fides nō debet presumi, cum quelibet res presumatur li-
bera. de quo per gloss. ⁊ Barto. in l. j. § ij. ff. de itinere actuque priua. per
Cy. ⁊ alios in l. j. C. de seruitu. per canonistas in capitulo. si diligenti. de
foro competen. Ad hoc enim responderi potest. Et primo circa articu-
lum bonefidei, dico quod illa est presumenda ex cursu longissimi tēpo-
ris: licet possessio sit contra ius, vt notanter voluit Innocen. in c. ij. de
in integ. restitutio. facit quod not. Barto. in l. queritur. C. vnde vi. ⁊ vi-
detur probari in c. cum ecclesia sutrina. de causa possessio. ⁊ proprieta-
tis. Et in casu nostro non solum concurrit possessio lōgissimi temporis,
sed etiam adsunt multa alia argumenta, que per se sufficerent ad psum-
ptionem bonefidei. iuxta notata per Bartol. in d. l. j. C. de seru. dicunt
enim predicti doctores, quod sufficit probari aliquid, vt excludatur pre-
sumptio malefidei: vt puta quia possessor audiuit dici a quibusdā vici-
nis fide dignis, quod sibi competebat illud in seruitute: vel si erat fama de
hoc in hoc loco, vel erant alique seruitutes. In casu nostro autem mul-
ta similia argumenta concurrunt. Nam fama erat in loco, quod monaste-
rium sancti Bartholomei erat subiectum, ⁊ censuale monasterio sancte
crucis: vt patet ex attestationibus quorundam testium. Item quod est for-
tius, producitur modo quoddam priuilegium Innocentij secundi, vbi
narratur quod dictum monasterium sancti Bartholomei spectat, ⁊ perti-
net ad monasterium sancte crucis. hoc enim prestat presumptionē bo-
nefidei. Item ⁊ quia ex quo successor in beneficio reperit ecclesiam in pos-
sessione percipiendi cēsum, probabiliter debet presumere, quod ex iusta cau-
sa ecclesia possidet iuxta no. per glo. ⁊ doc. in c. de quarta. de prescrip. ⁊
per Dyn. in regula possessor. de regu. iur. libro. vj. Multaque alia ad pre-
sumptionem bonefidei possent allegari, maxime no. per docto. in c. si di-
ligenti. ⁊ c. sanctorum. ⁊ c. fina. de prescrip. sed predicta luculenter suffi-
ciūt. Quo ad articulum tituli, dico quod ex parte monasterij sancte cru-
cis satis potuerunt abbates pro tempore ibi existentes presumere cen-
sum debitum vigore subiectionis. Solet enim census prestari in signum
subiectionis: vt in c. omnia anima. de censibus. ⁊ in l. competit. C. de pre-
b scrip. xxx. vel. xl. anno. Item sola fama tituli sufficit pro titulo ad pre-
scriptionem complendam: vt notanter voluit Bartol. in preallega. l. cel-
sus. ff. de vsuca. idem ibi dicit quando de titulo habentur aliquę proba-
biles coniecture. vt puta, quia antiqui ⁊ fide digni asserebant de titulo. vn-
de etiam error probabilis circa titulum habetur pro titulo: vt est tex.
no. in l. quod vulgo. ff. pro emptore. Sed in casu nostro erat antiquitas: et
adhuc viget fama, quod illud monasterium sancti Bartholomei erat im-
mediate subiectum, et censuale monasterio sancte crucis, facit ad pre-
dicta quod not. Hostien. Abb. ⁊ Goffre. in ca. dudum. de deci. vbi dicunt,
quod priuilegium confirmationis in forma communi prestat iustum titu-
lum prescribendi. ⁊ id sentit Bal. de verbis narratiuis contentis in ali-
quo instrumento. in l. si. C. si a non compe. iudi. Ad predicta potest alle-
gari singulare dictum Bald. in l. solent. ff. de offi. procōsul. vbi post mul-
ta concludit, quod si longissimo tempore vna ecclesia solueret cēsum al-
teri, presumitur subiecta ei, quod dictum saltem procedit, quando census
prestatur in signum subiectionis, vel apparet: quia hoc estimabitur: vel saltē
te, quia concurrunt in solutione aliquę coniecture subiectionis. Nam inde-
terminata census solutio arguitur ⁊ certificatur ex circunstantijs. ad hoc
gloss. no. in l. cum quid. ff. si certum petatur. facit quod legitur ⁊ notatur
in c. illud. de prescrip. ⁊ in c. fin. de despon. impu. in quibus nota. quod in si-
mili. no. in c. j. de iudic. In casu autem nostro cōcurrunt coniecture sub-
iectionis. Nam cum in illo priuilegio antiquissimo concesso eo tempore
quo monasterium sancte crucis erat in maximo flore diceretur, quod mo-
nasterium sancti Bartholomei spectabat ad monasterium sancte cru-
cis, ⁊ exprimitur inter alias ecclesias subiectas eidem monasterio, ac
etiam probantur instrumenta confirmationis multorum abbatum mo-
nasterij sancti Bartholomei facte per abbates, seu prelatos sancte cru-
cis, non potest ex solutione census alia esse presumptio, quam presum-
ptio subiectionis, presertim cum fama loci haberet, quod dictum monaste-
rium sancti Bartholomei erat subiectum, ⁊ censuale monasterio sancte

crucis. Et ad predicta videtur tex. secundum communem lecturam doct.
in c. si. de causa poss. ⁊ proprieta. vbi patet, quod per probationem perce-
ptionis census, probatur possessio subiectionis: quod intelligo modo pre-
dicto, quando concurrunt aliquę coniecture, quod solutio cēsus sit solutio
subiectionis: sicut contingit in casu nostro: vt patet ex predictis. Facit
etiam ad hoc dictum Barto. in l. cum de in rem verso in fi. ff. de vsuris.
vbi dicit, quod si contemplatione alicuius rei quis fecit aliqua, que solent
fieri per vasallum, presumitur vasallus. Sed in casu nostro abbas mona-
sterij sancti Bartholomei soluebat censum monasterio sancte crucis,
pro illo monasterio sancti Bartholomei. Item petebat monasterium
confirmationes abbatum ab illo monasterio sancte crucis: ergo presu-
mitur solutio facta ratione subiectionis. Et per predicta potest notanter
inferri, quod monasterium sancti Bartholomei sit subiectum monasterio
sancte crucis. Nam prescribendo censum ratione subiectionis videtur
prescripta ipsa subiectio: vt legitur et notat in d. c. si. de cau. pos. ⁊ ppie.
⁊ facit quod. s. dixi post Bald. Ad idem facit optime quod legitur ⁊ notat
in capitu. j. de reli. dom. vbi patet, quod per exercitium vnius iuris episco-
palis, presumitur debitum aliorum iurium alio non existente in illorum
possessione. Sed in casu nostro non probatur quod aliquis fuerit in posses-
sione subiectionis dictis temporibus, preter abbatem sancte crucis: er-
go per prestationem census, ⁊ per exhibitionem confirmationis, iuncto
priuilegio Innocen. secundi preallega. satis probatur quod monasterium
sancti Bartholomei sit subiectum monasterio sancte crucis. Ex his
etiam infero ad ius ⁊ potestatem confirmandi electum in abbatem in
monasterio sancti Bartholomei. Nam dico quod ius tale pertinet ad
monasterium sancte crucis, seu ad abbatem ipsius monasterij pro tem-
pore existentem. Primo probatur ex eo quod monasterium sancti Bartho-
lomei est immediate subiectum monasterio sancte crucis: vt patet ex
predictis: ergo confirmatio abbatis debet ad abbatem sancte crucis
pertinere, tanquam ad superiorem immediatum. Preterea probatur spe-
cifice possessio iuris confirmandi per tanta tēpora, que sufficiunt ad pre-
scriptionem complendam: probatur enim possessio. xxvj. anno. vt patet
ex instrumentis productis pro parte monasterij sancte crucis. Et quam-
quam posset dici quod instrumentum confectum anno domini. M. ccxl. non
probet plene possessionem iuris confirmandi: quia illud instrumentum fuit
confectum duntaxat ad petendam confirmationem ab abbate sancte
crucis, qui illam electionem confirmauerit: ⁊ per consequens quod ex
tunc fuerit in possessione iuris confirmandi. Ad hoc enim potest respō-
deri, quod obiectio illa procederet, nisi concurrant alię presumptiones.
Sed in casu nostro cōcurrunt alię probationes super subiectiōe de qui-
bus. s. Item non est verisimile quod capitulum sancti Bartholomei con-
stituisset procuratorem ad petendum confirmationem electionis com.
ab abbate sancte crucis, nisi dictus abbas fuisset in possessione iuris cō-
firmandi, cum non presumatur quis abijcere suum ius: vt. l. cum de inde-
bito. ff. de probatio. ⁊ in c. super hoc. de renuntia. Item hoc nō solet
contingere quod quis petat confirmationem ab eo, qui non est in possessio-
ne confirmandi, ⁊ valet argumentum a cōiter accidentibus: vt legitur ⁊
notatur in cap. j. de cleri. non resi. Et ex predictis cōcludo circa primum
quod monasterium sancte crucis potest de iure pretendere in monaste-
rio sancti Bartholomei sibi competere plenā subiectionē, ⁊ specifice ius
confirmandi electiones abbatum dicti monasterij ex prestatione predi-
cti census. Venio ad secundum dubium: scilicet an per priuilegium Ale-
xandri fuerit derogatum iuribus competētibus monasterio sancte cru-
cis. ⁊ primo videtur quod sic. disposuit enim dictus Alexander quod monas-
terium sancti Bartholomei, neque abbati, nec denique cuique clericorum,
seu secularium, sed sibi tantummodo, successoribusque suis romanis pon-
tificibus de sua subiectione respondeat: ⁊ adiecit post pauca: si quispiam
vel episcopus, vel abbas, vel quelibet magna paruaque persona contra
huiusmodi nostre cōstitutionis edictum per aliquam machinationem,
vel subtilitatis astutiam priuatam sibi derogauerit, vel subduxerit mo-
nasterio, ⁊ is qui male susceperit, vsque dum recipit. at, quod male presumptū
est reddat per authoritatem dei omnipotētis, ⁊ beati Petri apostolorum
principis, perpetue damnationis vinculo anathematis innodetur ⁊c.
Cum ergo papa qui plenitudinem habet potestatis, vt in capit. ad ho-
norem. de autho. ⁊ vsu pal. ⁊ c. cuncta per mundum. ⁊ c. per principalem.
ix. q. iij. exemerit dictum monasterium a iurisdictiōe episcopi, abbatis, ⁊
cuiuscunque alterius persone, quod cum potuisse facere in dubio minime
reuocandum est: vt in c. si papa. de priui. lib. vj. facit. c. ij. ⁊ c. dudum. ⁊ c.
quamuis. eo. lib. ergo nō potest monasterium sancte crucis aliquam sub-
iectionem in dicto monasterio pretendere. Si enim preiudicatur episco-
po, cuius potestas est ordinaria etiam sup monasterio. xviij. questio. ij.
monasterio. ⁊ capitulo, abbates. ⁊ c. si quis abbas. ⁊ capitulo cum dile-
ctus. ⁊ ca. cum venerabilis. de relig. domi. fortius debet preiudicare ab-
bati sancte crucis pretendenti superioritatem in dicto monasterio de iu-
re speciali. argum. c. dilectus. de officio delegati. ⁊ authē. multomagis.
C. de epis. opis ⁊ cleri. Secundo aggrediendo partem tertium dubium
admittat vnio nouiter facta per dominum Martinum papam hodier-
num, eo quod illud monasterium vniuit fratribus cisterciēn. subtrahē-
do dignitatem abbatialem: quod indubitanter facere potuit: vt in c. si-
cut vnire. de exces. prela. ⁊ in c. et temporis qualitas. xvj. q. j. Sed his

non obstantibus sententiam puto preualere cōtrariam quod per priui
legium Alexandri, vel vnionem factā per dominum martinum nullum
preiudicium fuit irrogatum iuri monasterij sancte Crucis. moueor pri
mo qr de intentione principis est nunq̄ preiudicium facere iuri tertij ni
si de eo specialem mentionem faciat: vt in.c. super eo. de offi. dele. et in.l.
ij.§. si quis a principe. ff. ne quid in lo. publi. Sed in casu nostro non fuit
facta specialis mentio de iuribus competentibus monasterio sancte
Crucis: ergo talia priuilegia non obtinent firmitatem in preiudicium il
lius monasterij. Non obstat quod in priuilegio Alexandri seu Gregorij
fuerit dictum vt nulli abbati subiaceat &c. qr ista non est sufficiens men
tio vt preiudicet iuri monasterij: qr mentio debet esse specialis: vt in.c. ij.
de dolo et contu. et qd ibi no. per doc. in.c. cum dilecta. de rescript. et bo
nus tex. in.c. bone. de confirma. vti. potuit enim papa in suo priuilegio
intelligere de abbate qui in certis religionibus vnitis vocatur pater
abbas cui per illam exemptionem modicum preiudicium generabatur:
secus autem dicendum respectu iurium predictorum competentium
monasterio sancte Crucis cum si illa exemptio valeret magnum preiu
dicium generaretur dicto monasterio sancte Crucis. Secundo adduci
tur.c. j. de consti. lib. vj. vbi dicitur q̄ papa per suam constitutionem nō
censetur velle tollere statuta et consuetudines cum in facto consistant ni
si de eis fecerit mentionem: ergo fortius idem dicendum in priuilegio
quod minime emanat cum tanto consilio sicut ius commune: vt ibi no.
Tertio facit qr Alexander noluit simpliciter derogare iuri monasterij
sancte Crucis: sed dixit q̄ per hoc priuilegium exemptionis non debe
ret recedere a charitate monasterij sancte Crucis prout in alio priuile
gio dixerat. vnde credendum est q̄ per illa verba voluit reseruare om
nia iura specialia competentia monasterio sancte Crucis. nō enim reser
uaret illi charitatem, imo recederet a charitate si vellet sibi subtrahe
re iura competentia. facit.c. quanto. de censi. et.c. charitas. de pe. dist. ij.
et in hoc est sienda larga interpretatio ne preiudicetur iuri alterius sine
causa iuxta not. per Bar. in.l. omnes populi. ff. de iusti. et iure. l. non du
bium. C. de legi. c. cum dilectus. de consue. et.l. ij. C. de noxa. facit qd not.
Inn. in.c. dudum. de priui. vbi dicit qd omnia priuilegia preiudicialia
stricte sunt interpretanda et quantum fieri potest ad iuris consonantias
reducenda. ff. de vulga. et pupil.l. ex facto. et de deci.c. suggestum. Et idē
ibi dicit de priuilegio exemptionis. ¶ Eademqꝫ conclusio sienda est p
omnia respectu tertij dubij scilicet quoad vnionem nouiter factam per
dominum martinum. Nam cum de predictis iuribus competentibus
monasterio sancte Crucis non faciat specialem mentionem non tenuit
tanq̄ surreptitia esset per illā vnionem preiudicaretur monasterio sancte
Crucis tam respectu subiectionis, q̄ respectu confirmationis abbatis:
cum per illam vnionem sit adempta, et suspensa dignitas abbatialis: et
presertim sine aliqua dubitatione corruit dicta vnio: qr negari non po
test quin monasterium sancte Crucis saltem habeat possessionem iuris
confirmandi abbatem: licet exercitium fuerit sibi, tolli s prelacia inter
dictum per reseruationes summorum pontificum: cum ergo abbas san
cte Crucis erat in possessione tempore illarum reseruationum, ergo et nunc
est in possessione, cum non defecerit pro eo quominus suam possessio
nem continuaret. Nam non valenti agere non currit prescriptio, vt in.c.
quia diuersitatem. de concess. preb. et in.l. j. C. de anna. excep. Et per con
sequens clare colligitur q̄ priuilegium vnionis non valuerit: qr nō fecit
mentionē de possessione sancte Crucis bona fide habita. vt expresse vo
luit Inno. in.c. dudū. de prim. et glo. in d.c. ij. de deci. lib. vj. ¶ Circa ve
ro vltimum dubium, numquid saltem per prescriptionem sit derogatū
iuribus competentibus monasterio sancte Crucis, cum iam sint elapsi
xl. anni et vltra q̄ nullum ius subiectionis exercuit in monasterio sancti
Bartholomei: et certe respectu iuris confirmandi dicendum est q̄ non
potest monasterium sancte Crucis notari aliqua negligentia, propter
vim reseruationum. vt. s. dixi. Sed de alijs iuribus potest dubitari. Et
num quid monasterium sancte Crucis possit se tueri prescriptione conte
raria vigore priuilegiorum Federici et Henrici imperatorum postea ap
probatorum per papam Honorium. iij. Et videtur primo q̄ non: qr im
peratores non potuerunt priuilegiare monasterium in preiudicium fo
ri ecclesiastici, vt no. Inn. in.c. nuper. de testib. Cum ergo iure canonico
cautum sit, vt vna ecclesia possit se tueri prescriptione. xl. anno. contra
aliam ecclesiam, vt in.c. de quarta. et.c. ad aures. de prescrip. ergo nō de
bet prodesse priuilegium imperatorum, facit.c. dudum. de deci. et.c. eccle
sia sancte marie. de consti. et. xcvj. distin. bene quidem. Nec obstat appro
3 batio Honorij pape multiplici ratione. † Primo, qr confirmatio in for
ma communi facta parum prodest: vnde non validat actum nullum, vt
leg. et not. in.c. qr diuersitatem. de concess. prebend. et.c. fin. de cōfir. vti. di
citur autem facta in forma communi, et non ex certa scientia, quando nō
inseritur totus tenor rei confirmate, vel cum non apponitur clausula ex
certa scientia, vel aliter non apparet de certa scientia rei confirmate, iu
xta not. in.c. j. et.c. antepe. de confirma. vti. Sed in casu nostro nō appo
nitur tenor in cōfirmatione illorū priuilegiorū, nec clausula ex certa scien
4 tia: ergo &c. † Preterea priuilegium, imperatorū valet, quoad suos subdi
tos, vt.l. cunctos populos. C. de sum. tri. et facit qd leg. et no. in.l. si. de iu
ris. om. iudic. et in.c. a nobis. de sen. excom. ergo confirmatio valet solum
quoad subditos. ¶ Sed his non obstantibus contrarium arbitror de

iure procedere: moueor principaliter: qr dominus papa in suo priuilegio
non fuit visus verbo, confirmamus, et sic non potest dici q̄ confirmatio
fuerit in forma communi: sed visus fuerit verbo, sancimus: per qd ver
bum non inducitur confirmatio: sed potius legis noue editio, arg. in ca.
5 generali. de electio. libro. vj. † Hinc sanctio est nomen constitutionis ca
nonice, vt not. gloss. distin. iiij. in summa. sic dicimus in verbo, censē
mus: quod est noui iuris inductorium, vt no. gloss. in clementi. prima de
concess. preben. in verbo, censemus. vnde ponderanda sunt verba impe
ratorum. Et ipse imperator simpliciter decreuit, vt nulla prescriptio in
nor centenaria curreret contra monasterium sancte Crucis: nec restrin
xit se ad personas seculares vel ecclesiasticas. Honorius vero superue
niens inquit, et preterea omnes libertates, et immunitates a diue memo
rie Federico et Henrico imperatoribus vobis, et ordini vestro conces
sas, ratas, et gratas habemus: et eas futuris temporibus illibatas ma
nere sancimus &c. que verba clarius luce demonstrant q̄ Honorius nō
simpliciter et in forma communi voluit confirmare: imo principaliter di
sposuit legem priuatam edendo. Nam qd principi placuit legis habet
vigorem. insti. de iure natu. gen. et ciui. §. sed qd principi. et omnia nostra
facimus, quibus authoritatem nostram impartimur, vt in.l. j. C. de ve
te. iure enuc. et bo. tex. in simili in.c. si apostolice. de prebend. libro. vj. An
6 de potior est nūc lex pape q̄ imperatoris. † Preterea videmus q̄ si lex
ciuilis canonizatur per papam, habet canonis vigorem: vt in.c. in pri
mis. et ibi bona gloss. ij. q. j. not. doc. in.c. ij. de rescrip. fortius ergo debet
dictum priuilegium imperatorum habere iura canonis, cum papa ex
presse sanxerit vt illa illibata permaneant: et licet nō expresserit que sint
ille immunitates satis habentur pro expressis, ex quo papa ad illa pri
uilegia se retulit: vt in.c. audites. de prescri. vbi bonus text. in simili. et.l.
pe. C. de senten. que sine certa quanti. et in.c. cum bertoldus. de re iudic.
hoc idem probatur per optimum simile. Nā a principio imperator fuit,
qui dedit priuilegium ecclesijs circa materiam prescriptionis, vt.l. fina.
cum auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Postea superuenit ius ca
nonicum, et illas leges approbauit in genere, vt in.c. cum nobis. de pre
scrip. et per hanc approbationem habuerunt vigorem etiam quoad fo
rum ecclesiasticum. et inter ecclesias. et per hoc colligitur vnum motiuū
qd allegatur contra monasterium sancte Crucis, videlicet q̄ approba
tio pape non deberet habere locum contra ipsum papam prescribentē.
nam primo potest de directo negari quod hoc papa prescripserit. Nam
subtractio census prescribitur per monasterium sancti Bartholomei et
non per papā: vnde presupposito qd ecclesia sancti Bartholomei esset
exempta, tamen in suis iuribus maxime cum agitur de prescriptione an
nua non gaudet priuilegio ecclesie romane: vt not. glo. in.c. dilectus. de
capel. mona. et in.c. ad audientiam. de prescrip. per doc. in.c. cum nobis
eodem titu. et. xvi. q. iij. volumus. Item presupposito, et non concesso,
quod hic papa prescripsisset: attamen priuilegium per eum concessum,
debet habere locum in dubio, ex quo generaliter concessit. Nam priui
legium largissimam interpretationem recipit contra priuilegiatum, vt
not. Barto. in.l. benefi. ium. ff. de consti. princip. et Innocen. in.c. cum di
lecti. de dona. et cap. cum olim. de verborum significationibus. vbi per
Joan. and. facit.c. cum dilectus. de consuet. pro hoc illud sapientis est,
Patere legem, quam tu ipse tuleris. et qd quisqꝫ iuris in alterū statuit
ipse debet vti eo: vt in.c. cum omnes. de consti. hoc aperte sentit domi
nus Anto. in cap. cum nobis. de prescrip. vbi voluit, q̄ papa potest pre
scribere contra ecclesiam inferiorem, sed spatio. xl. anno. et tamen illud
tempus quadraginta annorum habet ecclesia ex priuilegio et iure spe
ciali per papam approbato seu inducto. ergo idem dicendum in isto pri
uilegio centum annorum. et hoc tenendum habito presertim respectu
q̄ prescriptio est odiosa et restringenda. vt in.c. cum contingat. de deci.
cum similibus. Et hec sufficiant. nec oportet aliter ad alia respondere,
cum satis remanēt per predicta soluta, et clara. et ita vt. s. per me conclu
sum extitit, dico, et consulo iuris esse. Ego Nicol. de sicilia Monacēn.
abbas, et decretorum doct. in testimonium me propria manu subscripsi,
et sigillum meum apponi feci meliori iudicio semper saluo.

¶ Consilium. ciij.

1 ☞ Statutum ciuitatis habentis imperium disponens quoad subdi
tos suos vt rebelles patrie sue impune possint offendi an valeat.
2 Delinquens in vna diocesi potest priuari omnibus beneficijs etiā que
habet in alia.
3 Ciuitas habens iura principis potest ratione delicti publicare bona
delinquentis vbicunqꝫ sita.

Placet mihi secunda eximij
doctoris domini Benedicti conclusio. pro qua vltra per eū
allegata adduco authoritatem Bartol. in.l. infamem. in fin.
de publicis iudicijs. vbi dicit, quod quelibet ciuitas non recognoscens
in se superiorem, habet liberum populum, et merum imperium in seipsa:
et tantam potestatem habet in populo suo, quantam imperator in vni
uerso. Ad hoc facit quod legitur et no. in.l. hostes. ff. de capt. facit quod
not. Bald.

not. Bald. in l. decernimus. C. de sacrosan. ec. Et optime facit qd legi
tur & not. in c. per venerabilem. in ver. insuper. qui filii sint legitimi. Et
per Innocen. in c. cum P. tabellio. de fide instrum. in & c. cum te. de re
iudic. Sicut ergo rebellis imperio perdit omnia iura ciuilia quoad vni
uersum: vt voluit Barto. in dicta l. amissione. ff. de capi. dimi. Ita rebel
lis patrie sue habentis iura principis debet perdere omnia iura ciuilia
quoad totum. vt l. an pars. ff. pro dere. facit qd not. idem Bald. in l. cun
ctos populos. C. de summa trinitate. & Bartol. in l. omnes popu. ff. de
iusti. & iure. not. in d. c. per venerabilem. qui filii sint legi. & in dicto cap.
cum. P. Secundo facit quod notat Joan. and. in addi. Specu. in titu.
1 de constitu. vbi dicit valere statutum ciuitatis habentis imperium, dis
ponens quoad subditos suos, vt rebelles patrie sue possint impune of
fendi, & occidi: quod videtur velle etiam Barto. in repe. l. omnes popu
li. ff. de iusti. & iure. Si ergo potest talis ciuitas tollere vitam, & sic non
solum qd inest a iure ciuili, sed a natura, & hoc propter inobedientiam:
ergo multo fortius potest tollere que insunt a iure positiuo: vt est patria
potestas, que est de iure romanorum, vt insti. de patria pote. in prin. Nam
in populo suo habet ciuitas plenam potestatem disponendi citra & con
tra ius positiuum, adeo quod etiam principi reseruata in signum vniuer
salis dominii potest exercere: vt fame restituere, illegitimum legitima
re, tabellionem creare, & similia. vt not. idem Bartol in d. l. infamem. & in
l. j. de aqua plu. ar. cu. & Innocen. in preallega. c. cum P. & c. cum te. & fa
cit. d. c. per venerabilem. Si enim exponit eum morti, & priuat eu omni
bus bonis suis, non est verisimile qd velit relinquere filios sibi subiectos
potestate sua. ar. in l. nec in ea lege. ff. de adulte. vbi dicit, qd qui occide
re potest adulterum, multo magis potest & fortius contumelia afficere:
qd est minus. ¶ Tertio ad idem adduco l. minime. & qd ibi not. Bart.
ff. de reli. & sump. fu. vbi patet, qd qui potest impune offendi, & occidi se
cundum formam statuti potest occidi etiam a filio. Si ergo filius pote
rat occidere istum patrem rebellem: non est presumendum qd remanlit
in patria potestate cum secundum ius patrie potestatis non possit eum
nedum occidere, sed nec in ius vocare, et in l. ij. C. de in ius voc. no. glo.
insti. de patria pote. q enumerat omnia iura patrie potestatis. ¶ Quar
2 to probo per id quod legi. & not. in c. postulasti. de foro compeen. & ibi
patet quod delinquens in vna diocesi potest priuari omnibus bnficijs
que habet etiam in alia diocesi ab alio superiore. ratio, qr titulus bene
ficij est in persona illius: vnde cum persona ratione delicti efficiatur subie
cta quoad penam, seu sortiatur forum loci illius, vbi deliquit, potest
per illam personam priuari, & omnibus que insunt persone ipsi priuari
vbicunque sit, licet executio fiat per alium. ita dico ad propositum, cum
pater istius de quo queritur, fuerit plenarie subiectus ciuitati sue, pos
sunt ciuitas disponere in personam suam, & in omnia iura que insunt
sue persone: patrie autem potestatis ius inheret sue persone, cum sit quod
dam priuilegium patribus a iure concessum: hinc est qd non omnes gen
tes habent hoc ius patrie potestatis: vt leg. & not. insti. de patria pote.
iuncta glo. in verbo romanorum. Nec moueat quem in contrariam sen
tentiam, qd hoc habeant parentes ab imperatore: ergo non potest ab eis
euelli sine ipsius authoritate. facit qd notat similiter de iure patro. dicit gl.
no. in c. filius. xvj. q. vij. que dicit, laicum non posse illo iure priuari per
imperatorem: cum illud habeat authoritate canonis. ¶ Ad idem quod
no. glo. in clemen. pastoralis. de re iudica. in verbo. subie. &c. Dico enim
hoc non obstare: qr ratione delicti & domicilij seu ciuitatis iste erat ple
ne subiectus ciuitati sue. Item, qr hec ciuitas quoad subditos suos po
test exercere iura imperij, vt predixi. Item hic cessat incapacitas a iudi
ce. hinc dicit gloss. not. in c. j. de confir. vti. quod ratione delicti potest
quis priuari per episcopum beneficio quod habuit a papa. ¶ Quinto
3 & vltimo adduco hanc considerationem: & ciuitas habens iura princi
pis potest ratione delicti publicare bona delinquentis vbicunque sita, vt
no. in l. j. C. de bon. vac. lib. x. & per Bartol. in l. cunctos populos. in fin.
C. de sum. trini. & in l. ij. ff. de iure fis. & l. j. de dam. infec. Ita pari ratio
ne dicendum in patria potestate, & aliis que insunt persone delinquen
tis de iure ciuili. nec Barto. obuiat ratio huic conclusioni in ciuitate
habente merum imperium. ¶ Et ita dico & consulo iuris esse iudicio
melius sentientis semper saluo. Ego Nico. de sicilia Monacen. abba. et
doc. & in testimonium me propria manu subscripsi. & sigillum meum im
primi feci &c.

Cōsilium cōtra fratres de la scala de contractibus eorum, & quales dicantur &c.

Sed not. qd hoc nō est consilium domini Abbatis: sed fuit insertum: & ita reperi in alio libro ego Ludouicus bolognimus qui nolui iam scripta tollere: aut aliorum sudoribus derogare: & co maxime cum iudicio meo licet paruo istud sit elegans consilium in materia sua.

¶ Consilium. ciiij.

1 Monachus debet deferre vestes monachales.
2 Monachus non habet velle nec nolle.
3 Monachus an naturaliter obligari possit.
4 Monachi sunt mortui mundo.
5 Deportatus potest acquirere & contrahere post sententiam depor
tationis.

Pro euidentia questionis proposite sunt tria
dubia discutienda: ex quorum
determinatione apparebit decisio proposite questionis. ¶ Pri
mum quales sint & esse dicantur fratres dicti hospitalis: vide
licet an monachi, vel canonici regulares, an seculares, vel clerici, aut per
sone ecclesiastice, liberi, an serui, & cuius vite. ¶ Secundum, presuppo
sito in facto quod collegium fratrum dicti hospitalis fuerit & sit legiti
me approbatum: numquid inter vnum de dictis fratribus ex parte vna
& hospitale seu eius rectorem ipsius hospitalis, & collegii nomine ex al
tera, obligatio aliqua cōtrahi possit: & que sit illa. ¶ Tertium numquid
per rectorem cum dicto collegio, & capitulo possit ipsum hospitale obli
gari quoquo modo: Et si possit, que & qualis sit illa obligatio contra
cta. Et capiendo primum dico quod fratres dicti hospitalis nō sunt mo
nachi, nec canonici regulares. monachi namque continere debent, circa qd
summus pontifex dispensare non posset, vt in c. ad monasterium. in fin.
de statu mona. imo etiam omnes clerici ad castitatem astringuntur, vt
in c. vt clericorum. de vita & hone. cleri. & de senten. excom. si concubine.
nec debent discurrere per mundum vagabundi, nec per vicos, & loca alia,
& ciuitatem, vt c. quanto. de offic. ordi. quia sicut piscis sine aqua viuere
non potest: sic nec monachus sine claustro. xvj. q. j. placuit. et l. ij. semper
quidem debet ducere solitariam vitam. dicitur enim monachus a mo
nos, qd est vnus, & acos, quod est tristis: ergo vnus & tristis debet in clau
stro manere, not. gl. in auc. de monachis. §. hinc autem a nobis. in ver
siculo. singulorum affectionem. & in l. decernimus. C. de episcop. & cleri.
1 Item monachus debet deferre vestes monachales: puta cucullam &
scapularium. not. in d. §. hinc autem in gloss. in verb. vestem. & est text.
hodie in clemen. j. de statu monach. nec debent in refectorio vllatenus
carnibus vesci etiam in natiuitate domini, vt in c. fin. de obser. ieiun.
2 Item monachus nō habet velle nec nolle. vt c. nolo. & capitulo. non di
3 catis. xij. q. j. & c. fin. de testa. lib. vj & c. fin. de sepul. eod. lib. Et monachis
adeo deficit voluntas, quod fuerunt quidam in opinione, monachum
nec naturaliter obligari. ita firmant Hostien. in summa de fideiusso. §.
pro quo possit. ver. & quis. hoc dictum non credo verum, cum putem mo
nachum saltem naturaliter obligari: sicut dicimus de seruo. l. naturalis
&c. & l. si id quod. & ibi per Bartol. ff. de condic. inde. cui seruo mona
chus equiparatur. ita dicit Innocen. in c. cum olim de priuileg. quam
equiparationem Bartol. allegat & affirmat in l. j. et l. si seruus. & l. liber
homo. & l. qd seruus. ff. de stipu. seruo. dicens illam materiam, & titulum
de stip. seruo. hodie esse nullius, vel saltem modice vtilitatis. nisi qr dis
posita in seruis habent locum in monachis. vt. s. dixi. Et similiter non
ipsi sunt regulares canonici, per iura & rationes preallegatas. Regula
res quippe cum monachis regulariter conueniunt, maxime in talibus
substantialibus. Ideo dixit Nicolaus papa, non putaui quod abbas
sit remotus a sanctorum consortio monachorum, vt de statu mona. c.
qd dei timorem. & not. Hostien. in summa de regula. §. ad quid tenean
tur. & qd supradicta de monachis & regularibus nullo modo locum ha
beant, nec reperiantur in dictis fratribus hospitalis, clare videmus sin
gula rumnando: illi quidem continere debent vt dixi: hi autem vxores
retinere possunt secum, tantum deseruiendo ipsi hospitali. hoc suppon
tur in facto de fratre stricto modo qui suā tenebat, et tenuit vxorē etiā
post introitum hospitalis toto tempore sue vite in certa domo simul co
habitans cum ea: qd est contra vnum de substantialibus regule mona
chalis: & regularis, vt. s. probaui. Item illi non discurrunt hinc & illuc
etiam per ciuitatem: hi autem vadunt etiam per ciuitatem pro libito
voluntatis, vt in facto videmus. Item illi deferre vestes de quibus su
pra, hi autem induuntur veste, & vestibus illorum longe deformi, vt ap
4 paret in facto. Item illi sunt mortui mundo, no. gloss. in d. §. hinc au
tem. de monachis. §. j. & in d. c. non dicatis. ac etiam serui, vt. l. iuq. distinc.
c. multos. & not. in d. ca. non dicatis. & s. probaui. hi autem non sic: vt lis
quido potest in facto apparere. ¶ Item dicti fratres hospitalis non
sunt clerici: nullum enim habent ordinem clericalem. Clericus quidem
dicitur, quia de sorte dei: & qui de altari viuere debet. Nam cleros grece
latine sors appellatur: & clerici ab institutione romane ecclesie in signum
regni quod in christo expectatur, debent habere coronam. Hec omnia
probantur in duobus canonibus simul iunctis. videl. et in c. clericus. &
in c. duo genera. xij. q. j. Si bene dispiciamus hec non cōcurrunt in fra
tribus hospitalis. Nam de altari non viuunt, sed de redditibus hospita
lis: nec altari inseruiunt, vt faciunt clerici, facit. c. cum secundum aposto
lum. de preben. Nec habent coronam vel abrasionem: vt apparet cuili
bet intuenti. Et licet dederint sua hospitali: tamē possunt peculia se mul
ta habere in domibus hospitalis: etiam secundum formā ordinationū
ipsius hospitalis. Dico autem hos fratres fore personas seculares nō
religiosas: sed deo deuotas & ecclesiasticas dici posse: sicut dicimus de
conuerso non profitente, qui continere nō tenetur, & est persona deo de
uota, non religiosa. Sic etiam dicimus de templariis qui possunt arma
portare & exercitare: quod clericis est absonum. hoc habetur in dicto c.

duo sunt genera.xvij.q.j.in gloss.j. Et sunt persone deuote ⁊ ecclesiastice dici possunt non religiose, vt eodem ca.sic etiam dicimus de fratribus ⁊ sororibus tertij ordinis sancti Francis. Nam quamq̄ promittunt obedientiam ⁊ habeāt regulam ⁊ quendam viuendi modum a romana ecclesia approbatum non tamen sunt monachi vel moniales:sed persone deo deuote ⁊ seculares non ecclesiastice:vnde tales possunt contrahere matrimonium:⁊ filij eorum postea nati possunt petere legitimam portionem, vt plene habetur in.c.vt lex continentie.xxvij.q.j.vbi omnino vide gloss. Et idem refert Bar.in.l.semper.ff.de iure immunitatis. Et Jo.an.in cle.j.de religiosis domibus.vbi est bona gloss. Et qd rector dicti hospitalis ⁊ alij fratres sint seculares ostenditur inconuincibili ratione quia constat quod alicuius hospitalis non potest esse rector religiosus nisi illud hospitale curam habeat animarum, vt in clemen.q2 contingit.de reli.dom.et hoc ibi firmat expresse Joan.andr.in glo.in verb.secularibus.vnde patet qd rector ⁊ fratres dicti hospitalis sint seculares:cum ipsum hospitale non habeat populum ⁊ curam animarum:nec sint fratres vel saltem rector in ordinibus clericalibus constitutus. Et etiam hoc audio in facto verissimum:nec in contrarium est in facto ꝓposito. Item dico ꝙ sunt persone libere habentes velle ⁊ nolle ⁊ quendam modum bonum ⁊ honestum simul in eadem domo viuendi:quos deo deuotos possumus appellare.cor:ūq̄ collegium quodammodo ecclesiasticum si illud affirmamus a romano pontifice expresse vel tacite approbatum.que approbatio est necessaria:alias esset reprobatum.Casus est in.c.j.de reli.dom.lib.vj.⁊ plene no.per Bar.in.l. sodales.ff.de colle.illicitis.Nec ob.predictis ꝙ dicti fratres ⁊ presertim frater structorius dedicauerunt se ⁊ sua promittendo obedientiam ⁊c. vt apparet in themate presupposito. Quia dico ꝙ cum dicti rector et fratres non sint religiosi sed seculares:vt dixi dictus frater structorius aliter profitendo manibus dicti rectoris vel alteri⁹ ex fratribus hospitalis solenne votum religionis contrahere non potuit.ita firmat Inn. in.c.porrectum.de reg. Et Bar.⁊ Bal.in auf.ingressi.C.de sacrosan.ecclesie.loquentes specifice etiam de hospitalarijs.imo plus dicit Specu.in tit.de statu monac.versi.xix. Et etiam si fiat professio in manibus vnius monachi vel alterius q̄ abbatis qui recipiens non recipiat nomine abbatis quod tunc sit dedicatio bonorum tantum non persone. Et pro hoc videtur casus in.d.c.porrectum.dico autem ꝙ licet non persona tamen bona dicti talis fratris sic dedicantis se ⁊ sua sunt quo ad dominium in hospitale translata etiam nulla eorum traditione secuta.l.si.C. de sacrosan.eccle.⁊ firmat Bar.in.d.auf.ingressi. Item non obst. quedam ordinamenta dicti hospitalis. Et primo id statutum quo cauetur, ⁊ prohibentur fratres hospitalis querere pro se:sed debent offerre rectori ⁊c. Item aliud quo cauetur aliquem in fratrem dicti hospitalis recipi nō debere nisi hospitali offerat se ⁊ sua:⁊ si fiat secus, expelli debet ⁊c.q2 supposita, vt dixi, approbatione dicti collegij, de quo dubito, ⁊ mihi non apparet ex themate, vel productis, dico talia statuta nō valere. Nam collegium approbatum statuit solum de spectantibus ad eorū iurisdictionem, ⁊ ad gubernationem rerum ⁊ bonorum ipsius collegij, nō in preiudicium tertij, vel iurisdictionis superioris:vt est casus in.l.j.C. de monopo.⁊ not.per Barto.in.l.sodales.de colle.illici.⁊ in sua repetitione.l.omnes populi. Sed statuendo super prohibitione contractus vel subiectione persone alicuius, vt seruus dicatur, nō est de iurisdictione dicti collegij:imo vel spectat ad principem, vel populum aut alium a lege, vel a principe sic statuendi potestatem habentem.l.j.C.non lice.habi.metro.lib.xj.argu.dicte auf.ingressi.⁊ quod ibi nota. Statuere enim talia de quibus in dictis ordinamentis innotatur, nihil aliud est q̄ tollere illa que sunt de manu principis, vt cōtractus, ⁊ inducere seruitutē. ⁊ tollere libertatem que est de iure naturali:vt.l.ex hoc iure.ff.de iusti.⁊ iure. debet enim tale collegium, ⁊ quodlibet aliud, quando inuicem conueniunt, collegiatim conuenire ad tractanda ea que spectant ad collegium, non alia.ff.de iure immunim.l.semper.§.quibusdam.alias punitur tale collegium.l.sub pretextu.ff.de extraor.crimi. Quis ergo dicet per collegium hec fieri posse:certe nullus:preterea seruitutē nemo inducit altero de quatuor modis:vel natiuitate, vt quia ex persona serua natus:vel captiuitate ab hostibus, vel q2 quis vendidit se ad pretium participandum, vel per solenne votum religionis.hec habentur in iuribus satis vulgaribus, quorū modorum hic non est ex illis. Quid plura:inuenio deportatum posse contrahere, ⁊ acquirere etiam post sententiam deportationis post quam sententiam omnia eius bona sunt publicata. ff.de testa.mili.l.neq3.⁊.l.deportati.⁊ nota.in.l.ij.C.de bono. proscript. Item cum hic nō posset fieri per pactum, ⁊ professionem alicuius de dictis fratribus in manibus etiam rectoris, quem vt dixi, reputo secularem, q̄uis deuotum ⁊ ecclesiasticum:ergo nec per statutum, hoc probatur ⁊ not.in rubri.C.de decre.decu.libro.x. ¶ Descendo ad secūdum. ⁊ supposita approbatiōe dicti collegij vt dixi, dico qd rector ⁊ quilibet ex predictis fratribus sit libera persona, ⁊ sic cōtrahere posse:vt.§.dixi, ⁊ probaui quod inter dictum collegium ⁊ hospitale ex vna, ⁊ quemlibet de fratribus dicti hospitalis, potest quelibet ⁊ naturalis ⁊ ciuilis contrahi obligatio, si inter eos fiat contractus alias de iure permissus. Ex contractu enim nascitur obligatio, et ex obligatione actio.l.licet. §.ea obligatio.ff.de procura. ¶ Uenio ad tertiū etiam vltimum, ad qd respondeo, cum rectores ⁊ gubernatores hospitalis tutoribus ⁊ curatoribus equiparentur:vt probatur in.l.orphanotrophos.C.de episc.⁊ cleri.⁊ ibi per Bald.⁊ in dicta clementi.quia contingit.quod licite per tutores ⁊ curatores contrahentes nomine pupillorum, vel adultorum, ipsi pupilli ⁊ adulti obligantur.l.si creditor.C.si tutor.vel curator.inter. ita per istos rectores hospitale obligatur sicut dicimus de ecclesia.que obligatur ex contractu prelati, si de consensu capituli hoc fiat:vt in cap. qd quibusdam.de fideiussor.⁊ in cap.j.de depo.⁊ qd ibi not. Ex quibus omnibus iudicio meo concludere possum, ⁊ concludo tam de iure quam de equitate suadente, tamen submittens me correctioni cuiuslibet melius sentientis, dico qd dictum hospitale fuit tempore vite ipsius fratris Structoris, ipsi fratri Structorio obligatum ad dictas res, ⁊ pecuniarum quantitates eidem promissas per syndicum dicti hospitalis ad hoc mandatum legitimum habentem.⁊ ꝙ per dictum fratrem Structorium etiam omnia iura sibi competentia contra dictū hospitale cedi potuerunt de iure dicto Joanni de mariscotis de senis, de quo in themate fit mentio, quibus iuribus ipse Joannes cessionarius potuit etiā postea vti contra hospitale predictum. Et hec sufficiant, deo gratias. Ego hugolinus de mariscalchis minimus inter iuris ciuilis bononien.docto.

De relicto ad pias causas qualiter probetur, ⁊ de competentia iudicis ⁊ de legato pānorum.

Sed nota ꝙ hoc non est consilium domini abbatis, sed fuit insertum:⁊ ita reperi in alio libro, Ego ludouicus bologninus qui nolui aliorum scripta tollere aut aliorum sudoribus derogare ⁊ eo maxime cū iudicio meo licet paruo, istud sit elegans consilium in materia sua.

¶ Consilium.cv.

1 ¶ Filius presumitur ex quasi possessione filiationis.
2 Ratio dat esse testimonio in teste.
3 Pannorum appellatione que continentur.

Ex processu ⁊ actitatis coram domino episcopo cortonen.plura dubia oriuntur. Primum circa competentiam iudicis, vtrum fuit aditus competens iudex, necne. Secundum an sit probatum legatum attento numero testium, et inspecta forma ⁊ causa legati, ⁊ qualitate personarum relinquentis, ⁊ legatarij. Tertium an per relictum sic factum filie pauli sit probata filiatio, vel quasi possessio filiationis. Quartum an presupposito legato pannorum valido, qui panni cedant legatario, ⁊ veniant in legato. Et consideratis verbis legati sit sufficienter facta probatio quoad pannos petitos:et istud sit vnum dubium. ¶ Circa primum forma legati est causa iurisdictionis concedendi iudici ecclesiastico:q2 dicit amore dei:⁊ sic ad pias causas ⁊ pro anima:vt.ff.de leg.ij.l.si quis titio.facit authenti.vt cum.de ap.cog.§.si vnum de predictis.de sepul.c.ij.in glos.C.de sacrosan.ecclesie.l.illud.hoc tamen casu causa intentata in libello operatur vt iudicat negocium posse esse de iurisdictione ecclesiastica, ⁊ cognosci per iudicem ecclesiasticum.vt not. Innocen.de foro competen.in.c.cum sit. Et ex modo agendi ⁊ procedendi.q2 proceditur secundum formā.c.noue. de iudi.in alijs causis iudex ecclesiasticus non esset competens iudex, cum certe sint ad ecclesiasticum pertinentes:vt in.c.nos inter alios. de purga.cano.⁊ in questione nostra de hoc tamen tenere disputatur, cum se iudicem competentem pronuntiauerit, ⁊ non fuerit appellatum, ⁊ sic licet sit interlocutoria:vt in auf.habita.C.ne filius pro pa.de offic.delega.c.significantibus.tamen transit in rem iudicatam, vt pars nō possit contradicere. ¶ Circa secundum licet iuris ciuilis norma solennitatem adhibuit ratione suspitionis ⁊ fraudis euitande:vt.l.hac consultissima.C.qui testamenta facere possunt.vt in omni vltima voluntate excepto testamento quinq3 testes voluerit adhiberi, vt.C.de codicil.l.final. iuris tamen canonici censura quasi ius gentium imitans aliter disponit, vt.c.relatum.⁊.c.cum omnes.de testa.⁊ ibi plene not.⁊ similiter non insistendum circa numerum:⁊ an ille decretales habeant locum indistincte, an in terris ecclesie tantum, an vero cum relinquens sit in extremis constitutus, cuius iudicium circa solemnitatem non ita arctatur:vt no. Barto.⁊ alij.C.de sacrosan.eccle.l.j. Nam legatum ex hoc non arbitror esse inualidum:⁊ dicitur esse factum relictum pro anima siue ad pias causas, nisi esset color quesitus, vt dixi, qd residet in arbitrio iudicantis, et coniecture verisimiles sunt adducte ex dictis testium.pauperem esse hunc legatarium ex qualitate artis.⁊ presertim ex dicto vnius testis, dum dixit vidisse morari in hospitali, cuius degentis mora summa est paupertas.⁊ no.C.de mendi.vali.l.i.⁊ similiter filia eius, inspecta causa maritine ve pro dote.ff.de condic.indebi.l.cum is.§.si mulier.ibi pietatis causa.⁊c. Quo ad tertium licet probatio filiationis sit satis difficilis, vt dicit glo.ff.de condi.⁊ demon.l.lucius.presumptiue tamen probatur, et est probatio sufficiens.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.l.filium.
1 C.de nupt.l.si vicina.de filijs.presby.c.michael.q2 ex quasi possessione filiationis

filiationis presumitur filius.l.non nudis.⁊.l.non epistolis.C.de proba
tio.nisi fieret probatio in contrarium.⁊ ita dicit Barto.in.l.i.ff.de que
stionibus,vt tenet glo.in.d.c.michael.⁊ no.in.c.per tuas.de probatio.
facit quod not.Jac.buer.in.l.i.ff.de proba. Testimonium quidem Chri
stophori est clarum,⁊ probat.Item est dictum Hieronymi:qui prima
facie non videtur probare cum per verbum credo,asserat,⁊ deponat.
Sed certe immo probat attenta causa scientie,que est in plus quam di
ctum.vnde dixit doctor illustris dominus Bald.in.l.conuenticula.C.
de episco.⁊ cleri.qd vbi testis in dicto minus probat,sed in ratione pro
2 bat efficacius,quod semper attenditur ratio.† quia in teste ratio est que
dat esse rei,id est,testimonio:vt not.C.de testi.l.solam.facit qd no.ff.de
acquiren.possessio.l.si is qui animo.Et sic quasi possessio filiationis est
probata.Et alij testes probant adminicula,⁊ intentionem agentis que
& plurimum habent adiuuare.Sic dicit litera in simili.de successione
ab intestato.c.fina. ¶ Sed restat vidẽdum,⁊ istud est quartum,qui pã
ni veniant in legato.dicit enim quod legabat pannos suos lini ⁊ lane.
Nec est discutiendũ de reuocatione erroris:quia sufficienter constat erro
rem probatum.Et similiter non insistendum an fuerit sane mentis tem
pore dicti relicti,per no.in.l.furiosum.C.qui testamenta facere possint.
xij.q.ij.in dictis hominum,de succes.ab intesta.c.fi.ff.de condi.inst.l.
quidam in suo,cum similibus.Respondeamus igitur ad quartum.Et
3 circa hoc dicit Bartol.in.l.diuus.ff.de bo.dam.† qp appellatione pan
norum,continentur ea quibus quis induitur:non autem veniunt p m
ni non apti ad vsum hominis.⁊ qui sunt venales,vnde de facto respon
dit,qp cum quidam legasset alicui omnes pannos suos lane et lini,et ha
beret illic aliquas petias panni lini non aptas ad vsum hominis,quod
in legato non veniunt,vel distinguendum secundum eum:aut habebat
illas petias panni lini causa faciendi pannos lineos ad vsum,⁊ in lega
to veniunt:aut contrectantur venales,⁊ non veniunt.vt.l.pediculis.§.
item cum quereretur.de auro ⁊ argen.legat.in dubio debet videri quan
tum sibi expediebat pro vsu illius anni.Et istud cedit legato: aliud vi
detur esse venale:vt.l.cum queritur.§.lana.de legat.iij. loquitur ergo
Bart.quando ille petie panni non erant ad vsum hominis apte:nec ha
bebat testator illos pannos vendendi causa,sed ad vsum. ¶ Quo ad
quintum an probatio sit sufficiẽs circa pannos petitos:⁊ videnda sunt
capitula:sc3.xxvij.⁊ depositiones testium super ipsis qui fuerunt qua
tuor.s.Syluester,Barto.ser Antonius andructij,⁊ ser Ant.angeli. Et
iste vltimus nihil probat:alius autem testis refert se ad iuramentum
confectum manu ipsius testis:⁊ alij duo probant de quibusdam:sed nõ
de omnibus,vt ex ipsorum depositionib' dilucide potest apparere. Et
ex supradictis concludo primo legatum factum de.xx.libris filie pau
li,cum casus euenerit nuptiarum,vel etiam similiter,⁊ legatum panno
rum.Et in probationis supplementum potest deferre iudex iuramentũ
cum fuerit petitum.Sed qui panni sint probati diligens scrutator ex di
spositione testium super.xxvij.articulo poterit indagare.⁊ ita vt.s.scri
ptum est dico ⁊ consulo ego Dionysius domini nicolai de barigiã.mi
nimus vtriusq3 iuris doctor ad fidem me subscripsi.⁊ sigillari feci,sentẽ
tia potiori semper salua.iuxta.l.claudius felix.ff.qui pot.in pig.hab.

Contra fraudem gabelle ⁊ de data licentia ⁊c.

Nec istud est consilium domini Abbatis:sed quia ita inser
tum reperi ego Ludouicus Bologniu'.statui nõ mutare iam scripta,
⁊ ulteriorum patrum honori non derogare,⁊ eo magis cum illud qd non
mutatur,cur stare prohibetur.l.sancimus.C.de testa.cum simi.

¶ Consilium.cvi.

1 ☞ Si dominus rei furtiue dicit rem subtractam de sui voluntate:⁊ sic
furtum non fuisse commissum : nihilominus fur tenetur pena.§.
recte.
2 Respondens facile in dubijs questionibus contra fiscum non delin
quit.

Visa quadã inquisitione forma
ta per ser Bar.notarium damnorũ datorũ terre Lucigna
ni contra Joannem Bondi,⁊ Citregiolam, ⁊ responsioni
bus factis per eosdem dicte inquisitioni,⁊ toto processu ⁊ quibusdã al
legationibus ⁊ exceptionibus in fauorem dictorum inquisitorum ⁊ sta
tutis ⁊ reformationibus terre lucigniani de materia loquentibus:⁊ ma
xime quodam statuto quod incipit:bestie minute paga de passagio ⁊c.
Et quodam alio.c.quod incipit.in qualunche.c.si fecisse mentione.in
versi.⁊ doue se trahe o passa sempre in ogni tempo si intẽde andera co
la pollina del cauagliere:e se tra besse o passasse senza la dita pollina: si
a condemna per gabella fraudata.Ac etiam vltimo cap.qd incipit:che
frauda la gabella paga per ogni denare ⁊c.Et alijs statutis coram me
productis maxime statuto posito sub rubrica de electione ⁊ officio offi
cialis damnorum datorum.Et singulariter visa responsiõe ⁊ confessio
ne facta per inquisitos prefactos dico de iure ⁊ iuris rigore dictos inq
sitos con lenunan los esse:quia in confessos ⁊ conuictos nulle sunt pte
iudicis.nisi in condemnando:vt.l.j.de confes.Nam quando confitentur
se extraxisse sine apodissa:tamen negant qp non animo fraudandi,⁊ cõ
fitentur qd sine appodissa:tñ allegant licentiam vnius ex emptorib' ga
belle:⁊ sic incidunt in dictum statutum qd iuerunt sine apodissa. Nã ibi
clare dicitur,qp in quolibet casu siue transitu siue cõtentione semper de
bent irecũ apodissa.alias cõdemnentur p gabella fraudata,vt clare pa
tet in.d c.qd incipit,in qualunche capi.versi.e doue si traho o passa.Et
sic vbi est casus,ibi nulla dubitatio est.vt.l.ancille.C.de fur.⁊ lex licet du
not.in.c.quu de censi.lib.vi.iuncta gloss.in verbo diuino:text.enim ibi
1 dicit q iure diuino et humano ecclesie et ecclesiastice psone,ac res ipsa
rum singularium personarum ab exactionib9 sunt immunes gl.ibi in verbo,
diuino addu.it id qd habet gen.xlvii.et Exod.vij.vltra medium,vbi vi
det pbari clericos ab hmoi collectis gabellis seu exactionibus esse im
munes. Jure canonico pbatur aperte.in.c.si.de vit.et hone.cle.vbi ex
presse probat,q clerici no subiciunt etia in bonis ppriis statutis,et co
suetudinibus patrie,circa solutione gabellaru seu collectarum edictis,
etia si exerceant negotiationes et mercimonia,vt laicorum tertio p epm
moniti ab hmoi negotiationibus secularib9 desistere nolunt. Scdo pro
2 batur in.c.no min9.et c.aduersus.de immu.eccle.vbi dr,q ab olbus o
neribus vrbium,et castroru clerici sunt exepti,ita q no tenent p coi vti
litate aliqd soluere,nisi eps et cler9 tata necessitate inspexerint,vt absq
vlla coactione velint in aliquo ipsor laicorum necessitatib9 subuenire,
romano tn pontifice prius cosulto:vt.d.c.aduersus.ad ide pductu.c.qq.
de censi.lib.vi.cle.pstu.co.ti.c.i.de immu.eccle.li.vi.et xvi.q.i.gnalr.Nec
debet cuiq hoc absurdu videri:nam bona ecclesiaru sunt publico vsui
spali deputata.xij.q.i.videntes.xvi.q.i.c.si.de prebe.ro.hinc dicit canon
in.c.nulli liceat.i.q.ij.qd id qd ecclesie consecrat,siue fuerit animal,siue
ager,sanctum sanctoru dno efficitur:et ad ius pertinet sacerdotu:non de
bet ergo vsui publico mundano deseruire:qr semel deo dedicatum ad
humanos vsus amplius transferri no dz:regula semel deo dedicatum.
de re.iur.lib.vi.et ius publicum consistit in sacris,sacerdotibus,et magi
stratibus.i.dist.ius publicum. Laici autem cum sint mundani et princi
paliter habent vtilitatem ex republica mundana,debet hec onera sub
ire:vt sic temporalia teporalibus et spiritualia spiritualib9 viribus depu
tentur:facit.c.ecclesia sancte marie.de costi.et c.que in ecclesiaru.eo.ti.c.
fi.de reb.eccl.non.alie.xvi.de bn.qui.de. Hinc dicit tex.in.c. reprehensibi
le.xxiij.q.viij.qd milites seculares militat mundo,milites vero celestes
militant deo. Jure aute ciuili clarius adhuc pbatur,na cu negari non
possit.qd hec onera sint extraordinaria,cum no sint certa et a principe
ab antiquo posita:iuxta ea que legutur et no.in.l.vnica.C.de superindi.
lib.x.et l.ola.C.de anno.et trib.e.lib.ergo clerici ab his sunt exepti:vt p
batur in.l.placet.C.de sacrosan.ec.et l.ij.C.de epis.et cle. Et de iure nouis
simo hoc est clarissimu:vt in aut.item nulla coitas.C.eo.tit.et in corpore
vnde sumitur de sta.et consue.cotra lib.eccle.§.ite nulla.vbi generaliter
fuit dispositu,q nulla coitas,vel psona publica,vel priuata collectas,
seu exactiones angarias,vel perangarias ecclesiis,vel aliis piis locis,
aut ecclesiasticis personis imponant,aut inuadere ecclesiastica bona p
sumant:q si fecerint,et requisiti non emandauerint grauissimis penis,
de quibus ibi subiciuntur. Et per illum tex.voluit glo.in.l.de his.C.de
epis.et cle.q etiam a muneribus seu tributis ordinariis que olim solue
bantur Imperatori,clerici sint immunes:licet Bar.in.d.l.de his.contra
rium teneat,et intelligat dicta aut.item nulla in oneribus extraordi
nariis. Bal.tamen in.d.l.placet.C.de sacrosan.ec.soluit illam gl.qn one
ra etia ordinaria imponerentur ab aliquo principe,quam imperatore:
qr nullus hoc facere pot nisi constituat quid ordinarie soluendum per
illum tex.qui olbus hoc inhibet:et optime loquitur. Preterea hec one
ra imponuntur principaliter personis pro rebus,ergo clericis non pos
sunt imponi,qui non subiciuntur statuentibus:vt.l.rescripto.§.scien
dum.ff.de mune.et hono.et ibi voluit Bal. Quinimmo si res esset alibi ra
ta in libro estimi,et peruenit sine fraude ad ecclesiam.vel clericu non te
neatur ecclesia,vel clericus pro illa re soluere:vt no.Bald.in.d.l.placet.
tenet Bar.in.l.incola.ff.ad muni.Specu.in ti.de cle.coniu.Jo.de lig.in
cle.pstu.de censi.et Arch.in.c.i.de immu.eccl.li.vi. Preterea hec onera in
fundensi ciuitate imposita succedunt loco illarum collectarum,quas
soluebant soli laici dne regine:ergo eodem iure debent cum illis colle
ctis censeri:qr subrogatu debet censeri iure illius,in cuius locum est subs
rogatum:vt in.c.ecclesia.vt lite pen.et l.si cu.§.qui iniuriarum.ff.si quis
cau.sicut ergo soli laici illa soluebant eodem modo soli laici debent has
gabellas soluere.hoc apertissime voluit Ja.but.in.l.ad instructiones.
3 C.de sacrosan.eccle.vbi dicit,q q tunc clerici tenentur soluere gabellas
impositas per laicos,qn ad eoru vsum couerti debent,ad quem clerici co
tribuere tenebantur,vt ad refectionem viarum respectu possessionum
l.i.ff.de via pub.et in.resti. Quid plura.hoc apertissime tenet Bal in.d.l.
4 placet.dicens clericos no teneri ad gabellas impositas per laicos:qr
hec sunt munera extraordinaria,ad que clerici non tenentur:vt in iuri
bus preallcg.et refert idem cosuluisse Bar.et sic fuisse in questione factu
determinatu. Et hanc insuper maxime teneo,qr hec onera vt vectigalia,
gabelle seu similes exactiones,sunt a iure generaliter prohibita,nec im
poni possunt nisi per habente regalia in loco,non aliter ex statuto ciuita
tis:vt probat in.l.ij.C.de vect.et comuni.et l.vectigalia.ff.de pu.et l.vnica.
5 C.de superindi.li.x.et ibi expresse per Bar.qui dicit,q q ciuitas non pot
imponere collectas pro republica sine pncipis authoritate per tex.illi9
l.vnice.licet pro necessitate ppria ciuitatis,vt cu debitu,vel necessitas
vrget,possit collectas suis ciuibus imponere:imo cogitur hoc facere:
vt no.gl.in.l.j.ff.qd cuiusq vni.et per Bar.in.l.iiij.§.actor.ff.de re iudi.
et l.ij.ff.de iure fis. Clericis aute nullo modo imponere possunt cum non
sint de eius iurisdictione.et gnaliter sunt a iure exempti vt in iurib9 pre
6 alleg.hinc notanter dicit Bart.in.d.l.vectigalia.q qd fraudans hodie
gabella non peccat,cu no sit iuste imposita:qr scz no ab eo qui hz rega
lia in loco de quib9 in.c.vnico.que sint rega.nisi sint de illis psonis que
gabellas coi consensu imposuerit:vt ipsi met ciues pro necessitate coi.
¶ Concludo ergo ex olbus predictis clericos Fundensis ciuitatis vel
alterius non teneri ad soluendum dictas gabellas vel similes,statutis
laicoru inductas:et hec coclusio satis videtur de mete Jnn.in.c.no min9.
preallcg.et optime facit.l.sancimus.la.ij.C.de sacrosan.ecc.vbi patet,qd
bona que deferunt ecclesiis,siue ex testo,vel inter viuos,sunt exepta a lu
cratiuor inscriptionib9,vt si statuto loci caueat,qd de re donata vel lo
cata soluatur certu qd coi,seu dno loci,tale statutu generale no exten
ditur ad ecclesias:vt ibi.et.xxiij.q.viij.sancimus.no.Ant.de bu.in.c.i.de
censibus.fortius clerici debent esse exepti in cu non lucratiuis:vt in casu
nostro,cu longa sit differentia inter lucra non capere,et acquisita per
dere.l.si sponsus.ff.de dona.inter vir.et vxo.

¶ Consilium.v.

1 ¶ Prescriptio currit contra mulierem in rebus seu iuribus dotali
bus ab eo tempore,quo potest actionem mouere.
2 Ecclesia si succedit priuato cotra que facerat inchoata pscriptio vtitur
iure priuati pro tpe preterito:pro futuro iure,et priuilegio ecclesie.
3 Lex vel statutu vbicunq tollit prescriptione in genere:et verificari non
potest nisi in prescriptione longissimi temporis,tunc vt verba aliquid
operentur,excludunt prescriptionem.xxx.vel.xl.annorum.
4 Prescriptio cum mala fide regulariter contra neminem currit.

Videtur

Videtur Primo q hospitali sancte Marie nullum ius de presenti competat, et si q competierit, legitime sit prescriptum: q autem nullum competat probatur censura municipali senensi sub ti. de prescrip. xx. vel. xxx. an. in ver. si quis autem. vbi sic disponitur. Si quis autem rem aliquam pro sua possederit spatio. xxx. an. illam dicto tempore prescribat: et nemini competenti de ea ius fiat. Et post quedam excipit ab illa prescriptione pupillos duntaxat: de mulieribus et suarum dotium nulla in d. c. fit mentio. non obstat q in fine totius statuti fiat exceptio respectu mulierum in dotibus suis: quia priuilegiantur ibi mulieres quo ad prescriptionem. x. ann. de qua fit mentio in subsequenti ver. Cum enim in dicto statuto quo ad propositum ponantur due orationes habentes materiam diuersam et separatam: q in prima disponitur super prescriptione. xx. ann. nullo requisito titulo et ab ea excipiuntur pupilli duntaxat. In secunda vero fit mentio de prescriptione. x. ann. cum titulo: et ab ea excipiuntur plures persone inter quas reputatur mulier respectu suarum dotium. clare patet q illa excepe. debeat referri solum ad prescriptionem. x. an. de qua proxime premiserat: q determinationes, exceptiones, clausule, et huiusmodi qualitates debent referri ad proxima, et non ad omnia precedentia quando premittuntur plura capitula separata: maxime quando precedentia capitula habent suas determinationes: vt in casu nostro. ad hoc. c. cum dilectus de dona. legitur et not. in c. inquisitioni. et c. secundo requiris. de ap. et in spe. in ti. de instru. edi. §. nunc autem videndum. ver. item excipe. per Bar. in l. pretor. §. ff. vi bo. rap. et in l. talis scriptura. ff. de leg. ii. cum autem commune et homines castri Roche albine comitatus Senarum possederint titulo pro donato dictum castrum Caligrani circa quod hospitale ex testamento domine Antonie pretendit ius habere respectu dotium suarum vt in themate dicitur, nedum per. xxx. annos qui sufficere debent ex forma dicti statuti: sed etiam per quinquaginta annos et vltra cum illud castrum fuerit eis libere donatum per magnificum commune Senarum anno domini. M. ccclxxv. et illud libere et quiete possederint homines seu eorum commune iugiter et continue a tempore donationis vsque ad hodiernum diem videtur dictum commune prescripsisse omne ius illi mulieri competens in dicto castro. quod autem a tempore illius donationis debeat computari prescriptio contra dictam dominam Antoniam etiam in dotibus suis: licet tunc superuiueret maritus, probatur in l. in rebus. C. de iure dot. vbi dicitur. quod prescriptio currit contra mulierem in rebus seu iuribus dotalibus ab eo tempore quo potest actionem mouere vt post dissolutum matrimonium vel postquam maritus vergere incipit ad inopiam etiam ex infortunio. Sed a tempore dicte donationis maritus dicte domine Antonie incepit esse minus idoneus et vergere ad inopiam: q commune Senarum priuauit eum dicto castro quo sustentabatur et quod obnoxium erat pro dotibus dicte domine Antonie: ergo dicto tempore incepit currere prescriptio: et quamquam in vita sua non fuerit completa prescriptio, cum ipsa decesserit in annis domini. M. cccc. et sic commune possederit. p. xxx. annos duntaxat tamen prescriptio fuit finita contra hospitale, cum successit dicte domine Antonie in dotibus suis: et tempora enim precedentia computantur cum sequentibus: licet ecclesia successerit priuato vt plene le. et no. per Cy. Bar. et Bal. post gl. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. per Joan. and. in c. vnico. de iure pa. li. vi. Quinimmo secundum communem opi. in locis preallegatis si ecclesia succedat priuato contra quem fuerat inchoata prescriptio vtitur iure priuati pro tempore preterito: pro futuro vero vtitur iure et priuilegio ecclesie ar. l. si ius. ff. de iure fisci. adeo dixit Bal. in d. auth. et fuit etiam de mente aliorum q si contra priuatum erat lapsum tempus quinque annorum eo casu quo sufficit prescriptio decem annorum cum titulo: et postea succedit ecclesia, completa est medietas prescriptionis. vnde sufficit contra ecclesiam complere aliam medietatem: et sic requiruntur viginti anni: q quadragenaria sola currit contra ecclesiam. Ad propositum ergo siue inspiciamus formam statuti quod tamen requirit. xxx. annos siue formam iuris communis q contra ecclesiam vel hospitale requirit tempus. xl. anno. vt in auth. quas actiones. preallegata et l. ola priuilegia. C. eo. vbi patet q bona hospitalium gaudent eodem priuilegio cum bonis ecclesie: quod egregie notauit ibi Bar. facit quod no. Jo. an. in. c. ii. de in inte. rest. lib. vi. completa est prescriptio ex parte communis Roche albine. Preterea probatur q nullum ius vnquam competierit hospitali: sed olim fuit hypothecaria dicte domine Antonie competens in vita sua prescripta. l. i. et ii. C. si aduer. cre. vbi patet q si quis spatio. x. annorum inter presentes vel. xx. inter absentes possedit rem titulo donationis vel alio legitimo prescribit contra hypothecarium creditorem competentem. Hinc dixit not. gl. ii. in l. cum notissimi. C. de prescr. xxx. vel. xl. an. quod hypothecaria habet quatuor tempora. Decem anno. vel. xx. quando extraneus possidet cum titulo et bona fide inter presentes vel absentes vt in. d. ll. i. et ii. Triginta quando mala fide vel sine titulo. vt. d. l. cum notissimi. Si autem possedit debitor vel heres eius vel alter creditor. xl. annis prescribitur: vt. d. l. cum notissimi. vbi plenius de hoc. Sed dictum commune Roche albine possedit dictum castrum Caligrani viuente dicta domina Antonia creditrice et habente hypothecariam in dicto castro spatio. xxv. an. iusto titulo et bona fide: ergo fuit contra eam prescriptum: et sic inutile fuit reli. tum hospitali factum. Siue ergo consideremus ius commune siue formam statuti sine ius competens dicte domine Antonie siue id quod hospitali competere potuerit in omnem casum videtur prescriptio completa: siue dictum castrum fuerit communis Senarum siue non. nam si non fuerit communis Senarum potuit commune Roche albine bona fide et titulo donationis prescribere dominium et hypothecariam aduersus creditores. ff. pro donato. l. i. et dicto. ll. i. et ii. si aduer. cred. Si vero fuit per legitimum bellum dictum castrum occupatum, et sic fuit communis Senarum effectum: tunc per donationem et traditionem illico fuit dominium quesitum dicto communi Roche albine. l. traditionibus. C. de pac. et insti. de rerum diui. §. per traditionem. et sic non fuit locus prescriptioni domini: sed duntaxat aduersus hypothecariam dicte domine Antonie competentem cum res transeat etiam in fiscum cum suo onere. vt in. l. ii. C. ad le. iul. de vi pu. facit. l. si maritus. ff. sol. mat. Nec obstat additio facta ad dictum statutum, vbi disponitur vt nulla prescriptio currat, vel possit opponi, vel noceat contra instrumenta dotalia, vel instrumentis dotalibus contra mulieres, vna vel plures, vel contra heredes mulieris siue steterint cum filiis. siue non: q dico quod cum illa additio tollat simpliciter prescriptionem, debet intelligi de prescriptione longi temporis: que scilicet currit spatio. x. vel. xx. annorum. non autem de prescriptione longissimi temporis: vt. xxx. vel. xl. annorum. arg. l. omnes. et l. sicut. C. de prescri. xxx. vel. xl. annorum quia non est verisimile, quod statuentes vnico verbo et generali voluerint tollere omnem prescriptionis speciem, vt singulariter probatur in. c. i. de capi. cotra. in ceta gl. tex. enim ibi in ver. preterea. dicit vt liceat dominis alienationes feudi factas nulla obstante prescriptione reuocare. et gl. ibi reuocat in dubium de qua prescriptione debeat intelligi: et tandem concludit q de prescriptione longi temporis, non autem de longissima, cum per illam tollatur omnis actio. d. l. sicut. et l. omnes. Iste enim prescriptiones longissime introducte sunt contra desides, et sui iuris contemptores: et differentia debet esse inter desides et vigilantes. C. de annali exce. l. vt perfectius. et l. vltima. vigilantibus, non autem negligentibus iura subueniunt. l. non enim. ff. ex q. cau. ma. nec secundum illam gl. credendum est principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo generali totam obseruationem de prescriptione longissimi temporis multis vigiliis excogitatam, et inuictam voluisse euertere. ar. in. l. si quando. C. de inoff. testa. et in c. ecclesia. de elec. et illam gl. sequitur ibi Bal. et Jo. and. in addi. spe. in tit. de feu. et refert se ita consuluisse. Sed quamquam hec vrgere videantur contrariam tamen sententiam in casu nostro arbitror veriorem. Moueor principaliter per illam additionem ad dictum statutum factam vbi disponitur vt nulla prescriptio currat contra instrumenta dotalia, nec ipsis mulieribus nec earum heredibus. que quidem verba non possunt verificari recte intelligentibus, nisi in prescriptione longa et longissima: quoniam cum in ipso statuto fuisset facta mentio de prescriptione longi temporis et longissimi, et in additione in fi. posita vniuersaliter dicatur, vt nulla prescriptio currat contra instrumenta dotalia: ergo oportet necessario intelligere tam in prescriptione longi temporis, quam longissimi. verba enim sequentia intelliguntur secundum precedentia: et ab eis determinationem recipiunt. l. si seruus plurium. et l. quod si filiabus. ff. de leg. i. et l. nemo. de leg. iii. et no. in. c. ex literis. de spon. Preterea cum illa verba posita in additione, veniant exceptiue ad precedentia, oportet necessario vt intelligantur in casibus precedentibus, et descriptis in toto statuto: q exceptio debet esse de regula, seu de contentis sub regula vt not. super

3 rub. de reg. iur. lib. vi. et gl. in l. i. ff. eod. Preterea et secundo, vbicunque lex seu statutum tollit prescriptionem in genere, et verificari non potest nisi in prescriptione longissimi temporis, tunc vt verba aliquid operentur excludit prescriptionem. xxx. vel. xl. an. hoc notabiliter voluit Bal. in. d. c. i. de cap. corra. vbi dicit: quod statutum disponit vt contra instrumenta publica nulla currat prescriptio, debet intelligi de prescriptione longissimi temporis: quia regulariter contra instrumenta publica non habet locum prescriptio longi temporis: et ideo, vt verba aliquid operentur, debet statutum intelligi modo predicto. Sed in casu nostro verba illius additionis nihil operarentur, nisi intelligerentur in prescriptione longissimi temporis: q in statuto cui facta extitit additio. iam mulier erat specifice priuilegiata respectu prescriptionis longi temporis: ergo additio debet intelligi de prescriptione longissimi temporis: maxime enim verba sunt generalia seu vniuersalia, que ex proprio significato verificantur in qualibet specie sub genere contenta: vt in. c. solite. de maio. et obe. xix. di. si romanorum. et l. de pretio. ff. de publica. Et cum simus in materia fauorabili. s. in causa dotis et hospitalis non debet fieri stricta interpretatio. ar. in. c. si. de re iud. et l. sunt persone. ff. de reli. et sumpt. fu. Et per hoc est responsum ad vltimam oppositionem supra formatam. Tertio principaliter facit q sine bona fide non currit prescriptio maxime in realibus: vt in casu nostro. vt plene legitur et no. in. c. si. de prescrip. et per Ang. de peru. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. et probatur in auth. vt ecclesia romana centum anno. gau. pre. Sed commune Roche albine fuit in mala fide ergo non potest allegare prescriptionem: fides autem mala probatur ex coniecturis: vt puta si communis fama est in loco q illa res pertineat ad alium: vt no. Bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. facit. c. quosdam. et c. quanto. de presump. et l. ii. C. si seruus vel lib. ad decu. aspi. lib. x. sed communis fama est in vniuerso quinimmo ius hoc specifice disponit vt bona mariti sint tacite hypothecata pro dote vxoris et communiter solet maritus etiam per expressum bona sua obligare vxori et ex eis facere donationem propter nuptias: vt in. l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. et c. ex literis. de pigno. et in auth. de equalitate dot. Notorium que erat dictum castrum pertinere ad maritum dicte domine Antonie: ergo non potuit cum bona fide dictum commune contra actionem de dote prescribere presertim cum maritus non haberet preter dictum castrum vnde dicte domine Antonie de suis dotibus satisfaceret. Ad predicta eleganter facit tex. in. c. i. de prescrip. lib. vi.

vbi dicitur q licet iuris dispositione presumptio sit cōtra prescribentē nō prescribit, nisi per tm̄ tp̄s de cuius initio nō ne memoria nō intercuenerit titulus illius pscriptionis presumpti.in casu vero nostro licet interuenerit donatio p cōitatem senē. q̄ habuit purgare malam fidem respectu dominij nō tamē prodesse habuit regula hypothecarie cōpetētis mulieri pro suis dotibus:q2 certi iuris est q bona etiam legitimo modo trāsferita in fiscū transeant cū suis oneribus maxime dotalibus, vt in.c.ex literis.z.l.ij.C.ad le.iul.de vi pu.z in.l.si constante.in fi.ff.sol.ma.cū si. ¶ Concludo ergo q ex duplici capite pōt hospitale se aduersus prescriptionē allegatā tueri. ¶ Primo virtute additionis facte ad dictū statutū:z q statutum hoc facere poterat scz priuilegiare mulierē vt ꝯ eā vel eius heredē nulla currat prescriptio no.Bal.in auk.quas actiones.C.de sac.san.eccle.facit.l.vbi lex.ff.de vsuca.z.l.si fundū.ff.de fun.do.cū si. Scdō ex defectu bonefidei rōne pdicta. Et hec vltima cōsideratio concernit nedū personā ipsius mulieris sed etiam hospitale
4 cui iura dotalia fuerūt legata:†cū ꝯ nemine currat prescriptio regulariter cum mala fide. Prima ergo pars defensionis cōcernit mulierē z ipsius heredem vt patet in dicta additione. Hospitale vero non heres sed iure legati habuit iura dotalia:vt patet in casus positione.ergo ex hoc capite restat concludere q etiā data bona fide in pscribentem nulla currit prescriptio in vita illius dn̄e Antonie:sz post mortē suam incipit currere ꝯ hospitale:sed ex defectu tpis nō est cōpleta:vt q2 supra dixi, ꝯ hoc hospitale nō currit nisi quadragenaria pscriptio:sed a morte dicte do. Antonie nō emanarūt adhuc.xxviij.anni cū decesserit.M.cccc. Ex per hoc patet rn̄sio ad contraria superius alleg.in fauorē Roche albine.possunt enim procedere habito respectu ad ius cōmune vel ad primam partem statuti.secus autem respectu priuilegij q postea additum ad statutum mulieribus commodum affert.

¶ Consilium.xv.

1 ☞ Transactio debet reuocari pretextu lesionis si reperiatur transigens deceptus in quadruplo.
2 Prescriptio.xxx.ann.currit cōtra relictū factum pauperibus incertis.
3 Papa solus potest destinata ad certum vsum pium in alium conuertere non solum remittere.

DUo Sunt q̄ principaliter pro filio hieronymi facere videntur. Primo compositio seu transactio facta cum operario opere pauperum qui pro ipsis pauperibus fuit heres institutus in duabus partib° hereditatis.d. Gerij patris olim hieronymi,z cū aliis electis z deputatis ad hūc actum cōpositionis per cōmune Radicōdoli:q̄ fuit deputatus executor testamenti.d.Gerij per eundem Gerium:ita q compositio seu transactio fuit facta cum herede seu habēte vim z nomen heredis z cum executore testamentario:ergo dz valere cū heredes z executor habeāt potestatē agēdi vendendi z aliter disponendi iuxta no.per Bar.in.l.alio.ff.de ali.z ci.le.z per Bal.in.l.i.z.ij.q̄ pauperibus.C.de epi.z cle.facit.l.nulli.C.co.nā z bonorū administrator pōt trāsigere.pbaf in.l.iusiuran.ium.§.
1 tutor.cum seq.ff.de iureiu.z.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de fur.†alec pcextu lesionis dz trāsactio reuocari etiā si reperiaf trāsigēs deceptus in quadruplo.vt dixit tex.no.in.l.lucius.§.fi.ff.a.l ex c.q2 satis lucraf q sibi hec dilceatur.vt ibi no.z in.c.pe.de empt.z ven. ¶ Secundo principaliter facit p dicto filio Hiero.prescriptio.nam inter eum z patrem tenuerūt bona dicti Gerij vltra.xl.annos per q tempus completur prescriptio tam contra ecclesiam q̄ contra relicta pauperibus maxime expresso loco pauperum vt hic accidit.hoc probatur in.l.i.z dicta authentica.quas actiones.C.de sac.san.eccle.xvi.q.iij.§.neq decennū.z per Fede.consi
2 lio.ci.vbi videtur velle.†q̄ contra relictum factum pauperibus incertis currat prescriptio.xxx.ann.nec debet in casu nostro presumi mala fides:q2 filij non presumunt scire testamētū paternū cū possint hereditatem iure sanitatis possidere,licet secus sit in aliis heredibus.vt no.Bar. in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de verb.obli. ¶ Sed his non obstantibus que vere non obstant contrariam sniam arbitror veriorem:scz q cōpositione z prescriptione non obstantibus debentur pauperibus seu opere pauperū due partes hereditatis dicti Gerij:in quibus instituit pauperes z eorum operā vna cum fructibus a tpe mortis dicti Gerij pceptis z pcipiēdis. Moueor principaliter:q2 vba testamēti dicti Gerij sunt clarissima:in qbus nulla prorsus recte intuenti cadit dubitatio: reliquit enī filijs natis z nasituris suā legitimā portionem:z sic tertiā partē cū decessit relictis tribus dictarat filijs vt in auk.nouissima.C.de inof.test.in reliquis portionibus instituit pauperes z operā ipsorū pauperū dicte terre Radicōdoli:q̄ potuit nā vltra legitimam filiorū pōt pater disponere de rebus suis vt vult maxime ad pias cās:vt in.l.i.C. de sac.san.eccle.z in.c.in psentia.de proba.z.l.oīmodo.z.l.qm̄ nouella.z l.qm̄ in prioribus.C.de inoffi.testa. Cū ergo super his duab° ptib° hereditatis nulla cadebat dubitatio nō potuit in preiudicium pauperū fieri trāsactio:q2 trāsactio fit super re dubia z lite incerta,alias nō tz.vt.l.i.z l.post rē iudicatā.ff.de trāsac.z.l.elegāter.§.si post rē iudicatā.ff.de cōdi.inde.z psertim qm̄ fit p administratorē bonorū q nō pōt trāsigere remittendo debitū sine causa.vt probaf in.l.preses.C.de trāsac.z.l.pactū curatoris.C.de pac.presertim in relictis ad pias causas que fideliter z sine aliqua diminutione debent conuerti ad vsum destinatum p testa

3 torem:vt in.l.nulli.C.de epis.z cle.adeo†quod solus papa pōt destinata ad certū vsum piū in aliū cōuertere, nedū remittere. vt in cle. q2 contingit.de relig.do.facit q̄d leg.z no.in.l.legatū.ff.de admi.re. ad ciui perti. z.l.legatum.ff.de vsufru.leg.z vtrobiq p Bar. deficit ergo pt̄ās trāsigēdi z cōponēdi in pīudi.ꝯij.quinimo pōt dici q etiā deficit voluntas:q2 expresse fuit dictum,z i cōpositiōe z ptāte tributa p cōe Radicōdoli electis,vt nullū pīudiciū fieret pauperib°,z opere sup hereditate obita ex testamēto:nec pōt allegari cōtra pauperes pscriptio:tū q2 dispositio facta p Gerium erat notissima,z quasi notoria in dicto castro Radicōdoli:ex quo arguitur mala fides dicti Hieronymi, z filiorū detinētium totā hereditatē dicti Gerij,cum solum fuissent filij instituti i legitima tm̄: ergo pscribere nō potuerunt:cum mala fides pbet ex fama loci.vt not. Bar.in.l.celsus.ff.de vsucap. Preterea dictus Gerius decessit Anno dn̄i.M.cccl.xxx.vel circa.z dicta cōpositio visō prius testamēto pluries z pluries per vtrāq partē fuit facta.M.cccc.viij.z sic bona fuerunt possessa vsq ad cōpositionē p.xxviij.annos duntaxat,vel circa:z sic nō erat cōpleta prescriptio etiā data bona fide,nunc vero tempore compositionis inceperunt esse indubie in mala fide,cum clarissime potuerunt dicta bona pro duab° partibus pertinere ad pauperes, z superueniēs mala fides impedit cursum prescriptionis,vt in.c.fi.de prescrip.z regula.possessor.de reg.iur.lib.vi. Circa ergo bona predicta nulla cadit dubitatio quin possint per operarium dicte opere pro pauperibus vendicari: sed in fructibus posset cadere dubitatio,in quibus concludo quod si fuerit pater z filius in mala fide,vt q2 sciuerunt dicta bona spectare ad pauperes,saltē ex fama loci,tunc teneanf restituere fructus pceptos z eos quos potuerunt percipere.vt.l.ij.C.de pig.act.z no.in.l. ex diuerso.ff.de rei ven.z in.c.grauis.de re.spo. Circa vero legitimam relictam filijs z dico q̄ pauperes,seu opera pauperū nihil deinceps potest vendicare: et si dictus filius Hieronymi decederet sine filijs:ratio promptissima est: quia Gerius reliquit filijs legitimam z eos ad inuicem in illa substituit pupillariter,z per fideicommissum,z eis omnibus sine liberis decedentibus substituit dictam operam pupillariter,z p fideicommissum. Certumq est q̄ pater filio instituto in legitima solū potest substituere pupillariter,nō aūt per fideicommissum: q2 substitutio fideicōmissaria est onerosa. Pupillaris vero est salutifera ipsi pupillo,ne decedat sine testamento,in legitima pater nō pōt apponere grauamē: hec probanf in l.qm̄ in prioribus.cōiuncta.l.ex tribus.C.de inoffi.test.z ibi per gl.Bal.z Bar.quare dico,q̄ partes fratrū morientiū si decesserunt sine testamento,deuenerūt ad hieronymū tertiū fratrē tūc supstitē:aut ex substitutione pupillari,si decesserunt in pupillari etate:aut ex iuris dispositione si decesserunt in pubertate:q2 fratres succedūt in eorū nō obstātib° descēdētibus z ascēdētibus.vt in auk.fratres.C.de leg.hered.z in auk.itaq mortuo.C.cōia.de suc.in corpore de here.que ab intest. Hieronymus vero decessit post pubertatē:z sic expirauit substitutio pupillaris.vt in l.cēturio.z.l.in pupillari.ff.de vul.z pup. Fideicōmissaria vero nunquā valuit respectu legitime.vt.ꝯ.dixi. Restat ergo q etiā si hieronymus decessisset sine liberis.ex quo decessit post pubertatē.nihil de legitima sua z fratrū suorū potuisset opera pauperū percrescere aduenīēte pubertate expirauit illa substitutio facta de pauperib° per supradicta.z not. Bal.in.d.l.ex tribus. Res ergo hic erat in iure clarissima.habeat ergo iste filius hieronymi libere z expedite tertiā partem dicti Gerij:z reliquas duas partes restituat pauperibus:z opere iuxta testamētū Gerij. Nec ob.q testator dixerit q oīa bona erāt obnoxia pauperibus:q2 in pīudiciū filiorum sibi credi nō debuit iuxta no.per Bar.in.l.cū qs. §.codicillis.ff.de leg.ij.z per Cy.in.l.generaliter.C.de non nu.pec.

¶ Consilium.xvi.

1 ☞ Statutū simpliciter loquēs,nō debet intelligi,vt ius cōe corrigat.
2 Terminus vbicunq statuitur ad aliquid probandum.si pendente termino contingat impedimentum facto aduersarij,admittitur quis ad probandum etiam post terminum.
3 Causa preiudicialis nouiter inchoata.suspēdit causam iam pendentem in euentum ipsius cause preiudicialis.
4 Accusatio instituta est ad vindictā.non autē ad effectum cōpulsiuum.
5 Finis accusationis de falso est,vt testes puniantur de falso.
6 Instrumentum si fuit inter alios falsum pronuntiatum,non per hoc preiudicet alteri veneni.
7 Sententia lata contra electores non preiudicat electo.
8 Peremptio instantie non dependet a facultate partiū,z iudicis,immo eis etiam inuitis currit tempus.

IN psenti q̄stione fratrū ordinis Camalduleñ.illud dictarat ad pn̄s querit,an snia ꝯ eos lata sit nulla:vt pote perēpta instātia a statuto pfixa lata. ¶ Trinitatis deifice p pus inuocato pn̄dio,videf pma frōte dicendum dictā sniam tenuisse saltē ex hoc capite quo impugnaf:q primo sic ostēdit. Primo nāq statutū mihi ostēsum ꝯ terminū statuat nō solum iudicij,sed etiā instātie,nō decernit sniam post illū terminū.lx.dierū latā nō tenere:ergo cum snia reperif lata saltē in termino iuris videlicet in
1 fra triēniū.vt.l.pperādū.C.de iu.dz tenere:†q2 statutū simplr loquēs non debet intelligi vt ius cōe corrigat argu.in.l.quoties.ff.de actio.z obli.z

obli. & hoc videt tenere Spec. in titu. de lega. §. restat. ver. qd si statuto.
2 ¶ Scdo pbat sic. † Ubi cũ statuit alicui termin⁹ ad aliqd probandũ
si pẽdẽte termino cõtingat impedimẽtũ facto aduersarij admittitur qs
ad pbandũ etiã post terminũ: maxime qñ aduersari⁹ iuridice impedimẽ
tũ pbuit: ad hoc bonus tex. in. l. fi. C. de adul. in fi. & notabilissimus tex.
in. l. si cum ipse. ff. de excu. tut. & temp. earũ. per quem tex. dixit ibi Bal.
qd si a statuto prefigit terminus duorum mensium ad causam decidẽ
dam & altera pars petit terminũ ad pducendũ testes vltra mare seu ex
tra puinciã ita q totus terminus pfixus instantie vix sufficit pro dila
tiõe testiũ pducẽdorũ. argu. in. l. i. C. de dila. & iii. q. iii. c. in iudic. §. spatiũ.
q poterit iudex etiã post terminum instãtie prefixum sniam ferre. & cau
sam ad finem pducere. & idẽ in effectu voluit ibi Bar. dicens q moderni
ni de illa lege nõ fuerãt recordati in materia. l. properandũ. preal. sed in
casu nostro monasteriũ nõ potuit causam ciuilem per se inchoatã ad fi
nem perducere infra terminũ. lx. dierum facto aduersarij qui testes de
falso criminaliter accusauit: & sic fuit opus expectare finẽ huius cause
vt statim in sequenti motiuo dicam. ergo etiã post terminũ licuit iudi
3 ci sniam ferre. ¶ Tertio pncipaliter pbat sic. † Causa pniudicialis no
uiter inchoata suspendit cãm iã pendentẽ in euentum ipsius cause pre
iudicialis vt in. c. tuam. de ordi. cog. & c. lator. qui fi. sint legi. & qd in eia
no. & in. l. ia qui reus. & ibi p Bar. ff. de publi. iud. & l. fi. C. de ordi. iud. et
l. i. C. qui accu. non pos. vbi p Cy. & iii. q. xi. p̃rius. & interim nõ dz curre
re tps: qr suspẽsio fit a iure vt in iurib⁹ pall. & nõ valẽti agere nõ currit
tps. vt in. l. i. C. d. anna. excep. & l. in reb⁹. C. de iure dot. Sed in casu no
stro accusatio testiũ. de falso fuit preiudicialis ad cãm ciuilem p mona
sterium inchoatã: ergo nõ debuit tps instãtie ciuil. pfixũ currere. Quod
aũt fuerit preiudicialis pbat: qr si testes cõuincerentur de falso: nõ debet
iudex sequi dicta falsorũ testiũ vt in. c. cum. i. & ii. de re iud. l. diuus. ff. de
re iud. maxime cũ pbata falsitate & secuta snia appareat testes ipsos ee
piuros & infames. vt in. c. sicut. de testi. no. in. l. luci⁹. ff. de his. qui no. in
fa. c. cũ tu. & c. testimoniũ. de testi. Ex cõtrario potuisset sequi absurdũ,
s. q monasteriũ obtinuisset etiã in causa vigore testium productorũ. et
tñ testes fuissent postmodũ de falso cõdẽnati: vnde melius est ante tem
pus occurrere & puidere q post causã vulneratã remediũ querere. vt
l. fi. C. in quib⁹ cau. in integ. resti. nõ est necessa. Ad hoc optime facit ca.
fi. de testi. vbi dicit q pẽdente accusatione de crimine cõtra aliquẽ non
debet ille accusatus ad testimonium interim admitti quasi status ei⁹ in
teri sit impẽditi. ¶ Quarto hoc idẽ videt pbari ex forma statuti peru
sini sub rubrica de reprobatione testiũ. & q pẽdente reprobatione ipso
rũ non currat terminus vbi in effectu cauet vt liceat cuilibet accusare
de falso testes pductos & eorum pductorẽ. & in gñe statuti generaliter
disponit q pendẽte reprobatione tempora instãtie ciuilis vel criminal
lis non currãt. Nõ obstat si dicat statutũ disponere cũ nõ solũ accusant
testes: sed etiã eius pductor. ideo nõ debet extẽdi ad casum nostrum in
quo testes dũtaxat fuerũt accusati. Ad hoc enim põt respõderi qd di
ctum statutũ loquit per verba pmissiua non autẽ necessitatiua. dicit enim
q liceat accusare testes & eorũ pductorẽ & c. Id aũt qd promittit nõ ne
cessitat. l. non quicquid. ff. de iudi. & c. consuluit. de offi. dele. alias seque
retur absurdũ q nõ liceat accusare vnum sine reliquo qd videtur cõtra
formam alterius statuti positi sub rubrica de pena inducentis vel indu
ci facientis falsum testẽ & c. Itẽ esset contra ius cõe. arg. in. l. ii. ff. de fal. &
d. l. lucius. ff. de his qui no. infa. & ideo hic intellectus fugiendus vt mi
nus q fieri possit recedatur a dispositione iuris cõis. vt. l. i. C. de nova. &
c. cũ dilectus. de cõsue. hoc reprobat rubrũ illius statuti in quo solum di
citur de reprobatione testium, & qd pendente reprobatione non currãt
tpa instãtie: ergo nigrũ dz verificari etiam in eo casu quo solũ accusan
tur testes cum nigrũ debeat cõuenire rubro. vt no. gl. in. c. tibi qui. de re
scri. lib. vi. & c. si super gratia de offi. dele. lib. vi. & c. bone. de confir. vti
li vel inutili. maxime qr finis statuti nõ restringit se cũ ambo pariter ac
cusentur. sed loquitur generaliter & videtur magis se referre ad repro
bationẽ testiũ q ad occasionẽ pducẽtium eo qd dicit qd pendentẽ re
probatione nõ currãt tpa instãtie ciuilis: testes autẽ sunt qui reprobãt
nõ autẽ producẽs. ¶ Sed q̃q hec vigere videatur p parte snie Dñam
tñ sniam arbitror indubie veriorem si iuris statutorũ mẽtẽ subtiliter in
dagare velimus. Et p clariori decisione casus primo pmitto qd inspe
cta antea iuris cõis dispositione cessante dispositione statutaria non dz
suspendi cã ciuilis iam inchoata in qua testes deposuerunt suum te
stimonium in forma debita pter accusationẽ falsi criminaliter postea
institutã cõtra testes: q probatur his rõnibus: nõ dz expectari euẽtus
cuius nullus est effectus: vt. c. cũ cõtingat. de offi. deleg. & l. ad probatio
nem. C. de proba. Sed euentus cause criminalis institute cõtra testes
dũtaxat nullũ effectum põt producere in causa ciuili iam instituta inter
illos: ergo nõ dz fieri suspẽsio cause ciuilis: maior supra probata est. con
sequẽtia ex se ptz, minor vo pbat sic. Quilibet modus agẽdi hz suã na
turã & c. suũ effectũ nec supernaturaliter dz aliqd opari: vt in. c. ii. de ordi.
cog. & super his. & c. qualr & qñ. de accu. & c. lz heli. de simo. facit. xxxii q.
4 vii. adulterii malum. & c. flagitia. & c. significauit. de ap. † accusatio vero
fuit instituta ad vindictã nõ autẽ ad effectũ repulsiuũ. vt in. d. c. super
his. Hinc dixit tex. in. d. c. ii. de or. cog. qd si cõuẽtus interdicto vñ vi vel
alia actione petitoria excipit de sua spoliatione cõtra agẽtẽ & pbat re

pellit agentẽ a sua petitione: sed p hoc non cõsequit restitutionẽ: qr ad
hoc non fuit actũ. Si aũt deduxerit spoliationẽ p viã accusationis vter
que psequit suã actionẽ, nec actor repellitur ab agẽdo. lz reus dicat se
spoliatũ: qr finis actionis nõ est repellere: sed consequi. Ita dico ad ppo
5 situ: † finis accusationis falsi institute cõtra testes est vt testes puniãtur de
falso: non autẽ vt iudex non sequat dicta eorũ: ex quo iam deposuerunt
vt. l. ii. §. pena fal. ff. de falsis. non ergo debet operari aliũ effectũ ciuilẽ,
saltem inter alias personas. Hoc vltimũ dico vt euitem, quod legitur &
no. in. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis: & p cõsequens nõ debet suspẽ
dere causam ciuilem iam cũ alio inchoatã. Scdo fortius pbatur sic, res
inter alios acta, aliis preiudicare non debet. vt. c. inter dilectos. de fide
instru. & in. c. cum super. & c. pen. de re iud. & C. res inter alios acta. in ru
bro & nigro. & in materia nostra pcise pbat per casum sñi in. d. l. lucius.
& in. c. cum super. in fi. de or. cog. vbi dz. si: q si contra producentem fuit
exceptum, q testes sui erant falsi, & probat & iudex ob hoc illorũ deposi
tionẽ nõ sequit, nõ per hoc testes afficiuntur infamia: q nõ fuerũt in iudi
cio nec assumpserunt defensionis copiã. Et reddit tex. in. d. l. lucius. cõnẽ
qr nõ opz ee sniã iustã siue iniustã p alio habitã alium grauari. text. no
tabilis in. d. c. cũ super. reddit rationẽ: qr accusatio nõ fuit instituta con
tra testem: q iudem recidit. ita dico in casu cõtrario: cum. s. accusantur
soli testes, cõtraitur, q ex hoc nõ debet preiudiciũ generari absenti qui
nõ fuit in cã: vt ex hoc perdat cõmodũ attestationũ: ne priuatur ex fa
cto alterius. forte enim testes fuerũt ex eorũ iniuria & cõtumacia cõdẽna
ti. Itẽ possent cõdẽnari p iudicis imprudẽtiã vel iniuriã. vt. l. si p impru
dentiam. ff. de euic. & l. exceptione. ff. de fideiu. Et si pars fuisset presens
melius & accuratius defendisset causaz suam: si ergo volebat accusator
istum effectum ciuilem prosequi, debuisset excipere de falso cõtra testes
que exceptio in effectu dirigit contra partẽ, vt in. c. licet. de proba. & d. l.
diuus. no. Inn. in. c. verũ. de foro compe. Ad hoc singulariter facit tex.
6 in. l. ii. C. de fide instr. vbi dicitur. † q si instrũm fuit inter alios falsum pro
nuntiatũ, nõ p hoc preiudicat alteri venienti de nouo contra istum
pbetur falsum. & not. Inn. in. c. cũ in. q fil. sint legi. Idẽ ergo pari ratione
dicendũ est in iudicio, & reprobatione agitata cõtra testes, vt nõ preiudi
cet parti litiganti, q non fuit in causa & hoc aperte per illũ tex. tenuit ibi
Bart. vbi videt approbare opinionẽ Ricar. malum. qui precise hoc te
nuit quasi in terminis nostris in quadam sua disputatione; vt refert & se
quitur Cy. & Bal. post multa in. l. i. C. qui accus. non pos. dicẽtes per hãc
rõnem: qr nõ preiudicat parti. non dz causa ciuilis suspendi per accusa
tionem criminalem institutã cõtra testes dũtaxat: excipiat ergo de falso
ciuiliter sin cos, si vult q parti pniudicet vel accuset etiã producẽtẽ. vt di
xit Bar. in. d. l. ii. & idẽ ipse tenuit in. d. l. lucius. hoc etiã sequitur Jo. an.
in addi. spe. in. d. § restat. ver. quid si statuto. vbi refert decisionẽ Ricar.
& eam sequitur. & sic cõis opi. videtur pro hac parte. & loquuntur isti doc.
etiam cum statutũ arctat iudicẽ ad pronũtiãdũ infra. lx. dies. & cõ. iudit
q per accusationem criminaliter institutã contra testes duntaxat non
debet iudex supersedere in negotio principali: alias currerent tempora.
Et pro hac snia optime facit gl. in. c. hec quippe. iii. q. vi. q post lõgã dis
putationẽ cõcludit, q lz sit maxima connexitas inter electũ & electores,
7 qr electus causat ius suũ ab electoribus, tamẽ snia lata cõtra electores
non preiudicat electo, qui non fuit presens cum si fuisset pñs, potuisset
causam suã melius pertractare. Ad idẽ qd in simili no. Inno. in. c. perue
nit. de fideius. & in. c. per inquisitionẽ. de elect. vbi plene loquit ad ppoũ
tũ. & generaliter disponit, vt ea q fiunt cõtra absentẽ, nõ debeãt absenti
nocere. vt. l. de vnoquoq. ff. de re iudi. & iii. q. ix. cauẽat. & c. oia. quinimo
Bar. in. l. nec quicq. §. vbi decretũ. ff. de offi. procõ. q nec interlocutoria
multum preiudicialis preiudicat absenti. Ad propositũ ergo, cũ acta cũ
testibus nõ preiudicent parti pducenti, nõ debet suspendi ob hanc ac
cusationẽ iudiciũ ciuile iam inchoatũ. sic ex huius suspensione nullius iu
ris effectus posset sequi. ¶ Nunc habemus videre nũquid saltem ex for
ma censure municipalis perusine inducatur suspensio priini iudicii, vt
sic tempora instantie pẽdente accusatione nõ cucurrerint. Et dico q nõ
debet impediri ob hoc cursus instãtie nec induci primi iudicii suspensio.
Moueor principaliter qr statutũ illud deuiãs in multis a iure commu
ni, debet restringi quantum fieri potest. vt. l. iii. §. hec autem verba. & qd
ibi nota. ff. de nego. gest. & in. c. in nostra. de iniur. adeo vt non solum non
debeamus recedere a verbis, sed ipsa verba stricte & impropie si fieri
potest, intelligenda sunt, vt minus quam fieri potest iuri cõmuni preiu
dicetur; vt notanter probatur in. c. cum dilectus. de cõsuetu. & in. l. ii. C.
de nox. Censura vero municipalis perusina in multis deuiat a iure cõ
muni. Primo in eo q decurtat tps instantie prefixum a iure cõi. nã cũ
de iure cõi det in causa ciuili trienniũ. d. l. pperandũ. ex forma dicti statu
ti dant solũ duo mẽses. Scdo ex iuris dispositiõe tẽpus currit a die lit.
cõte. d. l. pperandũ. Statutũ autẽ vult q a die citatiõis. Preterea de
iure cõi pẽdẽte accusatiõe criminali cõtra testes, nõ debet suspẽdi cã ciui
lis: sz ex forma statuti, casus videt dubi⁹ pter ea que. s. dixi, corrobo
rando partẽ contrariã. Cum ergo de iure cõi hoc sit clarum per superius
dicta, idẽ debemus dicere p iure municipali, vt sic verba dubia statuti
trahant ad dispositionẽ iuris cõmunis, quãtũ fieri põt, vt ius cõe non
corrigat. vt in iuribus superius allegatis. Et si verba dicto: municipalis statu
torũ recte ponderẽtur, huic interpretationi non repugnant. Primũ

cri(m)i ⁊ secundū statutū permittentia accusationem ad finē inducēdi su
spēsionē in prima causa loquunt copulatiue: qm̄ accusantur testes, ⁊ is
qui eos produxit. Ad veritatē vero copulatiue requirit q̄ vtrunq; co
pulatū cōcurrat eque principaliter vt not. in c. querelam. de simo. et c.
ij. ⁊ c. inter cetera. de rescri. ⁊ super rubr. de proba. Non sufficit ergo ad
finem suspēsionis obtinende accusare testes dūtaxat: tum q: statutū
ad hunc effectū exposcit duo: ad qđ optime facit. c. olim. de rescri. tū q:
hoc est iuri cōi cōsonū vt predixi. Non ob. si dicat q̄ statutū loquat per
verbū licet: q: dico q̄ facultas dat in accusando, nō autē imponit ne
cessitas: q̄ si vult accusans habere effectū suspēsiuū instātie ciuilis opz
q̄ seruet statutū prout iacet cū ad hunc effectū obtinendū nō sufficiat
alterū de iure cōi ⁊ pro hoc est tex. no. in simili. in c. olim. de rescrip. facit
l. sepe. ⁊ q̄ ibi no. ff. de ver. sig. nā verba statuti sunt stricte sumenda qn̄
cōtingit alterū locupletari cum iactura alterius vt no. Bar. in l. omnes
populi. ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊ l. non dubiū. C. de leg. facit. l. vt gradatim. ff.
de mune. ⁊ ho. d. l. ij. C. de noxal. Nō ob. q̄ in rubro nō fiat mētio nisi de
reprobatione testium q: hoc cōtingit qn̄ principaliter tractatur ⁊ pdu
cēs pp̄ter falsitatē testiū accusat. Preterea nō est nouū vt nigrū latius
disponat q̄ cōtineat in rubro. vt pbat. C. etiā ob chirogra. pe. pi. te. po.
in toto rubro ⁊ nigro. ad idē. c. si. ⁊ c. si sup gratia. de offi. dele. li. vj. nam ⁊
in rubrica cōtinetur solū de officio delegati: tū in nigro disponitur de
conseruatore ⁊ executore sentētie que in multis differt a delegatione.
Eodem modo tollitur alia obiectio supra facta videlicet q̄ in fine secū
di statuti dicitur in genere q̄ pēdēte reprobatione nō currūt tēpora in
stantie ⁊c. q: dico q̄ accusans ⁊ producēs testes principaliter agit ad re
probationē testiū: nā ex illorū reprobatione cōiungitur pducens. vt pa
tet in tertio statuto: adeo statutū simpliciter egit de reprobatione. Pre
terea verba sequentia determinantur ⁊ declarātur a p̄cedentibus, vt in
l. si seruus plurium. ⁊ l. qui filiabus. ff. de leg. j. ⁊ l. numis. ff. de leg. iij. p̄ser
tim qn̄ talis determinatio ⁊ interpretatio est iuri cōi consona. vt in casu
nostro. d. c. cū dilectus. Et q̄ hoc fuerit de mēte statuti sic pbat, nā ter
tium statutū disponit vt reprobatis testibus debeat is qui eos pduxit
pdere causam: siue pbetur q̄ falso eos induxit, siue nō, qđ nō pōt veri
ficari nisi vocato ⁊ accusato ipso pductore. l. si. C. si p vim vel alio modo.
l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. ⁊ iij. q. ix. caueant. ⁊ c. omnia: q: debet in eue
tum victorie istius reprobationis producens perdere causam merito
statutū secundum statuit vt pendente hac reprobatione tempora instā
tie nō currerent: q: hec causa reprobationis supradicto modo agitata
erat p̄iudicialis ad causam ciuilem. d. l. j. C. qui accusa. non pos. sed vbi
producēs est presens nō potest sequi effectus pditionis cause ne cōdē
netur absens ⁊ indefensus merito nō pōt sequi effectus suspēsiuus pri
me cause: q: sublato fundamēto tollit edificiū. j. q. j. cū paulus. l. j. ⁊ qđ
ibi no. ff. qđ vi aut clam. Nō obstat si dicat qđ monasterio fuit facta de
nuntiatio qualiter testes fuerāt accusati: q: dico hoc nō sufficere: q: cū
accusatio principaliter tēdat ad vindictā ipsorū testiū nō tenebatur mo
nasteriū cōparere: q: sua nō intererat: sciebat enī ius suū pmanere illc
sum, potuisset tū si voluisset p aliquali p̄sumptione euitanda compare
re. ar. optimum in. l. a sniā. in prin. de ap. Sola enim notificatio vel noti
tia pendentie accusationis non debet sibi nocere in iure suo tam separa
to a criminatione testiū. Ad hoc induco in simili tex optimū in. c. cū sup.
de re iudi. Nō obstāt alia motiua in prin. allegata. Et primo dū dicitur
q̄ ipsi sententie saltē inerat tps a iure instāte p̄fixū r̄ndetur dupliciter.
Primo q̄ cū statutū disponat vt terminus. ix. dierum currat a die cita
tionis aperte pz q̄ statutū voluit corrigere ius cōmune: ⁊ sic discede
re a dispositiōe iuris cōis: nō dz ferri snia infra tps a statuto p̄fixū. alr
nō vz cū debeat statutū hoc casu seruari in puris terminis. hoc aperte
tenuit Bal. in. l. pperandū. j. r̄nso. ver. qđ ergo si statutū. C. de iudi. Itē
⁊ scđo, vbicunq; terminus p̄figitur instātie succedit ille terminus loco
termini iuris. Ad hoc q̄ in simili not. Inno. in. c. ex rōne. de ap. adeo dz
censeri eodē iure cū illo vt sicut nō valet sentētia lata post terminum sta
tuti. ⁊ hec est cōis opi. Cy. Bar. ⁊ Bal. in. d. l. pperādū. sequitur Jo. an.
in addi. Spec. in ti. de leg. §. restat. ver. qđ si statuto. facit optime in sili
c. personas. ⁊ c. cū sit romana. de ap. Ad secūdū motiuū dico quod a
parte aduersarū nullū impedimentū legitimum contingit: q: accusatio
criminalis est prorsus separata a cā ciuili: adeo p illius pēdentiā nō de
buit suspendi causa ciuilis: q: ex separatis nō fit illatio. l. neq; natales.
C. de pba. ⁊ s. plene pbatū fuit. poterat enī vtraq; lis suo marte curre
re. Et p hoc tollo tertiū motiuū: dico enī qđ nullo modo accusatio cōtra
testes dūtaxat instituta est p̄iudicialis ad causam ciuilē iā inchoatam
in qua cū testes iā deposuissent testimoniū ⁊ tpe testimonij fides testiū
minime vacillabat, poterat pcedi ad sniam: q: condēnatio testiū postea
sequēs nō debet retrotrahi ad actū iam cōsummatū: satis enī est vt du
pli testes tolerari ipsorū testimonio: lz postea reprobentur. l. j. C. de test.
Item cum pars non fuerit in iudicio non dz sibi illa reprobatio p̄iudi
care: satis enī est qđ hēat effectū ꝯ ipsos testes ad quorū vindictā dūta
xat agit vt. s. plene dixi. ⁊ si decisio cāe ciuilis nō pēdet ab euētu istius
cause criminalis: merito nō pōt dici p̄iudicialis. Ad alia argumēta su
tis supra est responsum. Ex his oībus ꝯcludo qđ p accusationē falsi
institutā cōtra testes dūtaxat nō debuit suspēdi cā ciuilis iam inchoa
ta ⁊ p cōsequens snia lata post terminū p̄fixū instātia statuto non valet

cum reperiatur lata perempta instantia, ⁊ sic sine medio. vt. d. l. prope
randum ⁊ quod ibi no. nec obst. pronuntiatio iudicis facta de consensu
partium, vt tempora instantie interim non currerent: q: cū illa sit cōtra
8 statutum, ⁊ contra ius, † vt patet ex predictis, non valuit. nam perem
ptio instantie non dependet a facultate partium, ⁊ iudicis: imo eis etiā
inuitis currit tempus, vt patet in. d. l. properādum. ⁊ ex forma primi sta
tuti, vbi aperte fit mentio de iudicis pronuntiatione, vt in prorogatio
ne instantie non habet opitulari, nisi in certis casibus de quibus in sta
tuto qui sunt penitus extra nostrum casum.

Consilium. xvij.

1 Penitentie locus est in penis legalibus vsque ad sententiam, etiam
contra propria significata verborum.

In Questione Ottonelli paucis vtor verbis: tū propter
nimiam festinantiam petentis: tum quia satis abunde
per excellentem docto. do. Sallustium materia presens trita
extitit. Ex quo ad primum dubiū dico, qđ ex multiplici ca
pite dictus Ottonellus non venit puniendus pena. l. si. C. de rei vē. Pri
mo q: tex. illius. l. expresse illam penam imponit, si ab aduersario cōuin
catur: sed antequā iste Ottonellus ab aduersario conuinceretur de mē
dacio, reuocauit suā confessionē: ergo non habet locū illa pena. Ad hoc
adduco apertū ⁊ notabilē tex. in auth. contra qui propriam. C. de non nu.
pec. qui videtur decidere istā questionē, maxime iuncta. l. cum qui. ff. de
iureiur. ⁊ facit auth. item possessor. C. qui po. in pi. ha. Pro hoc, quia con
fessio potest reuocari impune, si nulla captio est aduersario, quēadmo
dum in casu nostro nulla subest: cum aduersarius nihil probasset in cō
trarium ante reuocationē confessionis. tex. est quasi in terminis nostris
vt. d. l. stipulatio hoc modo cōcepta Et hoc vltimū tenuit Bart. in d. l.
stipulatio. ⁊ d. l. si quis in principio. ff. de leg. iij. ⁊ in l. seius augerius. ff.
ad legem falcid.

¶ Consilium. xlix.

1 ☞ Sententia lata contra debitorē scientem preiudicat creditori scien-
ti ⁊ tacenti licet sibi non fuerit aliquid nunciatum.
2 Qui tenetur ad defensionem alterius nō tenetur se offerre liti, licet sciat il-
lam motam: sed oportet, vt sibi denuntietur.
3 Promittens aliquem adiuuare, seu defendere, non tenet adimplere pro-
missionē quātumcunq; sciat illum indigere auxilio, nisi fuerit requisitus.

In questione que vertitur seu de primo ver-
tisperat inter Antoniū del Va-
gna ⁊ olim socios ex vna parte: ⁊ quosdam ciues Florenti-
nos pretendētes se creditores illorū ex alia. Videtur primo
dictos creditores fouere iustitiam aduersus dictos Antoniū ⁊ socios,
quoniam dicti Antonius ⁊ socij duo promiserunt dictis creditoribus
eis scilicet soluere decem solidos pro libra qualibet totius debiti. Item
ꝙ in dictis decem solidis eis debuerunt eos conseruare ab omni alio
creditore cuiuslibet societatis, quocunq; tempore aliquid peteret, vel mo-
do aliquo molestaret dictos creditores. Licet autem Antonius ⁊ socij
seruauerint primum quia de dictis decem solidis illis satisfecerint, non
tamen seruauerunt secundum: quoniam non seruarunt illos indemnes
in dictis decem solidis, cum fuerint per sententiam compulsi restituere
medietatem illis mercatoribus qui vigore represaliarum in vrbe con-
cessarum fuerunt compulsi soluere creditoribus dictorum Antonij ⁊ so-
ciorum degentibus in vrbe. ad hoc quod leg. ⁊ no. in l. nam ⁊ seruius.
ff. de neg. gest. ⁊ l. licet. ff. nau. cau. stabu. ⁊ l. qui sic soluit. ff. de solutio.
Nec habet obstare si dicatur ꝙ dictis Antonio ⁊ sociis non fuit denū-
tiatum, vt eos defenderent aduersus illos mercatores: quia ex quo scie-
bant litem motam non erat opus alia denuntiatione: cum qui certus
est amplius certiorari non oportet l. i. ff. de actio. empt. ⁊ in reg. qui cer-
tus. de regulis iur. lib. vi. facit quod in simili leg. ⁊ not. in l. si superatus.
1 ff. de pigno. ⁊ in l. sepe. ff. de re iudica. ⁊ vbi leg. ⁊ nota. qđ sententia lata
contra debitorem scientem preiudicat creditori scienti ⁊ tacenti, licet si-
bi non fuerit aliquid nunciatum: ⁊ ita econtra in sententia lata contra
creditorem, vt preiudicet debitori: ita cum omnem denuntiationem
debuit vltro comparere, ⁊ causam defendere. ita dicendū in proposito.
¶ Preterea ⁊ secundo dicti mercatores Florentini fuerunt detenti. et
exacti propter represalias concessas in vrbe in odium Antonij ⁊ socio-
rum. ergo redeuntes Florentiam potuerunt iuste habere regressum cō-
tra illos. argumen. in l. si merces. §. culpe. ff. loca. quod aperte videtur te-
nere Barto. licet non multum firmet in l. ij. in fin. ff. de verbo. obligatio.
frustra ergo allegatur qđ lis non fuit denuntiata dictis Antonio ⁊ so-
ciis: cum in omnem euentum ipsi tenebantur, ⁊ fuissent condemnati. exi-
gitur enim presentia propter defensionem, que potuisset competere, sed
in casu nostro nulla competebat defensio: ergo defectus denuntiationis
non eos habet releuare. ad quod not. Bald. in l. res iudicata. C. quibus
res non nocet. ¶ Tertio adduco. l. fina. C. de bonis autho. iudic. possi-
den. ⁊ l. cum vnus. eod. titu. in quibus iuribus patet qđ misso in posses-
sionem per pretorem vno ex creditoribus, omnes videntur missi, ita quod
alij possunt vti beneficio immissionis. cum ergo beneficio syndicorum
creditores Florentini habuerint bona dictorum Antonij ⁊ sociorum,
ergo potuerunt creditores vrbis, vel mercatores illorum nomine age-
re directe contra illos creditores petendo partem: nec fuit opus denun-
tiare dictis Antonio ⁊ sociis: quia bona iam translata in dictos credi-
tores petebantur, ⁊ non agebatur actione personali. vel alia, que saltem
secundario ageretur contra ipsum Antonium ⁊ socios: nō ergo potest
dici illos creditores Florentinos, qui fecerunt compositionem habuis-
se integra decem: cum, vt dixi, iure ⁊ iudice disponentibus alij credito-
res vrbis concurrerent in illorum parte. ¶ Quarto contra dictos An-
tonium ⁊ socios facit, quia Bossus vnus ex sociis interuenit compositio-
ni facte Rome, cum creditoribus degētibus Rome, ⁊ illam appro-
bauit. ergo alij tenebantur ad obseruantiam ad hoc quod leg. ⁊ not. in
l. i. ff. de exerci. ⁊ l. eadem. ff. de duo. reis. ⁊ per Bald. in tracta. de consti-
tu. ¶ Sed his non obstantibus contrariam sententiam in casu nostro
arbitror preualere. Mouent me plura in hanc sententiam. Et primo ne-
gari non potest, quin dicti Antonius ⁊ socij adimpleuerint primā par-
tem promissionis: quoniam dictis creditoribus satisfecerunt in decem
pro libra, iuxta compositionem: nec hoc reuocatur in dubium. videndū
ergo restat an adimpleuerint secundam promissiōis partem: qua certus
scilicet promiserunt illos creditores conseruare in illo decem solidis
pro libra, aduersus quemlibet alium creditorem, in cuius dilucidatio-
ne oportet indagare quid importent illa verba: quod conseruabis eos
⁊c. Et profecto illa verba possunt prima fronte habere tres intellectus
sicut in simili questione not. Barto. in l. stipulatio ista. in principio. ff. de
verborum obligationibus. in questione illius, qui promittit emptorem
defendere contra omnem personam de iure ⁊ facto. Possunt enim illa
verba tribus modis intelligi. Primo, vt si moueatur lis in iudicio, ⁊
cum. atur de iure vel facto. Secundo modo intelligi de facto: vt scilicet
in iudicio faciat ea que facti sunt, vt assistere apud tribunal iudicis,
producere testes, facere expensas: ⁊ similia. Tertio modo possunt in-
telligi de iure et de facto: hoc est armata manu resistere, et recuperare.
Iste tamen modus vltimus, quia non venit ex natura contractus non
placet Bartol. vt sic ad hunc sensum hec verba reducantur: ad hoc bo-
nus tex. in l. finali. C. de actionibus empto. ⁊ vendi. sed ad priores mo-
dos precedentes, ita possumus dicere in casu nostro vbi minus pro-
misit, vt scilicet non intelligantur illa verba, vt de facto conseruet eos
in illis decem solidis: sed eos defendendo in iudicio seu illis assisten-
2 do. Certumq; est quod his qui tenetur ad defensionem alterius non
tenetur se offerre liti: licet sciat illam motam: sed oportet vt sibi denun-
tietur sicut dicimus in venditore, qui tenetur defendere emptorem. nec
sibi imputatur si sciuit litem motam, ⁊ cum non defendit, si sibi non fuit
denuntiatum: in hoc enim casu requiritur denuntiatio non ad effectum
simplicis scientie inducende, sed ad actum defensionis explicāde. vt no-
tat Specu. in titulo. de emptio. et venditio. in fine. et hoc sequitur ibi
Joannes andr. in additio. et Bartol. in l. denuntiasse. ff. de adulteriis.
⁊ in l. emptor. C. de euictio. sequuntur cōmuniter moderni in c. final. de
emptio. ⁊ vendi. nam emptor forte confisus de iure suo, ⁊ industria per-
sone non curat denuntiare venditori, nec per consequens venditor tene-
tur ire ex quo ille eum non requirit: ita ad ꝓpositum creditores hic po-
tuerunt confidere de iure eorum, ⁊ industria personarum. ideo nō cura-
runt requirere Anto. ⁊ socios qui promiserunt eos conseruare aduer-
sus quemlibet

fus quelibet credit.rem:ergo nec ipsi sponte tenebantur ire: non ergo
fecerunt contra suā ꝓmissionē:nam tenebantur conseruare ⁊ defendere
eos si fuissent.s.requisiti:imputandū est ergo illis creditoribus qui re
quisitionem ⁊ denuntiationē debitam nō fecerūt.ad hoc vltra alios ad
5 duco bonum tex.in.c.i.de noua fide.forma.vbi videtur probari,† ꝙ ꝑ
mittens aliū adiuuare seu defendere,nō tenet adimplere promissionez,
quantūcūq sciat illum indigere auxilio,nisi fuerit requisitus. et illum
tex.dicit ibi Bal.menti ad hoc tenendū.facit ad idem qđ legi.⁊ not.in
c.brem.de iureiurā.❡ Scdo principaliter moueor vbicunq quis vna
ste fuit exactus ꝓpter aliū,nō habet regressum ↄtra illū,in cuius odiū
fuit exactus,si illius factum non erat ad hoc ordinatū.ad hoc glo.not.
quam sequitur ⁊ not.Bar.in.l.nam ⁊ seruius.i.rńso.ff.de neg.gest.facit
optime glo.in.l.si quis dolo.§.i.ff.de re iudi.sed in casu nostro illi merca
tores Florentini iniuste fuerunt exacti,⁊ detenti: quia represalie non
fuerunt iuste cōcesse.forte enim papa cōcessit ad falsam alterius sugge
stionem.nam vt mihi in facto suppōnit,officiales Florentini requisiti
super satisfactione fienda mercatorib⁹ vrbis rńderunt.ꝙ parati erant
iustitiā facere:⁊ ea aliter non postulata fuerūt represalie concesse ꝙ de
iure fieri non potest.sunt enim repsalie odiose ⁊ in defectū iustitie solum
cōcedēde.vt legi.⁊ not.in.c.vnico.de iniur.lib.vi.⁊.xxiii.q.ii.dominus.
per Inno.in.c.dilectus.de appel.Jo.and.super reg.non est sine culpa.
de reg.iur.lib.vi.in merca.⁊ latius per Bar.in trac.represaliarum.vbi
inter cetera requirit ad earū iustitiā,ꝙ primo debeat requiri iudex or
dinarius vt iustitiā faciat ⁊ eo recusante superior,⁊ deinum in superio
ris defectū,potest alienus iudex,⁊ dńs represalias cōcedere:sed in casu
nostro non constat de iustitia denegata:quinimo constat de opposito
per rńsionem officialium.Item per responsionem domini Florentini
quatenus fuit prouisum,ꝙ si forenses nollent stare compositioni facte
cum creditoribus Florētinis,ꝙ fieret eis iustitia sm leges imperiales.
ergo nō habebāt dicti mercatores regressum contra dictos Antoniū
⁊ socios:seu contra mercatores Florētinos.fuerunt ergo dicti credito
res iniuste condēnati:ergo eis imputandum,tum quia non denuntiaue
runt Antonio ⁊ sociis:tum quia per iniuriam fuerūt condēnati.ad hoc
l.si per imprudentiām.ff.de euic.⁊.d.l.emptor.C.eo.ti.⁊.c.si.de emp.⁊ vē
di.❡ Tertio facit principaliter quia ex alio capite nullam actionem ha
bebant dicti mercatores qui fuerant in vrbe exacti contra creditores
Florentinos:nam illa decem pro libris receperāt:vel in causam iudicati
per manus syndicorum,vel vigore cōpositionis facte cū debitorib⁹:q
bus casibus cum transiuerit recta via dominiū in eos non poterant in
quietari ab aliis creditorib⁹ non habentibus hypothecā anteriorem
sed personalem actionem,vel hypothecam posteriorem.vt plene not.p
Barto.in.l.cum vnus.ff.de bo.aut.iudi.possi.⁊ in.l.a diuo pio.ff.de re
iudi.vnde in istis casibus non habēt locum iura superius alle.⁊.l.fin.C.
de bo.autho.iudi.possi.⁊.d.l.cum vnus.quia solum loquuntur in preto
rio pignore,non autem in solutione facta ab ipsis creditorib⁹:vel in re
bus datis in causam iudicati.vt voluit Bart.⁊ bene in locis preall.Nec
obst.si dicatur ꝙ vigore ꝓuisionis domini Florentini debebāt forēses
concurrere in executione illius cōpositionis:quia respōdeo prouisionē
fuisse factam erga forenses:duobus tamen concurrētibus.Primo qđ
huic cōpositioni ipsi consentirent.Secundo si vellent,ↄtribuerēt bona
existētia in societate Romana:sed si ipsi creditores requisiti noluerunt
consentire,nec bona contribuere,ergo remāserūt ab alio periculo refor
mationis,⁊ prouisionis:vt scilz eis ius fieret sm leges imperiales:nam
vna via electa,non potest ad aliam rediri.l.sicut.ff.de seruit.facit.l.qđ in
heredem.§.eligere.ff.de tribu.⁊.c.vt quis duas.de elec.lib.vi.Et ꝑ hoc
potest tolli,qđ opponit per dictos creditores:scz qđ officiales seu syn
dici non seruarunt in disponendo formā statuti:nam hoc nihil ad rum
bum.nam cōpositio fuit facta cum creditorib⁹,vt haberent decem pro
libra:⁊ dńum Florentinum disposuit ꝙ si creditores forenses nollēt cō
positioni acquiescere,vel bona contribuere,quod fieret eis ius sz leges
imperiales:vnde eis nolentibus,licite potuit vigore cōpositionis illis
distarat Florentinis satisfieri.Item statutum nō loquitur de cōpositio
ne inter soluentem ⁊ creditores interueniente.❡ Sed in casu nostro in
teruenit cōpositio,⁊ vigore compositionis fuit facta solutio decem soli
dorum pro libra.vnde sumpsit vim illa solutio potius ex facto partiuz,
approbata,⁊ confirmata per dominū Florētinum,ꝙ ex forma alicui⁹
statuti:nec potuerūt dicti creditores forenses se iuuare ex forma cōpo
sitionis,cum ipsam impugnauerint a principio.reg.ex eo.de regul.iur.
lib.vi.Quare ex omnibus predictis concludo dictos creditores non ha
bere regressum contra Antonium ⁊ socios vigore compositionis nō ser
uate:quia,vt patet ex predictis,eam quantum in eis fuit seruauerunt.
Non obstant argumenta superius formata.Et primo satis fuit respon
sum ad id,ꝙ dicitur de scientia:quia non sufficit hoc casu scientia:sed re
quiritur denuntiatio:⁊ maxime,quia imputandum est illis creditorib⁹,
qui non appellauerunt ab illa sententia iniusta.Nec obst.l.sepe.cum si.
quia illa procedit quādo actio vel defensio primo loco mihi cōpetebat,
⁊ passus sum sequētem agere,seu quando principaliter agebatur de re
mea.Sz in casu nostro actio vel defensio primo loco ꝑtinebat ad ipsos
creditores:cum dominium pecunie solute in eos prorsus simpliciter trā
siuerat:⁊ sic agebatur de re ipsorum:⁊ defensio primo loco ⁊ principali

ter ad eos pertinebat. Antonius vero ⁊ socii solum tenebātur eos in il
lis conseruare,⁊ defendere:sicut in simili cum agitur contra emptorez.
nam actio realis dirigitur in possessorem:venditor autem solum habet
assistere emptori,⁊ defendere.vt.l.i.C.vbi in rē act.Non obst.secunduz:
dico enim procedere quando represalie iuste fuissent concesse. Quin
imo etiam si iuste dubitabatur,an exactus possit agere cōtra debitorez
principalem,cum represalie concedantur propter factum domini nolē
tis facere iustitiam,⁊ non propter factum debitoris non respondentis.
Et ideo Bart. in tractatu represaliarum.prope fi.vbi melius examina
uit hanc materiam,dixit illum exactum debere petere,vt actiones sibi
cedantur cōtra debitorem:⁊ sic illarum vigore postea agere:⁊ ad illum
tractatum se remittit Bar.in.d.l.nam ⁊ Seruius. Sed in casu nostro
hoc fuit omissum:tum quia nō apparet de cessione actionum:tum quia
non fuit actum contra debitores:scilicet Antonium ⁊ socios: sed con
tra creditores,contra quos nulla competebat actio:nec propter illorū
odium fuerunt represalie concesse.nec est verum ꝙ in omnem euentum
illi succubuissent:quia nego hoc.nam illa solutio facta creditoribus,nō
fuisset reuocata:sed aliter forte cum illis conuenissent.Ad tertium ar
gumentum satis.s.fuit responsum.Ad quartuz ⁊ vltimum respondet,
ꝙ dossus desinebat esse socius tempore illius approbationis,cū omnes
cessissent foro.⁊ sic non potuit per factum suum aliis preiudicare.vt.l.i.
C.de transac.⁊.C.res inter alios acta.per totum.

❡ Consilium.l.

1 ☞ Fratres ⁊ sorores excluduntur a successione fratrū incestuosorum.
2 Pater non potest aliquid dare de iure ciuili filiis spuriis,⁊ incestuosis.
3 Frater sicut tenetur alere sororem inopem,ita tenetur eam dotare.
4 Materia vbi non est proportionabilis,nisi filiis,appellatione heredum
veniunt solum filii.

Videtur primo dictū ser Jo
ānez debere succedere dicte Constantie vxori:quia deficien
te legitima,vel naturali successione,maritus succedit vxori
ab intestato.vt.l.vni.a.C.vnde vir ⁊ vxor.sed in casu nostro deficiebat
legitima,vel naturalis successio:quoniam dicta Constantia erat nata
ex incestuoso,⁊ damnato coitu:⁊ per consequens non poterat dici natu
ralis:vnde parentes sibi non succedunt,nec ipsa parentibus:sunt enim
tales indigni omni beneficio legali,vt in authenti.quibus modis natu
rales efficiuntur legitimi.§.fina. vbi videtur probari.facit quod not.
Bar.in auth.si qua illustris.C.ad orficia.in.l.si gener.ff.de his quibus vt
indi.nec potest dici ꝙ domina Gratiosa dicta soror ex eadem,necesse de
beat sibi succedere:quia vt predixi,cum sint iste mulieres nate ex inces
tuoso coitu,non possunt inter se dici agnate,vel cognate:cum non me
reātur appellari filie:vt habet in.d.auth.⁊.xxxv.q.vii.in.c.vnico.⁊ quod
inter se non succedāt tales,sentit Dy.in tract.suo de succes.ab inte.⁊ vi
1 di in hoc ops.solēnis doctoris:⁊ ꝓ ea facit,† nā si pater ⁊ mater excludā
tur a successione talium filiorum quia non debent tales nuncupari filii:
fortius debent excludi fratres ⁊ sorores:cum isti non dicantur cōiun
cti,seu agnati,vel cognati,nisi ex persona parentū.ad hoc facit qđ in
simili voluit glo.sing.in.l.ii.ff.vnde cogna.Tertio dictus ser Joannes
maritus debuit sibi succedere:cum cesset hoc casu omnis legitima vel
naturalis successio.❡ Sed his nō obstātibus arbitror dictū ser Lau
rentium patrem dicte Constantie iuridice dicta bona data in dotem
dicte Constantie ad manus suas reduxisse:quia ad eum tāquā ad pa
trem:⁊ non ser Joannem tanꝙ maritum illa bona erant deuoluenda.
2 Moueor principaliter,† quia de iure ciuili pater nō potest aliquid do
nare filiis spuriis ⁊ incestuosis. Sunt enim indigni omni substātia pa
terna:vt in auth.ex complexu.C.de incest.nupt.De iure vo canonico ex
equitate naturali fuit inductum.vt deberent ali,vt in.ca.cum haberet.
de eo qui duxit in matrimonium.Et per illum tex.dixit notanter Barto.
in dicta auth.ex cōplexu.⁊.d.l.si gener.ꝙ ratione alimētorum potest pa
ter relinquere aliquid talib⁹ filiis incestuosis.Item dotare filias:quia
cum causa dotis non sit minus fauorabilis,ꝙ causa alimentorum, po
test pater dotare,quemadmodum ⁊ alimenta prestare.facit quod in si
3 mili notat Cyn.in.l.non ex omni.C.de administra.tutorum.† vbi dixit
quod sicut frater tenetur sororem inopem alere.vt.l.cum plures.ff de
administra.tutorum.ita tenetur eam dotare.Potuit ergo legitime di
ctus ser Laurentius dictam Constantiam filiam incestuosam iuridi
ce dotare:sed ea mortua sine liberis,dos debet ad eū redire quia dos
succedit hoc casu loco alimentorum,ad que pater tenebatur. ea ergo
mortua cessante causa alimentorum:⁊ per cōsequens illa bona debent
redire ad patrem:non enim potuisset dictus ser Laurentius,etiam si
expresse voluisset donare dicta bona filie incestuose,per iura predicta:
sed solum potuit donare in vita ipsius Constantie ratione alimento
rum:potuisset tamē illi donare in vita ⁊ post mortem suam sine filiis,
si qui futuri essent.nam filiis filie incestuose bene potest auus donare
vt in.l.finali.C.de naturalib. liberis. Et hoc notauit Baldus in.d.l.si
gener.vbi predicta satis aperte sentit.Et ideo in casu nostro recte po
tuit dictus ser Laurentius stipulari,vt soluto matrimonio dos restis
tueretur Constantie vel heredibus suis. Debent enim intelligi illa
verba,vt Constantie restitueretur in vita sua pro causa alimentorum.

Appellatione vero heredum intelliguntur hoc casu liberi tantum ipsius
4 Constantie: † quia vbi materia non est proportionabilis, nisi filius, ap
pellatione heredum veniunt solum filij. vt not. in. l. gallus. ff. de liber. et
post hu. non extantibus ergo filijs dicte Constantie illa bona debebant
reduci ad dictum ser Laurentium, vnde fuerunt prouenta. Non obstat
contraria superius formata. procederent enim si illa bona dotalia non
fuissent prouenta a patre, sed aliunde dicte Constantie fuissent acquisi
ta. tunc enim fortis crederem maritum preferendum. Sed in casu nostro
debent redire ad patrem, non iure successionis: sed iure reuersionis, et ex
causa cessante quia vt dixi, cessante ea mortua alimentorum causa. Ma
ter autem vel soror nihil possunt petere: tum quia nō sunt vocāde agna
te vel cognate ratione predicta: tum quia dicta Cōstantia non poterat
habere illa bona, nisi in vita sua. Et ex predictis infertur q dictus ser
Laurentius potuit dicta bona in alium alienare, et ille in quē facta fuit
alienatio, potuit donare illa hospitali: quia rei sue quilibet est legitim⁹
moderator et arbiter: maxime in donando ecclesijs et hospitalibus. vt in
l. j. C. de sacrosanct. eccle. et. l. in re manda. C. manda. et in capitul. de his.
de sepulc.

¶ Consilium. lj.

1 ¶ Totus orbis est territorium imperatoris.
2 Publicatione bonorum simpliciter facta, intelligitur de bonis presen
tibus, non de acquirendis in futurum.
3 Interpretatio in dubio semper debet fieri contra eum, qui fundat intē
tionem suam super pacto.
4 Jurisdictio prorogata per metum corruit ipso iure.
5 Recessus a iure communi est odiosus.

AD dilucidationem illius cō-
certationis, an municeps terre Scarlini capi licite potuerit
in dicta terra Scarlini per officialē dogane salis terre Plū
bini, ad effectum vt puniatur, et iudicetur per officiales super sale depu
tatos per magnificum dominum Gerardum Plumbini dominum in
dicta terra Plumbini, Inuestigandum est principaliter quam potesta
tem habeat dictus dominus Plumbini in terra seu cōmunitate Scar
lini. Si enim illa terra fuit dicto domino commissa duntaxat, nec aliter
in eum merum et mixtum imperium extitit translatum, tunc questio non
habet tantum dubium: quia licet vnum castrum, vel ciuitas alteri recō
mittatur: non per hoc talis terre populus desinit esse liber, vt pri⁹, etiā
si soluat ei, cui se recōmisit, in signum maioritatis pallium, vel quid simi
le, puta si eligat potestatem de terra sua: vt contingit in casu nostro, vt
not. Barto. in. l. non dubito. ff. de capti. Videtur enim per talem recom
missionem recipere eos sub sua protectiōe, vt sc3 eos protegat, et defen
dat: per quem actum non datur iurisdictio nec iuri alicuius detrahitur:
vt no. plene per Barto. in. l. j. C. de excu. mu. lib. x. vbi plus sensit, q etiā
si committatur protectioni et regimini, non per hoc transfertur merum
aut mixtum imperium. arg. illius. l. licet hoc vltimum sit magis dubita
bile per illud verbum regiminis: quod non curo aliter inuestigare: cum
hoc vltimum non faciat ad nostrum propositum. Sed primum, de quo
etiam per Bart. in proe. ffororum. in ver. item dicitur. Ad idem qd leg. et
no. in. c. recipimus. et. c. ex parte tua. de priuile. Et hoc presupposito du
bium presentis questionis insurgit ex tenore illius cōuentionis post di
ctam recōmissionē inite inter dictum dñm, et cōmunitatem Scarlini, in
eo qd inter cetera ad propositū fuit inter eos solēniter cōuentum, et sta
bilitum, q dicta cōitas et homines Scarlini non possent, vel debeant
deinceps in futurū vllo tēpore, vel modo, habere, vel recipere, vel eme
re aliud sal ab alia persona, cōmunitate, vel loco, vel vniuersitate, in ali
qua alia terra, vel loco, preterq̄ ab ipso magnifico dño, et sal ipsius ma
gnifici dñi sub pena, et ad penā in statutis et ordinamentis dicti magnifi
ci domini de dicta materia, seu de veto salis quomodolibet disponenti
bus contenta et c. Certum est autē, q ex quo terra Scarlini erat libera,
neminē in dñm recognoscēs, potuit se in hoc, et in alijs subijcere iurisdi
ctioni et statutis dicti domini. iuxta no. per Bald. in. l. decernimus. C. de
sacrosan. eccle. et per Bar. in trac. de tyrann. Sed in statutis dicti domi
ni de hac materia loquētib⁹, inter alia disponit, q officiales dogane sa
lis p̄sentes, et futuri. possint omnes et singulos vendētes, aut emētes sal
quomodocunq; in damnum dogane salis ipsius magnifici dñi, et alios
quoslibet culpabiles quoquo modo circa materiā salis punire, condem
nare, seu mulctare pecuniariter, seu realiter ex arbitrio eorū, prout eis
discretū esse videbitur et c. ergo dictus municeps terre Scarlini potuit
capi in terra Scarlini vt puniatur per dictos officiales: que pena venit
imponenda s̄m arbitrium dictorum officialiū: alias autem non seruare
tur statutum dicti domini in hac materia disponens: cum illud statutū
non imponat precise certam penam: sed disponat imponendam ad illo
rum arbitrium: debet ergo seruari totum, cum sit vnum factum qualifi
catū. arg. in. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. et in. c. si. de restit. spol.
et qd in simili not. Bar. in. l. aurelius. §. idem quesit. ff. de libe. leg. et in. l.
si quidem. C. de excep. et per Jo. and. in. c. j. de confes. lib. vi. Et hūc intel
lectum multum suadent illius cōuentionis verba. dum dī, quomodoli
bet disponētib⁹ et c. Qualitercunq; ergo statutū disponat de pena, seruā
dum est. l. j. ff. de pac. Si vero in dictum dñm Plumbini fuerit transla

ta omnimoda iurisdictio circa dictā terrā Scarlini, tunc casus videtur
magis clarus intentioni officialium: quia l3 territoria sint diuersa respe
ctu officialium vtriusq; terre, tamen respectu domini vtriusq; territorij
1 vnum potest dici territorium. † Simile patet in imperatore, qui licet di
uiserit territoria per prouincias, et diuersa regimina, et prohibuerit ne li
ceat vni violare alterius territorium. C. vbi de crimi. agi opor. per totū.
iuncta aut. qua in puincia. eod. titu. et aut. de defen. ciui. et in aut. vt nul.
iudi. et. ff. de offi. p̄si. per totū. maxime in. l. ij. cum multis simi. vnde ipse
imperator potest astringere quēlibet per vniuersum orbem: quia totus
orbis est sibi vnum territoriū: hinc dī mundi dñs. l. bene a zenone. C. de
quadri. p̄scrip. et. l. deprecatio. ff. ad le. rhod. de iac. et clarius ad ppositū
probat in cle. pastoralis. de re iudi. vnde in eo h3 locū illō, vbi te inuene
ro, ibi te iudicabo. vt no. in. c. fi. de fo. compe. et in. l. ij. C. vbi de crimi. agi
opor. Similiter in papa respectu spiritualiū. vt in. c. cūcta per mundum.
et. c. per principalē. ix. q. iij. Et in epo respectu sue diocesis, vt possit in
qualibet parte ipsius sedere pro tribunali: et iudicare de negotijs toti⁹
diocesis. vt in. c. cū epūs. de offi. ord. li. vj. et in legato habēte sub se plures
puincias: pōt eni de facto vni⁹ iudicare in altera: quia non excedit limi
tes sue iurisdictionis, vt in. c. nouit. de offi. leg. Jta dicam⁹ in casu nro:
licet eni ex pacto terra Scarlini habeat ptātē, et sic merū et mixtū impe
riū: nō tn̄ tollit quin dñs ipse possit p se, vel suos, officiales de certis cau
sis cognoscere in terra Plūbini, etiā gestis in terra Scarlini, cum respe
ctu ipsi⁹ vnicū sit cēsendū territoriū. Similiter videm⁹ in papa, q in cau
sa fidei deputat inqsitores p totā christianitatē, vt possit iurisdictionē
exercere cōtra hereticos: l3 epis nō liceat extra suas dioceses. et possunt
mandare dicti inquisitores in causa fidei suspectos capi: et ad dicta loca
per ipsos puniēdos duci. vt in. c. inqsitionis. de her. lib. vj. Et preserti
hoc dicendū videt in casu nostro, in quo vna cum iurisdictione vniuersa
li concurrit pactum speciale, de quo. s. ¶ Sed his non obstātib⁹ 3ria
sniam in casu nostro arbitror veriorē. Et primo si teneamus, vt in facto
mihi p̄supponit, q dicta terra Scarlini sit recōmissa dūtaxat dicto do
mino: casus videt mihi satis clar⁹: quia cessat iurisdictio in dicta terra
et suis habitatorib⁹: vt. s. in prin. dixi. Unde solū restat tollere obstacu
lum dicte cōuētionis seu pacti. Ad qd rndeo multipliciter. primo q in
pacto nō subiecit se dicta terra statutis suis editis et edēdis: sed simpli
ter obligauit se ad penā in statutis dicti dñi cōtentā: vbi autē quis obli
gat se indefinite ad statuta, et est res grauis p̄iudicij, nō intelligit de sta
tutis edēdis in futurū: sed solū de editis existentib⁹ tempore obligatio
nis. hec est no. theorica Bart. in. l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ff. de
ver. oblig. pro qua opti. facit tex. in. c. pe. de iu. et aperte sentit ibi Hosti. et
2 facit tex. in simili in. l. si mādauero. §. is cuius. ff. māda. vbi dicit, † q pu
blicatione bonorū simpliciter factā, intelligit de bonis p̄sentib⁹: non au
tem de acquirēdis in futurū. cui concordat tex. in. c. felicis. §. verū. de pe.
li. vj. sec⁹ vbi ageret de modico p̄iudicio: nam tūc appellatione bonorū
venisse bona tam p̄sentia q̄ futura, vt. l. si. C. que res pi. obli. pos. que le
ges reducunt cōiter ad 3cordiā p distinctionē prime factā. ita dicēdū
in casu nostro: cum eni hec sit res grauissimi preiudicij, si homines terre
Scarlini possent capi de dicta terra, et duci vt puniant per officiales ex
traneos in terra Plūbini: et sic vt violet eorū territoriū, non d3 intelligi
illud pactū in statutis edēdis, sed editis. Cum ergo illa reformatio dñi
Plūbini, vt illi officiales cognoscāt, et puniant et c. superuenerit post illud
pactū, nō vēdicat sibi locū 3 hoies Scarlini. Et sum⁹ in materia in qua
d3 fieri stricta interpretatio. vt in reg. odia. et in reg. in penis. de regu. iur.
lib. vj. et in. l. interpretatione. et. l. si preses. ff. de penis. et optime facit. l. quic
quid astringēde. ff. de ver. obli. et adhuc melius facit. l. veterib⁹. cum ma
3 teria sua. ff. de pac. vbi inter cetera no. Bart. † q in dubio semper debet
fieri interpretatio 3tra eū qui fundat intētionē suā sup pacto: quia d3 pa
ctum clare pbare ex quo sup illo se fundat. vt. l. nō nudis. et. l. nō epistu
lis. et. l. nec natales. et. l. matrē. C. de pba. Sed in casu nostro dñs seu of
ficiales dogane salis fundāt intētionē suā sup illo pacto: ergo in dubio
debet cōtra eos fieri interp̄tatio, et dubia pbatio non releuat probantē
vt in. c. in p̄sentia. de prob. Preterea p̄supposito sine veritatis preiudi
cio et nō cōcesso, q illud pactū traheret ad statuta postea edēda, nihilo
minus non sequit q municeps Scarlini cōmittens fraudem circa do
ganam salis possit capi de dicta terra, et duci ad terram Plumbini: q
pactum fuit factum respectu pene dūtaxat: non autem respectu iudicis
extranei. obligauerūt enim se ad penā in statutis contentā: et ideo satis
est q puniat pena contenta in statutis dicti dñi: non autē debet ita ampli
re interpretari: vt etiā per hoc possit violari territoriū dicte terre Scar
lini. pacta enim debēt stricte intelligi, p̄sertim cum deuiant a dispositio
ne iuris cōis. d. l. quicquid astringēde. ff. de verb. obli. et. d. l. veteribus. et
opt. facit. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. vbi dicitur, q pactum factū
in vna re non noceat in alia p̄sertim in casu nostro hoc seruandū est, vbi
agitur de prorogāda iurisdictione alterius iudicis cum violatione alte
4 rius territorij: exigit eni cōsensus clarus et liber. † Hinc est q vbi regu
lariter gesta per metum tenent: iurisdictio tamen per metum progata
ipso iure corruit: quia vt dixi, in tali consensu exigitur consensus liber et
clarus. vt in. l. ij. ff. de iudi. et debet fieri interpretatio contra dominum,
quia debuit legem et pactum apertius dicere: vt in dictis iuribus no. nō
enim debet fieri interpretatio per quam multis legibus derogetur
vt leg. et

5 vt leg. & no. in l. si quando. C. de inoffi. test. Omnis enim recessus a iure
cōmuni est odiosus, & stricte interpretandus. vt in c. i. & ij. de filijs presby.
lib. vj. Item est q statuta intelligenda sunt stricte q fieri potest, vt mi
nus per ea ledatur ius cōmune. vt in c. cum dilectus. de consue. & l. ij. C.
de nona. per Inno. in c. causam. de rescript. & Bart. in l. omnes populi.
ff. de iusti. & iure. & maxime in casu nostro debet fieri stricta interpretatio
ne ledatur pactum generale prius factum, vt terra Scarlini habeat po
testatē, & merū & mixtum imperiū de per se. arg. in l. non ad ea. ff. de cond.
& demō. & fac. c. veniens. de pscrip. Nec ob. si dicat interpretationem con
trariam cōgruere iuri cōmuni, cum ratione delicti sit fienda remissio ad
locum delicti. vt in auf. vt nul. iud. §. si quis vero compreheñsus. & in cle.
pastoralis. de re iudi. Ad hoc enim rñdeo dupliciter. primo q delictū
illud non fuit factum in territorio Plumbini: licet fundauerit pp̄ter
pactum initum cum terra Scarlini gabellam seu doganam salis terre
Plumbini: & ideo non est remissioni locus: licet enim quis delinquat in
rem alicuius loci, ex quo delinquit extra territoriū ipsius loci, nō potest
conueniri ratione delicti in illo loco. vt not. doct. in c. postulasti. de foro
compe. & Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. Preterea presuppo
sito q delictum fuisset cōmissuz in territorio Plumbini: tñ remissio ho
die est sublata per cōtrariam consuetudinē que valet, ex quo delictum
pōt puniri in loco domicilij. vt no. Io. and. & Calde. in c. i. de raptor. Si
vero presupponatur dominos Plumbini habere iurisdictionem in ter
ra Scarlini: tunc licet casus sit magis dubitabilis, nihilominus idē qd
s. proxi. dixi, putarē cōcludendū vt dicta captura fieri nō potuerit: nec
officiales doganē habere iurisdictionem contra illum. Moueor prin
cipaliter, quia dicta terra Scarlini voluit per pactum habere merum &
mixtum imperiū in dicta terra, & officialē proprium, qui habeat iurisdi
ctionem exercere: quod quidē pactum omnino est seruandum, nec pōt
violari per dominū Plumbini etiam si habeat ibidem iurisdictionem:
quia etiam princeps ligatur ex cōtractu etiam cum subiecto inito. vt in
c. i. de pac. & presertim in casu nostro, in quo tēpore pacti erat dicta ter
ra Scarlini omnino in sua libertate. ad hoc qd legi. & not. maxime per
Bart. in l. penul. ff. de decre. ab ordi. faciē. & pactum initum cum domi
no habet quoad subiectos vim legis. l. cesar. ff. de publi. & l. penul. C. de
dona. inter vi. & vxo. Si etiā posset in facto salis trahere inde subditos,
& transferre iurisdictionem in alios officiales terre Plumbini: sic pos
set eadem ratione in alio casu: & sic posset ex dicta terra Scarlini tollere
merum & mixtū imperiū, qd nō est dicendū per supradicta. hoc etiā arg.
in simili questione facit Inno. in c. cum venerabilis. de censi. debet enim
virtute pacti ibidem cognosci de omnibus que ibi committuntur, vel p
suos municipes alibi: aliās autem dictum pactū annihilari. Et per hoc
tollitur qd dixi de imperatore & papa: isti enim distinxerunt territoria
propriā legibus, quibus ipsi non sunt astricti. l. princeps. ff. de legi. & c.
proposuit. de conces. preben. & solum respectu suorum officialium nō au
tem respectu potestatis eorum: ideo apud eos nō est territoriū distinctio
vt. s. dixi. sed secus in casu nostro. nam dominus Plumbini non est na
turalis dominus terre Scarlini, & ex pacto habet dicta terra vt possit si
bi eligere potestatem, qui cognoscat in ciuilibus & criminalibus: non er
go potest illius terre territorium violare rationibus predictis.

Consilium. liij.

1 Statutū municipale disponens q omnia instrumēta a certa sum
ma supra, debeant registrari in archiuo cōmunis, & si aliter fiat, tale in
strumentū nō sit alicuius valoris & efficacie: nec ex eo aliquid peti possit
&c. an extendatur ad forenses cōtrahentes in loco statuti, & faciētes ibi
dem instrumentum confici &c. protenditur istud dubium vsq ad nu. 6.
2 Statuta ciuitatis non possunt habilitare, vel inhabilitare forenses.
3 Testamenta debeat insinuari secundum leges, moresq locorum, in qui
bus insinuantur.
4 Statutum quo cauetur vt valeat testamentum coram tribus testibus
celebratum, extendit vires suas quo ad forenses ibidem stantes.
5 Statutum disponens super insinuatione testamentorum seu instrumen
torum, extenditur ad ecclesias, & ecclesiasticas personas.
6 Statutum ciuitatis an extendatur ad totum comitatum ciuitatis.
7 Ciuibus condemnatis videntur condemnati comitatus, nisi aliud ex
verborum dispositione appareat.

In qstiōe Raynerij de To

scanis tria, diuini numinis presidio inuocato, examināda ve
1 niunt. primo † an statutum municipale disponens, q omnia
instrumēta a certa summa supra, debeant registrari in archiuo cōis, & si
aliter fiat, tale instrumentū non sit alicuius valoris, & efficacie, nec ex eo
aliquid peti possit &c. extendatur ad forenses contrahentes in loco sta
tuti: & faciētes ibidem instrumentū confici, adeo qd instrumentum inter
eos ibidē confectū ipso facto non valeat, si non fuit registratū: vt in sta
tuto cōtinetur. Secundo psupposito q tale statutū extēdatur ad fo
renses modo pdicto: an dictum statutum concernat omnia loca, & castra
comitatus ciuitatis, in qua dictum statutū viget, vt si instrumentum in
comitatu factum non sit registratū modo pdicto, sit nullum. Tertio
an inspectis actis, & allegatis in dicta causa, sit sufficiēter probatum, q
castrum in quo dictum instrumentū dicatur celebratum, sit de comitatu
illius ciuitatis, in qua viget statutū. Venio ad primū: & videt primo
qd tale statutū non extendat ad forenses: quia tale statutū dicit ius p
prium ipsorum statuentiū. c. ius ciuile. i. dist. nec concernere potest non
subditos ex potestatis defectu. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & quod
leg. & not. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & l. si non speciali. C. de
testa. & c. ecclesia sancte Marie. de consti. & qd leg. & not. in c. a nobis. el
ij. de sen. excō. cum simi. Hinc aperte dixerunt Bar. & Bal. in d. l. cūctos
2 populos. † q statuta ciuitatis non possunt habilitare, vel inhabilitare
forenses, in territorio proprio statuentiū: vnde cōcludūt q si statuto ca
uetur, vt filiusfamilias possit testari, vel q non possit se obligare, vel q
quis non possit aliquid relinquere vxori, talia statuta non extenduntur
ad forenses: lz ibi velint testari, vel obligari, vel relinquere vxori. Sz
his non obstantib⁹ cōtrarium arbitror de iure pcedere in casu nostro. Nam
si verba dicti statuti bene pōderent, non disponit circa psonas, eas ha
bilitādo, vel inhabilitādo: quo casu pcedunt pdicta: sed potius dant so
lemnitatē actui exercēdo in eorum territorio: disponit enī statutū, vt in
strumētum debeat registrari in archiuo cōis, & aliter nō sit alicui⁹ effi
cacie: & sic dat formā instrumētis in territorio ciuitatis ɔficiēdis: & hoc
fit, ne fraus fiat: quam euitare spectat ad officiū eius in cui⁹ territorio
instrumenta conficiunt. arg. in l. congruit. ff. de offi. presi. & qd talis solē
nitas debeat seruari inter forēses ibidē instrumētū celebrari facientes,
3 videt tex. in l. ij. C. quēadmo. test. ape. vbi aperte dicitur, † q testamen
ta debent insinuari sm leges, moresq locorū, in quibus insinuātur. & sic
aperte patet q talis insinuatio cōcernit solēnitatē actus. Certūq est q
respectu solēnitatis actus debet seruari statutū, & cōsuetudo illius loci,
in quo actus geritur. l. i. C. de emā. lib. l. iij. ff. de testi. & l. si non speciali. C.
de testa. tenent cōiter doc. in l. cūctos populos. C. de sum. tri. in c. quod
clericis. de for. cōpe. facit. c. illa. & c. illud. xij. dist. & quod in eis nota. hoc
idem aperte sentit Bar. quasi in terminis nostris in d. l. cunctos popu
4 los. in versi. circa secundū. vbi † cōcludit, statutū, quo cauetur, vt valeat
testamentū coram tribus testibus celebratū, extendere vires suas quo
ad forenses ibidem testantes: quia sm eum cōcernit tale statutū solemni
tatem actus non tamen habilitat vel inhabilitat personas testantes.
Idem & apertius sentit Bal. in d. l. cunctos populos. vbi dicit, q quan
doq actus pducitur ad esse, qñq ad esse productus deducitur in iudi
cium. Primo casu debet seruari statutū loci disponens qualiter actus
producatur: quia cōcernit solennitatē actus. Secundo casu inspicit locus
iudicij. Ad propositū ergo cum dictū statutū disponat qualiter instru
mentum deducat ad esse, requirēs in hoc vt registret, & aliter factū, dis
ponit, vt sit nullius efficacie, debet indubitāter extendi ad forēses faciē
tes in loco instrumentū celebrari: non enī debēt peregrini violare statu
ta & mores ciuitatis. vij. di. c. que contra. maxime cū tendant ad impe
diendū actuum falsitatis, ne in loco statuentium cōmittatur: debet enim
domin⁹ loci operari qūtum potest, ne in loco suo falsitas cōmittatur. l.
i. C. de fal. mone. & quod leg. & no. per Barto. in l. ne quid. ff. de inc. rui.
5 naufra. quinimo Bar. plus voluit l. d. l. cūctos populos. scilicet † vt statu
tum disponens super insinuatione testamentorū, seu instrumento rū ex
tēdatur ad ecclesias, & ecclesiasticas personas: cū non disponat sup per
sonis vel ecclesijs: sz generaliter super solēnitate actus: licet respectu ec
clesiarum & personarū ecclesiasticarum dubitem de dicto suo: per id qd
no. Bal. in d. l. cūctos populos. & per d. c. ecclesia sancte Marie. & quod
ibi plene dixi, de consti. Et hec sufficiant quo ad primum. Concludo er
go q dictum statutum extenditur ad forenses in territorio statuētium
6 instrumentū celebrari facientes. Quo ad secundum, † an scilicet statu
tum ciuitatis modo predicto simpliciter disponens, extendatur ad to
tum comitatū ciuitatis: breuiter concludēdo credo q sic. Moueor pri
mo, quia vbi tractatur de regimine ciuitatis, & sic de populo, comitatus
dicitur de ciuitate: vnde omnia edificia que sunt in continentibus ciuita
tis, videntur esse in ciuitate. tex. est apertus in l. edificia. ff. de verborū
sig. Hinc alibi dicit tex. q qui in continentibus vrbis nati sunt, Rome
nati intelliguntur. vt in l. qui in cōtinentibus. ff. eo. ti. & alibi dicit tex. no
tabilis, q qui ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere cuius
reipublice vicus ille respondet. vt in l. qui ex vico. ff. ad muni. ad idem
c. i. de vsuris. lib. vj. iuncta glo. in ver. alienigenas. Ad idem tex. not. in l.
i. §. cum vrbem. ff. de offic. pre. vrb. vbi patet, q cōmisso regimine vrbis
venit non solum quod murorum ambitu continetur, sed etiam totus co
mitatus ciuitatis & sic aperte ibi patet, q comitatus regitur legibus ci
uitatis: cum ciuitas & comitatus reputentur vna vrbs. & ideo omnes co
mitatini dicuntur ciues ciuitatis in cuius comitatu sunt: vt in l. qui ex
vico. & d. l. qui in continentibus. no. Bar. in l. i. ff. ad municipa. & clarius
in l. non dubito. ff. de capti. vbi per illum tex. dicit notandum, quod ca
stra que sunt de comitatu alicuius ciuitatis, possunt proprie dici popu
lus, non liber, & homines illius castri dicuntur ciues illius ciuitatis. al
legat. d. l. qui ex vico. Vltimo adduco ad hanc sententiam notata
per Barto. in l. ij. ff. de verborum signi. vbi ex multis per eum ibi tactis
7 infertur, † q condemnatis ciuibus, videntur cōdemnati comitatini, nisi
aliud ex verborum dispositione appareat. alleg. l. ciuitatibus. ff. de lega
tis primo. & l. ciuitas. ff. si certum petatur cum simili. dicit etiam q qñ ci
uitas ponitur pro populo, tunc continentur comitatini. Cōcludo ergo
q nisi aliud probetur, satis est probata intentio instantis pro statutori

quia probato q castrū sit de comitatu ciuitatis debet regulari sm statu ta ciuitatis principaliter disponētia, cum de iure cōmuni castra nullam iurisdictionem habeant: sed subsunt ciuitati, in cuius territorio cōsistūt. iuxta no. per Inno. in c. cum ad sedē. de resti. spo. τ per Bar. in l. i. ff. de dam. inf. τ in casu nostro clarissime patet, q dictum castrū non habeat iurisdictionē, cum in occurrentib⁹ veniāt homines ad magistrum ciuitatis: vt patet in attestationib⁹: τ dicā latius in sequēti dubio. ¶ Condescendo ad tertiū, an sit sufficienter probatū, q dictū castrū sit de comitatu illius ciuitatis, vbi viget statutū. Satis credo q sic. ad quod induco tex. quasi apertū iuxta glo. ij. in c. cum olim. de censi. vbi gloss. aperte colligit ex illo tex. q ex quo cōtinetur in aliqua scriptura publica de finibus alicui⁹ ep̄at⁹, ei standū est donec pbet̄ ɔtrium, lʒ illa scriptura principaliter facta sit ob aliud: allegat pro concordantib⁹ multa iura in arg. sed inter cetera opti. fa. tex. c. cum causam. de pba. vbi patet, qd in finib⁹ ep̄atus pbandis, non requirunt̄ pbationes strictissime: cum ista facta antiquissima non possunt de facili pbari. l. si arbiter. ff. de pba. τ c. quid per nouale de ver. sign. vñ sufficit pbatio per famā, τ libros antiquos, τ alia adminicula: τ multa coniungunt̄ simul ad perficiendā probationem: iuxta illud. Et que non psunt singula, multa iuuant: vt ibi not. Et dicit qd illa glo. tenuit Inno. in d. c. illud. de psump. per doct. in c. fin. de suc. ab inte. vnde cum in casu nostro multis instrumētis publicis presertim pductis pro parte aduersa dicat̄, lʒ incidenter, q dictū castrū sit de comitatu illius ciuitatis, ei standum est donec pbetur ɔtrū, presertim cum assertioni instrumētorū concurrāt dicta testiū, que τ si plene per se non probēt: tñ negari non potest quin vehemēter adminiculentur, q cū assertione seu attestatione instrumētorū indubie debent plene probare: per id qd leg. τ no. in d. c. cum causam. maxime cum in casu nostro non agatur de proprietate castri: sed de modico preiudicio ad effectū: scʒ an debeat in casu nostro regulari sm statuta ciuitatis: vnde negari non potest quin tāta saltē oriat̄ psumptio, vt onus pbandi ɔtrium transferat̄ in aduersam partē: vt leg. τ no. in c. vt nostrū. de eccle. benefi. Et psertim vt dixi, cum instrumenta sint pducta per aduersam partē: nam pducēs videtur fateri cōtenta in instrumēto non solū quoad ea que principaliter ibi disponūt̄: sed etiā quo ad incidēter dicta τ enūtiata: vnde super verbis ibidē enumeratis potest dictus Raynerius fundare intentionē suā. tex. est apert⁹ τ no. in d. c. cum olim. Preterea τ vltimo testes dicunt qd viderunt homines illius castri venire pro pertinētib⁹ ad iurisdictionalia ad dictā ciuitatē: ergo dʒ psumi alio nō pbato, q aut sunt de districtu aut de comitatu: τ vtroq; casu est fundata intētio Raynerij p supradicta. τ q valeat hec argumentatio, videt̄ ex ipsis dictis doctorū in d. c. cum olim. nam vt ibi no. ista sunt cōuertibilia: ecclesia est in diocesi: ergo debet soluere iura ep̄alia: τ ecclesia tenetur ad ep̄alia: ergo presumitur in diocesi. facit c. i. de relig. domi. τ qd ibi no. ita ad propositū, valet hec argumētatio: castrū est in comitatu: ergo alio non pbato subijcit̄ ciuitati, τ ipsius legibus per supradicta. Item castrum rñdet ciuitati in iurisdictionalib⁹: ergo presumit̄ de comitatu vel districtu ciuitatis. Nec obstat si dicat̄ testes non deponunt nisi de. xxiij. mensibus: quia dico, ex quo non pbat̄ q antiquiori tpe rñderit alteri ciuitati, presumit̄ q semp fuit τ est de comitatu istius ciuitatis: per text. no. τ quod ibi no. per Innoc. in d. c. i. de reli. domi. vbi probatur, quod si dubitetur in cui⁹ diocesi est ecclesia, presumitur quod sit in diocesi illius qui probatur ibidem exercuisse aliqua iura episcopalia: ex quo non probatur alium esse in possessione illorum iurium.

¶ Casus consilij sequentis.

In predicta causa dicti Raynerij

Toscani duo noua dubia orta sunt. Primū, cum in instrumento cōtractū pducto desit nomē imperatoris: τ ad pbandū cōsuetudinē ad validitatē instrumēti pducunt̄ fere octo instrumēta, in quib⁹ non est appositū nomē imperatoris, in eodē territorio cōfecta, in quo fuit celebratum testamētū, de quo est presens questio. Itē pducunt̄ litere testimoniales potestatis illius castri, vbi dictū instrumētū fuit confectū, qui potestas attestat̄, q tam in ciuitate Mutinēsi, q̄ eius districtu, τ comitatu τ diocesi, multi notarij ɔsueuerūt publicare eorū instrumēta nomine imperatoris nō apposito. Queritur nunquid ex predictis sit pbata cōsuetudo loci, vt ad validitatē instrumēti publici non sit necesse apponere nomen imperatoris. Secundū principale dubiū an l. si. C. si cer. pe. habeat locum in instrumētis publicis etiā sm hodierna tēpora, ita vt per ius authenticorū non dicatur correcta, presertim cum instrumētum de quo queritur fuerat confectum extra muros eiusdem castri.

¶ Consilium. liiij.

1 ¶ Usus mulierum non inducit consuetudinem.
2 Uni testi non creditur etiam si synodali prefulgeat dignitate.
3 Iudicis verbo nec scripture est credendum.
4 Scripture cuiuscunq; prelati non creditur de non spectantibus ad officium suum.

Astringendo dicta dubia cōclusiue propter tēporis breuitatem credo consuetudinem per predicta nō fore probatam: quia ad probādum cōsuetudinem oportet, q pbet̄ tacitus cōsensus populi q potest legem de nouo condere. vt l. de quibus. τ quod ibi not. per Barto. τ alios. ff. de leg. τ per Io. an. in c. fi. de cōsuet. hoc notāter dicit Barto.
1 in l. i. ff. de legi. † τ q vsus mulierū non inducit cōsuetudinem: cum ipse non possint edere leges: cū lex τ cōsuetudo equipolleāt, vt in d. l. de quibus. sed cum in casu nostro producant̄ fere octo instrumēta cōfecta sine nomine imperatoris, nec aliter appareat de cōsensu populi seu maioris partis tacite, vel expresse, q voluerint tollere dispositionē authētice, vt nomē imperatoris preponat̄ τc. ergo nō potest dici, q sit cōsuetudo introducta in ɔtrium. certum est enim q illa instrumēta non fiunt coram omni populo: vel maiori parte: τ potest esse qd populus, vel maior pars nūquā vidit illa instrumēta: vnde non potest dici qd ex illis sit inducta consuetudo contra legem: non enim pbat hoc esse, qd ab hoc cōtingit abesse. l. neq; natales. C. de proba. τ in c. ij. de trāsla. episco. cum enim possibile sit, q nemo preter illos qui habuerūt illa instrumenta publicata, viderit illa instrumēta, ergo non potest dici, qd sit inducta cōsuetudo populi, cū ad inducēdam cōsuetudinē populi, oporteat, vt dixi, qd act⁹ fuerit toties τ tam publice agitat⁹, qd verisimiliter venerit ad notitiā populi: vt dixi in d. l. de quib⁹. τ ibi per Bar. in l. i. τ ij. C. que sit lon. consue. τ ibi per Cy. nec enim pbatur in casu nostro, qd illis instrumentis fuerit data fides in iudicio, seu extra ita palam, τ publice, qd peruenerit ad notitiam populi. τ pro hoc opti. facit qd leg. τ no. in l. cū de cōsuetudine. ff. de legib. vbi ad ɔsuetudinē probandā animaduertit̄ an fuerit obtenta in cōtradictorio iudicio: quia per hunc actuʒ publicū, τ notoriū presumit̄ cōsensus populi. τ per hoc tollo quorundā doctorū opinionē, qui dixerūt qd vbi dubitat̄ de virib⁹ vnius instrumēti debēt inspici alia instrumēta si sint eiusdē substātie: debet enim eorum dictū sane intelligi, quando scʒ producunt̄ talia instrumēta, quibus pbatur data fides tanq̄ publicis. alias ante omnia corruerēt eodem morbo: quoniā non debet sumi ex inualida pbatione plena pbatio. hinc dicit tex. in c. i. de fid. instru. si scripturam authenticā non videm⁹, ad exemplaria nihil facere possumus: nec est nouū seu inusitatū, qd in eadē ciuitate reperiātur octo τ decē instrumenta deficere in solēnitatibus debitis: non tamen per imperitiam illorum notariorū debem⁹ dicere legib⁹ esse derogatū: imo illa instrumēta esse nullius legis authoritate. arg. l. fi. in fi. C. de fideius. nec potest dici, qd inter notarios sit introducta illa cōsuetudo: tum quia non probatur vere, vel psumptiue, qd illa instrumēta venerint ad notitiam notariorum maioris partis illius ciuitatis: tum quia ad hoc, vt inducatur consuetudo, vt scripture nō authētice det̄ fides, opʒ probare qd tali scripture fides fuerit adhibita: vt est tex. apertus in c. cum dilectus. de cōsue. qd hic minime fuit probatū. Item notarij soli non possunt inducere consuetudinem cōcernentē totū populū, qualis est hec cōsuetudo, cū agat̄ vt in iudicijs, τ extra, talib⁹ instrumētis deficientib⁹ in solēnitate debita, detur plena fides: sicut. s. dixi in moribus mulierū. nec obst. si dicatur qd vigore talium instrumētorū fuit aliās pcessus agitatus: vt vʒ patere ex productione actorū. Ad hoc enī rñdetur multipliciter. primo qd illa acta non fuerūt gesta coram iudice: sed corā arbitratorib⁹, τ bonis viris, qui nō solēt pcedere sm iuris rigorē: sed sm equitatē sepe pro bona concordia tollunt de iure vnius, τ dant alteri. vt in c. insi. de preben. τ not. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. τ l. societatē. §. arbitrorū. ff. pro socio. τ qd legitur τ no. in l. si dictum. §. si cōpromisero. ff. de euic. Preterea illa acta non fuerunt gesta ex toto in comitatu Mutinēsi de cuius cōsuetudine queritur. Item τ fortius non apparet inde lata sententia: τ si qua lata fuit, nō fuit lata in dicto comitatu τ infra: τ sic non potest dici quod populus Mutinensis tacite cōsenserit, vt talia instrumēta sine nomine imperatoris facerent fidē: nec etiam fuit reuocatū in dubium, an talia instrumēta valerēt. Item solum pbatur vnicus actus. vnicus autē actus non sufficit ad inducendā cōsuetudinē: quia consuetudo requirit frequētiā actuum. vt l. i. τ ij. C. que sit lon. cōsue. tenet Bart. post Gul. in d. l. de quibus. Nec obst. litera testimonialis potestatis illius castri attestantis consuetudinē: quia in decisionibus causarum non statur verbo iudicis, etiam cum iuramento. vt in c. licet ex quadā. de testi. vbi dicit tex. qd
2 † vni testi non creditur etiam si synodali prefulgeat dignitate, τ nō creditur soli⁹ dicto etiā presidis prouincie vt ibi: fortius nō debet credi potestati vnius castri. ad idem bonus text. in c. cum a nobis. de testi. iuncta gl. vbi clare patet. qd verbo alicui⁹ iudicis nō statur in decisionib⁹ causarum, nisi sint plures, qui deponāt in forma testimonij coram alio iudi
3 ce. vt no. in gl. presertim doc. tenet ibi Inn. qui expsse dicit. † qd nec verbo nec scripture iudicis credendū est, cum non habeat officiū attestādi, sed iudicādi. quinimo cōis opi. doc. est in c. post cessionē. de prob. qd literis testimonialib⁹ etiā ep̄i non credit̄, nisi leuitas preiudicij aliud induscat. In casu aūt nostro agit̄ de grauissimo pīudicio: quia si nō probatur cōsuetudo, venit reus absoluēdus a petitiōe. xij. milliū florenorum: vnde potestas vnius castri de facili pōt corrūpi ad testificādū consuetudinē.
4 τ dicit Inn. in c. i. τ ij. de fi. instru. † qd scripture cuiuscūq; plati non creditur de nō spectātib⁹ ad officiū suū: cum hec ptās sit data notarijs. et nō iudicib⁹: attestādi aūt ɔsuetudinē esse in loco, nō spectat ad offm ptātis. Preterea iura volūt, vt cōsuetudo pbet̄, cū ɔsistat in facto, vt in l. i. τ ij. C. que sit lon. cōsue. τ dicit Cy. in d. l. fi. qd debet cōsuetudo probari per testes solenniter deponētes duos ad minus: τ difficilimum est probare cōsuetudinē: vt ibi probat̄. τ in c. fi. de consue. vnde multi credunt consuetudinem

consuetudinẽ esse, ⁊ vt plurimũ aberrãt. vnde inter cetera testes debent probare tria sm Cy. in loco preall. videlz vsum populi, ⁊ vsus frequentiam, ⁊ temporis diuturnitatẽ: qđ in casu nostro minime probatum est. quinimo presupposito ⁊ non concesso, ꝙ literis potestatis in hoc debeat credi, tamen litere in ista causa producte non probant cõsuetudinẽ: cum potestas solum dixerit, ꝙ multi consueuerũt publicare eorum instrumẽta sine nomine imperatoris: an eo qđ dixit multi, ⁊ non dicit omnes, vel maior pars nec dicit ꝙ illis instrumẽtis fuit data fides in iudicijs, vel extra: qđ necessariũ requiritur ad inducendã consuetudinẽ: vt probatur in. d. c. cum dilectus. Item simpliciter dicit, ꝙ cõsueuerũt publicare ⁊c. non enim dicit ꝙ cõsueuerunt per tanta tẽpora, p que sit inducta cõsuetudo: ⁊ sic non deponit super diuturnitate temporis, qđ est necessarium ad probandũ consuetudinem. nam verbum cõsueuerunt, non semper denotat perfectam consuetudinẽ. ad hoc qđ leg. ⁊ no. in. c. cum ecclesia sutrina. de cau. posses. ⁊ ppriet. imo hoc ⁊ bene potest verificari in bino vel trino actu. vt in. l. iij. C. de epi. aud. xxv. q. ij. in. c. ita nos. probatio autem debet cõcludere necessario. vt in. c. in presentia. de proba. Ex his clare cõcludo quoad secũdum, ꝙ per predicta non sit probata cõsuetudo, vt in ciuitate ⁊ comitatu Mutinen. non sit necesse apponere nomen imperatoris ⁊ per cõsequens dictum instrumentum nullã fidem facit, vt in auth. vt prepo. no. impe. nec potest dici, ꝙ ista sit modica solẽnitas, cuius defectus non habeat vitiare actum, vt in. l. i. ff. de ven. inspi. qr dico, qđ ista non est modica solennitas, cũ ad eam introducendã emanauerit. d. auth. cum tãta solennitate. ⁊ vt ibi colligit ex text. ⁊ glo. aliter ipso iure nõ valet instrumentum. inest ergo solẽnitas specialis maxime cum ibi apponatur verbum omne: quod habet excludere omnem dispensationem, ⁊ dispositionem inferioris: iuxta glo. no. in cle. vt hi qui. de eta. ⁊ qualit. Super hoc vltimum forte posset attentari quod non valuit consuetudo introducta sine consensu principis in ɔ̃rium: maxime cum imperator illaz solennitatem induxerit, non solum vt falsitas facilius possit deprehendi: sed etiam ad eorum honorem, ⁊ memoriam imperii: subditi autem non possunt statuere, ⁊ per cõsequẽs nec consuetudinem introducere cõtra inducta in fauorem principis. nisi forte esset talis consuetudo, de cuius initio non est memoria, vt in. c. super quibusdam. de verbo. signi. facit quod no. Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ cum temperamẽto posset intelligi. c. cum dilectus. de fide instru. de hoc tamen vltimo de presenti non sitio.

¶ Casus consilij sequentis.

Factum super quo de iure consilium petitur in terminis infrascriptis in effectu continetur.

Quidã veniens ad mortem instituit heredem hospitale sancte Marie, ⁊ inter cetera onerauit dictum hospitale, vt deberet quolibet anno certis tẽporibus in testamento descriptis, distribuere vnum modium frumenti pauperibus venientibus ad dictum hospitale p eleemosyna petẽda: deniq; post mortem testatoris lapsi sunt quadraginta anni ⁊ longe vltra intra que tempora nunq̃ dictum legatum fuit executioni mãdatũ: tunc diocesanus loci instat pro executione dicti legati: replicat hospitale, qđ cum per quadraginta annos, ⁊ vltra, nõ habuerit memoriam dicti legati est illi prescriptum: vnde quemadmodum de alijs bonis potest disponere ad pias causas libere ⁊ absolute: ita de illis bonis relictis per testatorẽ. Queritur nunquid prescriptione possit dictum hospitale se tueri.

¶ Consilium. liiij.

1 Prescriptio contra vxorem non currit in rebus dotalibus constante matrimonio.

2 Prescriptio quadraginta annorum currit in legatis factis pauperibus incertis.

Videtur primo dicendũ ꝙ non, qr non valenti agere, nõ currit prescriptio. vt in. l. i. C. de anna. excep. vbi di., ꝙ durãte patria potestate non currit prescriptio filio in bonis aduẽtitijs: qr illa durãte filius nõ hz illorũ bono
1 rũ administrationẽ. sz omnimoda administratio ptinet ad patrẽ. † Idẽ probat in vxore constante matrimonio: nõ enim currit cõtra eam prescriptio in rebus dotalibus: quia constante matrimonio agere non potest. l. in rebus. C. de iure dot. Ad idem. c. quia diuersitatẽ. de conces. preben. ⁊ c. ex transmissa. de prescrip. sed in casu nostro legatum erat factum pauperibus incertis, qui non possunt ratione incertitudinis agere: ergo contra eos non debet currere prescriptio. ⁊ hanc opi. tenuit Anto. de butri. in c. nihil. de prescrip. ⁊ in hoc casu intellexit illum text. Secundo principaliter contra prescriptionem arguitur alio modo: ⁊ sic: prescriptio bona fide remota non adiuuat prescribentem. c. vigilanti. ⁊ c. fin. de prescrip. ⁊ in regu. possessor male fidei. de regu. iuris. lib. vi. sed in casu nostro non debet presumi bona fides, sed mala: quoniam cum hospitale sit heres extraneus, presumitur notitiã habere testamẽti, vt no. Barto. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de ver. obli. mala fides autem pbari potest ex coniecturis. vt no. idẽ Bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. ⁊ facit. l. doli. C. de dolo. ⁊ c. ij. de renũ. lib. vi. ergo cum hospitale presumatur habere notitiam testamenti, in quo cõtinebatur dictum legatũ, non potest allegare prescriptionem: quia presumitur in mala fide. Tertio facit. l. fin. C. de sacrosanc. eccle. vbi patet. ꝙ in legato facto pro redemptione captiuorũ, sola currit prescriptio centenaria. vnde saltem hoc casu debet interuenire prescriptio centum annorum: probatur aliter, ⁊ sic omnia bona hospitalis principaliter sunt deputata in eleemosynam pauperũ, vt in cle. quia cõtingit. de relig. domi. ergo non videtur ꝙ hospitale possit allegare prescriptionem, ne dictum modium frumenti dispẽset inter pauperes. Est enim talis prescriptio cõtra ius, vel tanti temporis cursum de cuius initio non est memoria, vt in. c. i. de prescrip. lib. vi. ¶ Sed his nõ obstantibus contrariã sententiam arbitror in casu nostro veriorẽ. ⁊ primo ꝙ in casu nostro habeat locum prescriptio: contra opi. do. Anto. soleo adducere tex. expressum, cui impossibile est responderi, in. l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccle. vbi probatur: ꝙ contra legatum factum pro redemptiõe captiuorũ currit prescriptio: ⁊ tamen captiui dupliciter agere non poterant primo quia captiui: secũdo quia incerti: sed his non obstantibus currit prescriptio: quia epo tanq̃ administratori pauperuz datur actio contra ecclesiã in bonis suis: licz ipsum corpus ecclesie tanq̃ inanimatum agere non possit: attamen ex negligentia administratoris currit prescriptio, vt in titu. de prescrip. per totum. Idẽ videmus in bonis minoris, qm lz non possit esse in iudicio sine authoritate curatoris. instit. de cura. ⁊ in. l. clarum. C. de autho. prestan. tamen ex negligẽtia administratoris currit prescriptio, vt. l. sicut. C. de prescript. xxx. anno. Et hoc idem in casu nostro voluit glos. in. d. l. vt inter diuinũ. que dicit idem dicendũ in legato facto pauperibus, qđ in legato facto pro redẽptione captiuorũ. ⁊ debet glo. intelligi in legato facto pauperibus incertis: sicut text. loquitur de captiuis. Item quia tex. ibi facit expressam mentionem de relictis factis hospitali. Ad idem dico alium pulcherrimum text. in aut. de eccle. titu. in. §. pro temporalibus. vbi text. generaliter dicit, ꝙ in legatis ⁊ hereditatibus ad pias causas spectatur prescriptio hodie. xl. annorum: vnde ponderãda sunt verba illius text. in eo qđ indistincte admittit prescri-
2 ptionem quadragenariã in legatis ad pias causas, sed † negari non potest in legatũ factũ pauperibus incertis, sic ad pias causas: cum omne legatũ factum pro anima, dicatur ad pias causas, vt no. in. l. si quis titio. ff. de leg. ij. ⁊ in. c. relatũ. de testa. ⁊ hanc opi. iamdudum tenui in lectura in. d. c. nihil. vbi de hoc dico et reperio quod expresse idem sensit Fede. de se. doctor egregius consilio. cj. vbi plus voluit, ꝙ nedum hoc casu curreret prescriptio: sed etiam ꝙ sufficeret tricenaria: motus quia hoc casu competit episcopo actio, non vt episcopo: sed vt administratori pauperum. competit enim episcopo sm eum, pro istis legatis factis pauperibus conditio ex. l. nulli. ⁊ l. si quis ad declinandam. C. de episco. et cler. quequidẽ cõdictio tollitur spatio xxx. annorũ, vt in. l. sicut. C. de prescri. xxx. an. ⁊ sic voluit Fed. facere differẽtiã inter legata facta pauperibus. ⁊ facta ecclesijs: quia respectu ecclesiarum requirit quadragenariã: sed respectu pauperũ dicit sufficere tricenariam. Hoc tamen vltimũ nõ soleo approbare: imo cõtra cum videtur casus in. d. §. pro temporalibus. vbi generaliter dicitur: ꝙ in legatis ad pias causas non currit prescriptio minor quadragenaria. ad idem opi. facit. l. i. C. de sacrosan. eccle. vbi equiparatur legatum factum ecclesijs: ⁊ pro redẽptione captiuorũ seu pauperibus quo ad prescriptionẽ inducẽdam. in vtroq; enim casu statuebatur illo tempore terminus centum annorũ: ex quo euidẽter colligitur ꝙ hec actio non regulatur sm alias actiões: sed est priuilegiata fauore pauperũ, sicut illa q̃ competit pro ecclesijs. iura enim nõ minus fauẽt pauperibus quo ad prescriptionẽ inducendã, q̃ ecclesijs, vt. d. l. si. ⁊. xvj. q. i. nam propter pauperes alendos bona fuerunt reseruata ecclesie in primitiua ecclesia. xij. q. i. c. videntes. Ex his omnibus aperte cõcluditur, ꝙ in legatis factis pauperibus incertis, currit prescriptio. xl. annorũ: si ergo currit prescriptio, vt heres nõ cogatur soluere, sed sibi lucrifacere. vt. d. l. si. ⁊. d. §. pro tẽporalibus. ergo fortius in casu nostro est admittenda prescriptio, que venit non ad pphanandum, id est ad cõuertendum in pphanos vsus sz ad cõmutandum in aliam piã causam: nã hospitale vult in piam causam disponere bona hereditaria quẽadmodum egit de alijs bonis hospitalis. Simile videmus in ecclesia, cuius bona ex dispositiõe testatoris, seu fundatoris deputantur ad certũ vsum: vt puta in alimoniã ministrorũ illius ecclesie, ⁊ p alijs necessarijs ipsius ecclesie, vt in. c. pastoralis. de his que fiunt a prela. ⁊ tamẽ prescribitur cõtra eam per aliam ecclesiã in illis bonis, vt si deputentur ad vsum illius ecclesie prescribẽtis, vt in. c. ad aures. ⁊ c. sanctorũ. ⁊ c. i. de prescri. ⁊ c. de quarta. ⁊ c. illud. eo. ti. ⁊. xvi. q. iij. licet. ⁊ c. inter memoratos. cum si. quinimo etiam laicus prescribit cõtra talia bona ecclesiarum deputata ad certum pium vsum, vt in. c. i. de prescrip. lib. vi. ⁊ in c. causam. eo. tit. per locũ a speciali. fortius ergo debet valere prescriptio in casu nostro, vbi agitur de modico preiudicio: cum omnino in piam causam talia bona sit expendẽda. ¶ Concludo ergo ꝙ in casu nostro potest hospitale se tueri cõtra diocesanũ loci, prescriptione. xl. annorũ. bona fides autem presumitur regulariter in prescribẽte. vt no. in. c. si diligẽti. et. c. si. de prescrip. ⁊ per Bar. in. d. l. celsus. non obstãt cõtraria superius alle. Et primo rũdetur. ad. l. i. ⁊. l. in rebus. pcedunt enim illa iura in vxore ⁊ filiosfamilias, qui nullo modo valẽt agere durantibus patria potestate, et matrimonio. sed in casu nostro eps potest agere tanq̃ administrator pauperum, vt in. d. l. nulli. ⁊. l. si quis. vnde ppter suam negligentiam currit prescriptio, sicut currit in bonis ecclesie, que nõ minus sunt priuilegiata q̃

legata facta pauperib⁹. et eodem modo respondetur ad. c. quia diuersitatem. et c. ex transmissa. procedit enim in non valere agere. opinio autē do. Anto. non probat̄ mere. nam fundabat se super. d. l. i. cui satis est responsum. et per text. d. c. nihil. quem doct. cōiter intelligūt alio modo, ꝙ ipse intelligat. ¶ Ad scdm̄ 3m̄ de p̄sumptione male fidei propter testamētum respondeo ꝙ p̄cederet, si testamentū fuisset repertū in hospitali: sed in casu nostro fuit alibi repertū. Itē procederet, si rector illius loci cui hereditas fuit relicta, fuisset ppetuus, sed administratores ill⁹ loci quotidie remouent̄ ad libitum rectoris hospitalis maioris: vnde Is presumat̄ scientia in eo, qui erat administrator tempore apprehensionis bonorū: quo casu p̄cedit dictū Bar. pi call. tamen in successore non presumit̄ ista scientia: ex quo enim reperit hospitale illa bona possidere, potuit p̄sumere, ꝙ ex aliqua legitima causa possidentur: et sic a se potuit prescriptionē inchoare, vt est tex. iuncta gl. in. c. de quarta. de prescrip. tenet Dy. in. c. possessor. de reg. iu. lib. vi. facit quod no. Bar. in. l. cum heres. de diuer. et tēpo. p̄scrip. ¶ Ad tertiū de. l. si. videtur ꝙ procedebat sm̄ illa tēpora: sed hodie pro istis legatis ad pias causas sufficit p̄scriptio. xl. annorū: et ecclesie Romane dūtaxat reseruat̄ p̄scriptio centenaria, vt in auf. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. et ibi per doc. et no. in. d. §. pro temporalib⁹. et. xvi. q. iii. c. si. ¶ Ad quartum et vlti. arg. dico ꝙ p̄cederet si rector hospitalis vellet bona hospitalis ꝯuertere in prophanos vsus: quo casu p̄scriptio esset contra ius: sed in casu nostro vult disponere in piam causam ista bona. sicut reliqua bona ipsius hospitalis: et sic non est contra ius: imo conformatur iuri: vt in. d. cle. quia contingit. et sic sufficit bona fides vna cū cursu quadraginta annorum.

¶ Consilium. lv.

1 ¶ Causa nullitatis deuoluit totum negotium ad superiorem.
2 Statutum tollens dictionem nullitatis, debet intelligi nisi nullitas sit patens.
3 Prescriptio sine possessione non procedit.

In causa que ad presens vertitur inter cōmune Serteani ex vna parte, et cōmunitatem Castilionicelli ex alia, super quibusdā finibus, Quoniam per alios et per me alias plene scriptū extitit in fauorem cōmunitatis Serteani, paucis in presentiarū vtar verbis, cōclusiue omissa argumentorū inductione p̄cedēdo, et prosequar principaliter quatuor mēbra. ¶ Primo circa validitatem appellationis interposite per commune dicti Serteani a snīa lata contra eos super dicto possessorio. ¶ Secundo presupposito sine veritatis preiudicio quod non potuit appellari, an saltē per viam nullitatis sententie debeat audiri. ¶ Tertio an in causa appellationis seu nullitatis debeat dictum commune obtinere in possessorio. ¶ Quarto an idem sit dicendū in petitorio: vt scz pro dicta communitate sit ferenda sentētia. ¶ Circa primū, quāq̄ videat̄ obstare huic appellationi interposite pro cōmuni Serteani. l. vnica. C. si de momē. poss. fue. appel. tamen Bar. melius q̄ alibi intellectum illius. l. examinaut in l. ii. ff. de appella. reci. vbi inter cetera 3 notabiles limitationes, quas ponit ad solu. illius. l. dicit illam. l. non procedere quando alteri iniuste aufertur sua possessio: quia tunc talis snīa lata sup possessorio, est magnū preiudicū, cū grauissimū sit perdere possessionē sine causa, vt in. l. fin. C. si per vim vel alio modo. et. l. vlti. C. de rei vēdi. et in. §. commodū. institu. de interdi. saltē in eo qui non valet, nisi remediū possessoriū intentare. et ex difficultate p̄bandi dominium sepe perdita possessione perdatur dominium, vt in effectu in. c. sepe. de restitu. spo. vbi text. not. ideo intelligit Bart. d. l. vnicam, quando per sententiā possessor reponit̄ in pristinum statum: quia tunc parat modicū preiudicium: quia sicut prius habebat petere, eodem modo poterat nunc post snīam rem petere: probat ratione. nam illa lex vnica est fundata in remotione appellationis super modicitate preiudicii: vt not. ibi: et per gloss. in. d. l. ii. sed negari non potest quin fiat preiudiciū quando per snīam aufertur possessio sine causa legitime eam habenti: ergo potest tunc appellari, et p̄sertim hoc est tenēdum: quia de iure canonico a tali sentētia indifferenter potest appellari, vt leg. et no. in. c. cum ad sedem. de resti. spo. et in cle. vnica. de sequestr. possess. in fi. Ius ergo ciuile deuians ab hac dispositione equissima, debet quantum fieri potest restringi. Aliam limitationem solennem quantum ad propositū nostrū posuit idem Bart. in. d. l. ii. dicens, ꝙ. d. l. vnica, non interdicit simpliciter appellationē in possessorio: sed solū disponit, vt non obstante appellatione sententia ꝯsequatur effectū suū: quasi dicat, ꝙ licet alias appellatio a diffinitiua suspēdat executionē sententie. vt in. l. i. ff. ad turpil. et. l. ii. ff. de penis. et. l. vnica. §. inter. ff. nil noua. appella. pendē. et. c. venientes. de iureiur. cum simi. tamen hoc casu propter modicitatē preiudicii sit executio: sed nihilominus p̄ceditur super appellatione, et eam iustificata retractatur executio: nec hoc est nouum, nam idem videmus in appellatione interposita ab executore: per talem enim appellationē non suspēditur ex toto executio: sed proceditur, prout habetur in. l. ab executione. C. quo. appella. non reci. Item simile videmus in appellatione ab interlocutoria, que non impedit processum iudicis, nec inducit retractationē attentatorū, nisi ea prius iustificata, vt in. c. nō solum. de appel. lib. vi. et hec sunt de mente Bart. in. d. l. ii. que dicta puto verissima et notanda. Unde ad propositū nostrū, cum per snīam latā

a cōmissariis dominorū aufertur iniuste communitati Serteani legitima eorum possessio, potuit a tali snīa communitas appellare. Item ex alia ratione proxime dicta potest dicta appellatio iustificari. et hoc quo ad primum. ¶ Quoad secundum, presupposito sine veritatis preiudicio, quod appellari non potuerit, an saltem per viam nullitatis debuerit audiri dicta communitas Serteani in dubio: puto qꝺ sic: per text. no. in. c. licet. de sentē. excō. lib. vi. vbi probatur ꝙ per desertionē appellationis nō excludit̄ via nullitatis. Idem p̄batur per locum a speciali. in cle. vnica. de re iud. facit quod leg. et no. in. l. i. C. quando prouo. nō est neces. et in. l. si expressim. ff. de appel. et in. c. sepe. et. c. dilecto. de appel. quin

1 imo notanter dixit Bar. in. d. l. si expressim. † qꝺ causa nullitatis deuoluit totū negotium ad superiorē ita qꝺ superior potest corrigere in parte, et in toto et supplere, et omnia facere que prius iudex debuisset facere sicut ꝯtingit in remedio appellationis. all. dicta Innocē. in. c. cum contingat. de offi. dele. Nec obst. si dicatur statutū huius ciuitatis Senarū obuiat dictioni nullitatis: potest enim ad hoc multipliciter responderi: etenim mihi in facto presupponit̄. statutū solum dicere ꝙ si appellatio efficitur deserta per lapsum duorū mensium, intra quos appellatio debebat expediri, ꝙ non debet pars deserēs amplius in illa causa audiri per viam nullitatis. hoc enim statutum primo non obst. quia negat̄ per partem appellationē fuisse desertā: et saltem non fuit deserta ex hoc capite statuti: quia non per lapsum duorū mensiū: vnde cum illud statutū veniat contra ius, debet strictissime intelligi: ita ꝙ non debet excedere casum propriū, in quo loquitur, vt leg. et no. in. c. cum dilectus. de consue. et in l. ii. C. de nouo. et in. c. in nostra. de iniu. et in. l. iii. §. hec autem verba. ff. de neg. gest. et qꝺ no. Bar. in. l. oēs populi. ff. de iusti. et iu. et Joan. and. super regu. pro possessore. in mercu. Item quia non debet induci iuris correctio per idēntitatē rationis, saltē que non est expressa, vt no. Bar. et Bal. in auf. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. et facit quod no. Bar. in

2 l. liberorum ff. de ver. signi. † Preterea statutū tollens dictionē nullitatis debet intelligi, nisi nullitas sit patens, vel incōtinenti possit probari. ad hoc. c. cū bertoldus. in fi. de re iudi. et glo. no. in. l. i. §. siue autem. ff. de tab. exhi. per Bal. in. l. data opera. C. qui accu. non pos. in cōmento maiori. per Olde. suo consi. xlv. quod inci. cum litera executoria. et alle. pro casu. l. penul. C. qū prouo. non est ne. et de resti. spo. c. literas. penulti. respo. ibi dum dicit: et probationes offerunt̄ incōtinenti. et adduco no gloss. in c. suscitata. de in inte. resti. in versi. effectū sentētie. que clare cōcludit qꝺ dispositio tollens dictionē nullitatis, non debet intelligi de illa que potest incōtinēti probari. et facit qꝺ no. Pan. in cle. vnica. de renun. probatur ratione: nam in dubio non est presumendū ꝙ statuentes velint fouere apertius iniustitiam. et tollere de iure viuus, et dare alteri. imo tale statutum nutriens apertā iniquitatē esset nullum. iiii. dist. erit autem lex. et in. c. si. de p̄scrip. no. Bar. in. l. omnes populi ff. de iusti. et iur. et in. l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. si nullitas sentētie esset notoria que incontinenti possit probari, iniquū esset quod talis exceptio excluderet̄. esset enim tollere defensionez, que est de iure naturali. vt in cle. pastoralis. de re iudi. ergo intellect⁹ illius statuti non est reducēdus ad casuz nostrū, in quo euidēter constat de nullitate sententie: maxime in eo ꝙ fuit lata in ecclesia, vt in. c. decet. in fi. de immuni. eccle. lib. vi. et hāc et alias causas nullitatis huius sentētie, plene tetigi in alio consi. quod in hac materia nullitatis scripsi. Ulterius p̄batur alia cōsideratione. Ubicūq̄ statutū seu lex disponit causa non expssa, debemus cōsiderare rationē naturalē, que potuit mouere legislatorem: et si illa est vnica et indubitata: quia alia ratio non potest naturaliter cōiecturari, debemus ad limites illius rationis cōiecturate legē extēdere, et restringere, vt no. dixit Cy. post alios in. l. nō dubium. C. de legi. et Bal. in. l. maximū vitium. C. de libe. preteri. facit tex. in. l. scire oportet. in ver. sufficit. ff. de excu. tuto. et gloss. no. in. l. tale pactum. ff. de pac. sed in dicto statuto non potest alia ratio naturaliter cōsiderari, in eo quod tollit dictionē nullitatis appellatiōis, indistincte per lapsum duorū mensiū: nisi quia statutū presumpsit quod ex quo non expediuit appellationē infra duos menses. p̄sumitur qꝺ calumniose opponit de nullitate causa differendi executionē snīe: simile in. d. cle. vnica. de re iudi. sed vbi est euidēs et clara nullitas, cessat p̄sumptio calumnie, ideo debuit cessare dispositio. ad hoc bonus text. in. d. c. literas. Preterea et vltio ex quo pars Serteani fuit de facto admissa ad p̄bandum iniquitatē, seu nullitatē sententie, et eam probauit: est pro ea ferenda sentētia. ad hoc notabile dictum Innoc. in. c. constitutus. de in. presbyte. vbi dicit, ꝙ conuentus possessorio recuperandi non debet audiri ante restitutionem, super proprietate tamen, si de facto fuit admissus, et eam probauit, debet iudex pro eo ferre sententiam. hinc no. dixit etiam Jan. in. c. dilecta. de rescrip. et in. c. cum bertoldus. de re iudic. quod licet postq̄ sententia transiuit in rem iudicatam, non debeat audiri pars aduersa super nullitate sententie, tamen si de facto fuit admissa, et iniquitatem probauit, est retractanda sententia non obstante transitu in rem iudicatam: quia de qua re iudex cognouit, de ea debet pronūtiare, vt in c. cum super. de cau. posses. et proprieta. et in. l. de qua re. ff. de iudic. et hec sufficiāt quo ad secundū membrū. ¶ In tertio membro procedam breuius: quia in facto mihi presupponitur ꝙ communitas castri Serteani probauit possessionē dictorum finium antiquiorē q̄ pars aduersa. Itez per plures et meliores testes, adduxitq̄ titulū seu titulos: pars autē aduersa inxo

uersa nixa est solum probare possessionem. quare ex triplici capite quorum quodlibet p se sufficit ad victoriã dico q dicta cõitas Serteam dz obtinere in possessorio retinẽde: qr vbicũqz vtraqz pars pbat p testes possessionẽ, & fundat se sup eadem spẽ possessionis, cum impossibile sit q duo eãdẽ rẽ, & eodẽ mõ insolidũ possideãt seu possederint: vt in.c.licet.de pb.&.l.ij.§.ex cõtrario.ff.de acq.pos. ferenda est snia pro ea parte que probauit p plures seu meliores testes: & vbi hincinde esset paritas testiũ est snia ferẽda pro pbãte possessionẽ magis diuturnã, & antiquã & si deponãt vtriusqz partis testes sup eo tpe fert sententia pro eo qui vltra possessionẽ pbauit titulum. nã in his casibus is q melius pbauit psumitur vere possedisse, alia vero pars psumit potius occupasse temere q possedisse. ista pbant notanter p tex. & gl. & doc. in.c.lz. & alleg. clarissime voluit Bar. in.l.si duo.ff.vti pos. Idẽ Jaco.de are. But. & Cy.in.l.i.C.eo. At in casu nostro cõitas Serteani non solũ pualet in vno ex pdictis: sed in oĩbus tribus pbauit, nõ tñ per plures & meliores testes: item antiquiorẽ possessionẽ, sed etiã titulũ. ideo cõmunitas debet esse superior in interdicto vti possidetis: & alteri parti que psumenda est iniuste, qñqz possessionẽ intrasse, & aliquod commodũ percepisse, debet īcipi decetero ne audeat molestare cõmunitatem Serteani: & forma sententiãdi clare colligit ex dicto.c.licet. ¶ Et per hoc infero ad quartũ mẽbrũ principale. dico enim q pro dicta cõitate Serteani est ferenda snia etiã quo ad proprietatẽ. nã vltra titulũ pbatũ probant pscriptionẽ longissimi tẽporis: cõmunitas vero Castronielli non
3 pôt pretendere prescriptionẽ: † qr pscriptio sine possessione nõ pcedit vt in regula. sine possessione. de reg.iu.lib.vi. sed ipsi homines dicti castri nõ presumuntur possedisse: sed potius iniuste possessionẽ intrasse: vt.s.dixi: ergo nõ probãt prescriptionẽ: nam vt predixi certum est qd communitas Serteani que vere presumitur possedisse, prescripsit rõne possessionis, & presumitur bona fides maxime intercedente titulo: vt in.l.penulti.C.de euic. per Bart. in.l.celsus.de vsucap. tenet gloss. in c.si diligenti. & c.fina.de prescript. ergo pars aduersa eodem tempore non prescripsit: quia sicut impossibile est vt duo insolidum & eodem tempore possideant. ita impossibile est, vt duo eodem tempore eãdem rem prescribant: & facit quod not. Dy.in regula, sine possessione.de regu.iur.lib.vi.

¶ Consilium.lvi.

1 ☞ Respectus debet haberi ad monetam antiquam in dispositione legis.
2 Puniendus an quis sit secundum legem existentem tempore delicti secundum illam que reperitur tempore sententie.

Quod solutio fieri debeat ad estimationẽ monete antique, que erat tempore quo dñs noster papa disposuit super emptione bonorũ stabiliũ, seu solutione annua fienda monasterio Montis maioris. videt tex. iuncta gl. in verbo duos solidos. in.c.conquerente. de offi.ordi. nã ex dispositione legis canonice fuit inductũ, vt qlibet solueret annuatim pro cathedratico, seu synodatico episcopo diocesano duos solidos. x.q.i.c.i. & in d.c.conquerente. & tñ glo. notanter dicit q isti solidi sunt soluendi fm estimationem illius monete, que ab antiquo, & ab initio solui consueuerat. nisi circa solutionẽ minoris monete, que nũc est in vsu, sit prescriptum siue sit maior moneta, siue minor: & ad hoc alleg. c.olim.de censi. & illa gl.a nemine ibi reprobatur. Secũdo ad idẽ videt tex. in.d.c.olim. de cen. non enim potest intelligi ille tex. in solutione fienda ex pctu: sed ex dispositione legis, cũ loquatur de solutione fiẽda nomine cathedratici, quod debetur ex dispositione iuris: vt.s.dixi. & tamẽ tex. ibi mandat solutionem debere fieri secũdũ estimationem antique monete pro hoc aperte, ad idem facit quod not. Hosti. in summa. in tit. de censi.§. ex quibus causis ver. quid si moneta. licet enim in principio senserit, vt cathedraticum debeat solui de moneta currenti, si moneta sepe variatur. tñ firmat in dicto.§.quid si. prealleg. quod si per sexaginta annos fuit facta solutio de certa moneta, debet in posterũ ad illius estimationem solui, si illa antiqua moneta variatur per dictum.c.olim. sz in casu nostro fuit facta solutio vltra sexaginta annos fm antiquã monetã, saltem ad illius estimationem: ergo fm illã debet fieri solutio p dictũ c.olim. Tertio videt casus in.l.quotiens.C.de suscep. & archa.libr.x. vbi lex generaliter disponit, quod vbicũqz certa summa solidorum est soluenda, non intelligit de solidis vsualibus, & currentibus pro tẽpore: sz de illis antiquis quorum septuaginta duo faciũt vnã librã auri. & sic lz lex mandat solutionem certo r solidor fiendã, nõ tñ intelligit de solidis vsualibus, & currentibus: sed antiquis existentibus eõ tempore legis. hoc idem apertius sensit gl. in.l.si.ff.de in ius vo. vbi tex. certo casu mandat quẽ condẽnandũ in quinquaginta aureis & glo. dicit tex. intelligendũ de illis aureis quorũ septuagintaduo faciunt vnã librã auri. & sic non habuit respectum ad vsualem monetã. & idem voluit gl. in.l.qui cumqz.C.de ser.fugi. & insti.de pena teme.li.§.si.in si. & Jo.an. post Vin. in.c.deinde.super gl.si.xxvi.dist. & in addi. Spe. in titu. de instru.edi.§.
1 porro.in si. vbi clare sentit † q etiã in dispositione legis debet haberi respect⁹ ad monetã antiquã, & nõ ad currentẽ. Et per hoc & alia inferius statim dicẽda videt Spe. vsquequaqz iterum dicere in tit. de sol.§.nũc aliqua. vers. pone. vbi dicit, q in solutione fienda ex dispositione legis, debet attendi moneta currẽs solutionis tẽpore & alleg. tex. iuncta glos. in.c.ij.de maledi. & in.c.olim.de iniur. & facit qd lex semp loquit. l.arrianus.C.de here. & videt dictũ Spe. respectu solutionis fiẽde seq Bal. in.l. illud.C.de sacrosan.eccle. nam primo dictum suum videtur contra predicta, & nullibi probat. iura enim que allegat, potius faciũt in contrariũ. nam intelliguntur de vsualibus: qr expresse hoc disponunt. si enim specifice hoc non disposuisset, debuisset intelligi de solidis aureis, quorũ septuagintaduo faciunt vnã librã, per.d.l.quotiens. & alia superius allegata. ideo male iudicio meo senserunt ibi glosse dicentes quod etiam si nõ fuisset dictum de vsualibus, debuisset nihilominus de illis intelligi. quod est falsum per.d.l.quotiens. preterea contra dictũ Specu. induco hanc rationem, pena debet esse cõmensurabilis delicto.l.respiciẽdum ff.de penis. & c.non afferamus.xxiij.q.i. sed lex disponens de certa pena pecuniaria respectu delicti, habuit respectum ad valorem monete existentis tẽpore dispositionis ex quo aliud non expssit: ergo nõ dz intelligi de alia moneta. q posset esse intantũ diminuta, q quam pena esset ita exigua q daret materiã & audaciã delinquendi contra.c.pauper.xi. q.iij. Item posset esse intantũ augmentata. quod excederet debitã vindictam: & in odiosis nõ videt lex semper loqui: sed debet restringi si fieri potest ad tempus dispositionis. facit qd legi. & no. in.l.certa forma.C. de iure fis.lib.x. Preterea presupposito q dictũ Spec. sit verum in se, tamẽ in casu nostro nullo modo procedere potest: loquitur enim quãdo ex dispositione legis nulli est acquisita obligatio, vnde cũ legis effect⁹ pendeat: satis potest sustineri, vt habeatur respectus ad pecuniã currentem tempore, quo quis incidit in legem arg.d.c.ij.de maio. & obed. & d.c.olim. sed in casu nostro obligatio fuit tempore prouisionis papalis acquisita monasterio Montis maioris: ergo debet intelligi de moneta tunc currente ne obligatio varietur in his. satis enim sentit Bar.
2 in simili qõne. in.l.omnes populi.ff.de iusti. & iu. dum querit, † an quis sit puniendus fm legem existentẽ tempore delicti, an fm illam que reperitur tẽpore snie: & cõcludit q si per legem existẽtẽ tẽpore delicti imponatur pena ordinaria, fm illã est iudicãdũ: qr debet haberi respect⁹ ad tempus orte obligationis ad quod allegauit.d.c.olim. & statim per delictũ videt quis obligatus ad penam tunc existentẽ.l.i.ff.de penis. & c.pueris.de sen.exco. cũ si. ita indubitanter videt dicendũ in proposito: nam propter obligationem ortã tẽpore cõtractus dicimus, qd habetur respectus ad monetã tunc currentẽ: iuxta id quod legi. & no. in.l. cum quid & l.vinũ.ff.si cer.peta. idem ergo in dispositione legis, ex quo tẽpore quo emanat, nascitur ex ea & acqrit alteri obligatio. Quid amplius adduco cõsiderationẽ incõuincibilẽ: dñs papa disposuit, & statuit sup solutione fienda monasterio Montis maioris in recõpensationem eorum, que fuerant sibi subtracta per eum in fauorem monasterij sancti Antonij: ergo necessario debuit intelligi de moneta tũc currẽte: qr nõ pôt fieri recompensatio damnorũ illatorũ, nisi fiat estimatio per pecuniam certam & inuariabilem. arg. in.l.i.ff.de contrahen.emp. Pecunia enim habet certum pondus, formã & materiã. vt in.d.l.i. vnde statuendo solutionẽ in cõpensationem damnorum, non potuit intelligi, nisi de illa moneta tũc currẽte: qr vigore incerte & variabilis monete, non posset fieri recta dãnorũ illorum estimatio & recõpensatio. ar. in.d.l.vinum. & l.cum quid. & quod in eis no. & in.l.paulus. als incipit creditor.ff.de sol. Simile videmus cum agitur ad rescissionẽ contractus propter deceptionem & damnum datum vltra dimidiam iusti pretij. nam in consideranda deceptione inspicim⁹ valorem rei tempore contract⁹ qr aliter non potest quis dici deceptus in contractu iuxta id quod legitur & no. in.c.cum dilecti. & c.pe.de emp. & vend. & l.ij.C.de rescin.vendi. ita ad propositum non potuisset dominus noster papa facere rectam recompensationem damnorum per solutionem annuatim fiendam, nisi habuisset respectum ad monetam tunc currentem tempore recompensationis facte.

Consilium.lvij. Vide.s. in prima parte consil. centesimi primi quod hic repetebatur.

¶ Consilium.lviij.

1 ☞ Fideicommissum relictum ab herede si sine liberis decesserit non debetur, si decessit relicto nepote, quem ex filia susceperat.
2 Substitutio directa facta per nomen collectiuum institutis duobus filijs impuberibus, videlicet si vterqz decesserit in pupillari etate, talis sit heres: vno decedente in pupillari etate alter est substitutus.
3 Voluntas disponentis siue expressa vel tacita, siue coniecturata debet attendi in vltimis voluntatibus cuiuscunqz qualitatis sint: siue sit directa substitutio, siue fideicommissaria, siue conditio, siue testamentũ vel codicillus.

Quidam Nicolaus suum cōdidit testamentū in quo quinqȝ filios sibi heredes instituit pro equali portione, et eos ad inuicem substituit: et si omnes morerentur sine filijs legitimis, et naturalibus, tunc eo casu adueniēte voluit domū suā cum massaritijs deuenire, et esse suorū nepotum carnalium ex fratre: et dictos suos nepotes sub conditione predicta sibi heredes īstituit et fecit in dicta domo et massaritijs: deniqȝ testatore mortuo decesserunt tres ex dictis filijs heredibus institutis a dicto testatore, nō superstitib⁹ sibi filijs legitimis, et naturalibus: quartus vero decessit post mortē illorum trium relicto vnico filio Joannes nole. Postmodum moritur dictus Joānes superstite Nicolao vltimo filio dicti testatoris. Vltimo loco moritur dictus Nicolaus sine filijs legitimis et naturalibus cōdito testamēto in quo extraneos heredes sibi instituit. Nunc queritur an dicti nepotes ex fratre primi testatoris admittantur ad legatū, seu ad substitutionem dicte domus saltem pro partibus illorum filiorum, qui sine filijs legitimis et naturalibus decesserūt. ¶ Et primo altissimi omnium cōditoris postulato suffragio, videtur, qd in nullo dicti nepotes debeant admitti: quoniam cum fuerint vocati sub conditione, si omnes decederent sine liberis, et vnus illorū decessit relicto filio legitimo, et naturali: ergo defecta conditione non debent ad

1 mitti: vt in.l.ij.C.de condi.inser. vbi patet, qd fideicommissum relictū ab herede, si sine liberis decesserit, nō debetur. si decessit relicto nepote, quē ex filia susceperat. Nec obstat si dicatur qd in quibusdā ex filijs extitit cōditio: vnde pro parte illorum debetur fideicōmissum, seu admitti debet substitutio: vt in.l.lucius.§.caio.ff. ad treb. qȝ illud procederet qū cuilibet illorum filiorū fuisset facta substitutio separatim, vel fideicōmissum relictū: sed in casu nostro fuit facta omnibus sub nomine collectiuo. s. si omnes decederent sine filijs. cū ergo vnus ex eis habuisset filiū et eo superstite decessit, deficit cōditio: qȝ nō fuit verū dicere, qd oēs decesserūt sine filijs: ar. in hoc.l. si fuerit. et.l. si is qui ducēta.ff. de reb.dub. Nam conditio debet adimpleri in forma specifica. vt in.l. cum fundus. et.l. qui heredi.ff. de condi. et demon. et c. nā nostrā.el.i. de iureiur. Secūdo principaliter pro ista parte videtur tex.l.i.pe.C.de impu. et alijs substi. vbi dicitur, quod quidam duobus impuberib⁹ filijs suis heredibus institutis adiecit, si vterqȝ impubes decesserit illū sibi esse heredem: demum alter dūtaxat decesserat in pupillari etate. querebatur an in partē istius debeat substitutus admitti: et deciditur ibi quod non: quia cum substitutio fuerit facta sub nomine collectiuo, scilicet si vterque decederet in pupillari etate, nō extitit cōditio altero dūtaxat in pupillari etate decedente. Et pro ista parte possent multa allegari: sed non est multum instandum. cum verba pro ista parte videātur clarissima: ideo frustra recurritur ad interpretationē: vt in.l. ille aut ille. et.l. non aliter.ff. de lega.iij. ¶ Sed his non obstātibus que vere casui nostro minime obstare arbitror, puto qd isti nepotes ex fratre debeāt admitti ad totum ius, quod cōpetebat illi filio vltimo mortuo super dicta domo et massaritijs: nō autem dico quod debeāt admitti ad partes illorum, qui decesserunt primo loco sine filijs: quoniā isti nepotes non fuerunt substituti simpliciter filijs morientibus sine liberis immo filij fuerunt inter se adinuicem substituti: ita quod vnus debet succedere alteri vsqȝ ad vltimum et sic in hereditate illorum trium, qui primo decesserunt sine filijs, successerunt pariter duo filij superstites ex dispositione testatoris: nec admittitur nepotes tertio loco substituti. vt.d.l. penult. et.c. capitu.ij pater. de testa lib.vi. quarto vero qui decessit relicto filio masculo, nō potuerūt alio modo succedere illi nepotes, nec in parte contingēte ex persona propria, nec in alijs portionibus eis contingētibus ex personis fratrū mortuorū: quia nedum ipsi excluduntur, cum in persona illius defecerit conditio sub qua fuerant vocati.l. heredes mei.§. cum ita. quinimo dico, quod etiam vltimus frater excluditur ab illius successione: quia licet fuerint adinuicem simpliciter substituti, tamen tacite subintelligitur, si quis decederet sine filijs. vt est tex. notabi. et singularis inter coniunctos in.l. cum auus.ff. de condi. et demonstra. vbi dicitur, quod quidam instituit filium ac nepotem ex altero filio, et adiecit quod si nepotes decederent infra vigesimum annum deberent hereditatem restituere patruo suo: demū decessit nepos infra illā etatē liberis relictis, videbatur quod cum in substitutione nulla fuisse facta mentio de filijs, quod teneretur restituere hereditatem patruo suo sm verba testatoris, contrarium tamen ibi deciditur: dicitur enim quod in euentum liberorum deficit conditio coniectura pietatis, quasi minus fuerit scriptum, qȝ dictū, et est ille tex. vt dixi, singularis in eo quod restitutio debeat fieri non extraneo: sed filio testatoris et tñ subintelligitur ex quo institutus erat nepos ex filio nisi decederet filio relicto: et per illum tex. ampliantur multum no. in.l. cū acutissimi.C. de fideicō. et.l. generaliter.§. cum autem.C. de insti. et substi. nam solent intelligi illa tñ qū restitutio erat fienda extraneo: vt sic intelligatur tacite facta mentio de filio instituti, sed idē est vbi institutus et substitutus sunt cōiuncti: et quilibet habuit portionē suā. ita dicēdum in proposito qd licet filij fuerint inuicem substituti, nulla facta mētione de eorum filijs: tamē debuit subintelligi, nisi decederet cū filijs. v.l.

cum auus. Quare concluderem qd quartus filius qui pro sua dimidia successerat tribus fratribus premortuis sine filijs iuxta substitutionē testatoris, totum ius sibi competens transmisit in filiū suū, et quo ad personam suā olim deficit conditio, et respectu filiorum et respectu nepotū. vt patet ex predictis. Sȝ totū dubiū remanet respectu partis cōpetētis vltimo filio tam ex persona propria, qȝ ex persona illorū triū fratrū premortuorū sine filijs, quibus successit pro dimidia iuxta dispōnem testatoris, an illa pars debeat venire ad istos nepotes. Et preterea si ille filius fratris viueret, seu vixisset tpe mortis isti⁹ Nicolai vltimi, res esset magis dubia, p no. in.l. quidā testamento proculū.ff. de vul. et pu. et.l. heredes mei.§. cum ita ad trebel. et.l. penul.C. de impub. sed nō oportet disputare cū iam esset pmortuus, et solus supererat iste Nicolaus qui decessit sine filijs proprijs, et sine filijs fratrū premortuorū. Quo casu puto, vt supra dixi, qd isti nepotes debeant venire ad totum ius, qd dicto Nicolao cōpetebat sup illa domo, et massaritijs ex persona sua, et aliorū, qb⁹ successit: moueor principaliter p text. dicte.l. heredes mei.§. cū ita. vbi vř hoc expressum. ibi enim pater instituit duos filios suos et adiecit qȝ si vterqȝ sine liberis diē suū obierit, omnē hereditatē volo ad neptē meam Claudiam peruenire: demū decessit ex filijs cū liberis. reliquus vero decessit postmodū sine liberis. deciditur ibi qd neptis Claudia substituta admittitur ad partē illius, qui decessit sine liberis: et sic in partē illius in quo extitit cōditio. licet substitutio fuisset facta per nomen collectiuū, vt si vterqȝ decederet sine liberis etc. reddit ibi tex. rationem, qd hoc admittit non pp̄ter verba: qȝ illa prorsus resistūt: qȝ verū fuit qd vterqȝ nō decesserit sine liberis: sed propter voluntatē defuncti quē spectari dȝ, admittitur. Hoc ita punctualiter cōtingit in casu nostro Is enim fuisset dictū, si oēs decesserint sine liberis etc. tamē ex quo in persona vltimi extitit conditio: et qd plus est, nemo remāserat ex prioribus fratribus: debēt isti nepotes admitti nō ex significato verborū: sed propter presumptam voluntatē testatoris. Scđo hoc videtur aperte probari ex ratione.l. penul.C. de impub. et alijs substit. aliter inducendo quā

2 supra inductū. vbi cū institutis duobus filijs impuberibus fuit facta substitutio directa per nomen collectiuū, videlicet si vterqȝ decessisset in pupillari etate illis sit heres demum vno tantum decedēte in pupillari etate, deciditur ibi, qd substitutus nō debet admitti in illius portione: propter volūtatē p̄sumptā testatoris: qȝ p̄sumendū est patrē cogitasse primo decedenti fratrē suū debere succedere: et sic qd propter amorē filialē eos substituerit adinuicē, ergo ex ratione text. que debet attendi ad ampliandū vel restringendū dictum.l. cum pater.§. dulcissimis.ff. de leg.ij. aperte cōcluditur, qȝ si nō fuisset illa presumpta voluntas testatoris, que causatur ex amore filiorū. arg. in.d.l. cum acutissimi. venisset substitut⁹ in portionē illius, in quo extitit cōditio: licet in persona vtriusqȝ nō extiterit, qȝ sic fuisset dictū, si vterqȝ etc. et est l hoc ille tex. sic inductus satis notabilis ad casum nostrum. et per illum tex. tollitur obiectio que posset fieri contra dictam.l. heredes mei. videlicet qd illa loquitur in fideicōmissaria restitutiōe: nā idē est in directa, vbi p̄dicto modo fuit facta substitutio per nomē collectiuū vt probatur in d.l. pen. et expresse voluit Bar. in vtroqȝ loco. et facit qd ipse no. in.l. quidam testamēto proculū.ff. de vul. et pup. Preterea in casu nostro non est loc⁹ directe substitutioni: qȝ ille vltim⁹ frater decessisset post pupillarem etatem et substitutio fuit facta per verba cōmunia et directa inepta no. in.l. cēturio.ff. de vul. et pupil. et.c. ij pater. de testa. lib. vi. Nec etiā obstat si dicatur, quod in casu nostro non fuit facta substitutio per nomen collectiuū, sicut in.d.§. cum ita. et in.d.l. pe. qȝ cōtrarium est verū, cum magis sit collectiuum verbū omnes, quā verbū vterqȝ, et in materia nostra Bar. illa equiparauit in.d.l. pe. et in.d.§. cum ita. Nec etiā obstat si dicatur, quod in.§. cū ita. primo testator singulariter et distributiue dixit, Si quis filiorū meorū sine liberis diē suū prior obierit, partē suā superstiti fratri restituat etc. quia hoc nihil ad rumbum. Nam illa substitutio distributiua, et reciproca, non refertur ad ibi substitutos secundo loco sub nomine collectiuo: sed ad ipsos fratres primo institutos. Et ita punctualiter cōtingit in facto nostro: testator enim hic primo instituit filios, deinde eos substituit singulariter, inuicē, et scđo seu in loco ipsorū substituit istos nepotes sub nōie collectiuo. ita quod nō video, qd casus habeat in hoc aliquā dubitationē: et clarissime firmat

dientia. de prescrip. ⁊. c. cum causam. de proba. facit. l. nesennius. ⁊ quod
ibi no. ff. de neg. gest. ⁊ per Bal. in. l. admonēdi. ff. de iureiurā. ⁊. l. nuda.
ff. de dona. pensio fuit soluta monasterio nomine. M. seu eius heredū,
in. xvij. xix. ⁊. xx. annis, tam pro preteritis q̄ futuris annis, ex quo eui-
denter apparet de voluntate domini q̄ŏ nō voluerit illū ob hoc esse pri-
uatum. iuxta no. per gl. ⁊ doc. in. d. c. potuit. l. ij. C. de iure. emphy. vbi ex-
presse firmat hoc Bar. post alios, ⁊ si dicatur quod non debet libro cen-
suali credi in preiudicium do. P. arg. l. solēnibus. C. de rei vend. ⁊ quod
ibi not. per Bal. in prin. dico hoc procedere, quādo descriptio fieret seu
tēderet directe in preiudicium alterius: sed in casu nostro adducitur so-
lum ad arguendam voluntatem abbatis: nam negari non potest quod
nō faciat presumptionem de voluntate abbatis quod voluerit primam
concessionem esse resolutam, propter solutionem non factam. argu. in. l.
3 instrumenta domestica. ⁊ quod ibi not. C. de proba. maxime quia † vo-
lunt as hominis nō potest probari, nisi cōiecturis cessante voluntate ex-
pressa. vt in. c. si vero. de sent. exc. facit. l. dolū. C. de dolo. ⁊. c. ij. de renun.

lib. vj. nec obst. si dicatur quod iam declarauerit voluntatem suam cōce-
dendo illa bona do. P. ⁊ in dubio debet fieri interpretatio, vt conces-
sio valeat per supradicta: quia dico quod si verba dicte concessionis re-
cte ponderentur, non possunt ad hunc casum referri: quoniam do. P.
hunc priuationis casum non expressit, sed solum petiit dictam emphy-
teusim sibi renouari. renouatio autem petita per filiū, nō sapit causam
priuationis paterne: sed potius presupponit existētiam, ⁊ validitatem
prime concessionis: sed ne propter mortem patris, vel temporis longin-
quitatē pereat memoria originis ⁊ rei, solet peti renouatio. vt ꝓbat tex.
4 xvj. q. ij. longinquitate. c. j. de preca. hinc est, quod † successor in feudo de-
bet petere inuestiturā renouari: ac etiā heres domini debet recognosci
per renouationem fiendam. vt in. c. a. j. que fit prima causa benefi. amit.
⁊ not. in. d. c. longinquitate. cum enim res emphyteuticaria est omni-
no reuersa ad dominum, presertim propter canonem non solutum, non
fit ibi renouatio, etiam quoad filium, sed noua concessio: cum ius primum
totaliter sit extinctū. ad hoc. c. ij. de feu. ⁊ quod no. in. c. vnico. de vasal. de-
crep. eta. Preterea abbas sancti Thome concessit, seu renouauit do.
P. sub conditione, si recte peteret renouari: ergo non videtur cogitasse
se hunc casum priuationis: tunc enim non fecisset sub conditione maxi-
me predicta, sed assertiue dixisset q̄ emphyteusis erat resoluta propter
canonem non solutum: nec dixisset se renouare: sed potius de nouo con-
cedere: cum enim priuatio vtilis domini, que resultat in casu nostro sit
quid penale cum diminuat patrimonium alterius. iuxta. not. per Joan.
an. in. c. si. de elec. li. vj. ⁊ expresse in casu nostro firmat Bal. in. d. l. ij. C. de
iure emphy. debemus strictam interpretationem facere: vnde oportet
quod de domini voluntate clare constet. arg. in. l. si preses. ⁊. l. interpre-
tatione. ff. de pen. ⁊ in regula, odia. de reg. iur. lib. vj. videtur enim per
verba illa apposita in secunda concessione Abbas dubitasse de validi-
tate prioris renouationis: ignorans autem non videtur velle, maxime
in penalibus. vt in. l. nec ignorans. C. de dona. ⁊. C. de condi. indebi. l. fin.
vbi bonus tex. ⁊ per hoc tollitur motiuum, quod in contrarium forma-
ri potest, si dicatur q̄ mora nō potuit purgari post concessionem factā
do. P. quia dicendum, q̄ cum illa concessio non valuerit, potuit purga-
ri mora quandocunq;: nam tempore solutionis pensionis facte pro pre-
teritis ⁊ futuris annis nomine. M. seu eius heredum, non constabat,
q̄ŏ voluerit abbas emphyteutam esse priuatum propter solutionē nō
factam, vt prediximus potius presumitur contrarium, vt patet ex pre-
dictis nec ob. si dicatur abbatem declarasse ex postfacto, q̄ illam cōces-
sionem faceret propter canonem, seu pensionem non solutam: quia cum
talis declaratio non fuerit facta post moram purgatam per. do. M. seu
ipsius nomine, vel eius heredum, non potuit fieri in preiudicium prime
concessionis: nam cessatū fuit in solutione ab annis domini. M. cccc. xij.
vsq; xvij. ⁊ solutio fuit postea facta in. xviij. pro annis preteritis: item in
xix. ⁊ sic pro annis futuris post moram purgatam declaratio vero fuit
facta per abbatem anno. M. cccc. xxij. vnde non poterat nunc hoc decla-
rare, presertim cum resultaret contrarietas: nam ex receptione pensio-
nis pro preteritis ⁊ futuris annis, videtur voluisse habere priuationē:
ergo non poterat postea verbo declarare contrarium: cum declaratio
sit contraria facto sicut in si. dicimus in protestatione, que facto contra-
ria non valet. vt not. in. c. cum. M. de constitu. ⁊. l. non solum. §. more. ff.
de no. oper. nun. ⁊. c. solitudinem. in si. de app. vbi dicitur repellendum
illum esse, qui in verbo ⁊ facto reperitur contrarius: facit. ff. de reg. iur.
l. vbi repugnantia. nec ob. si dicatur quod ille qui declarat nihil inducit
de nouo. ⁊ sic videtur q̄ si cupit possit declarare. vt not. in. l. heredes pa-
lam. ff. de testa. quia dico illud procedere vbi cōstat actum qui declarat
precessisse: ⁊ ita proprie loquitur. c. pastoralis. §. j. de ap. Sed vbi nō cō-
stat actū precessisse, nō potest fieri declaratio: sed oportet q̄ŏ pri⁹ ꝓbet
presente parte actū precessisse: vt probat in. c. peruenit ad nos. de app. ⁊
de presenti. afferta. gl. de cēsi. ⁊. c. cum sm̄ leges. de here. lib. vj. sed in casu
nostro non cōstitit q̄ abbas voluerit primam cōcessionē esse extinctam
propter canonem nō solutum: ergo non potuit hoc declarare presertim
parte nō vocata. nec ob. vltimo si dicatur q̄ pro aliqs annis, vsq; ad pre-
sentē diem nō fuerit facta solutio pensionis per. d. G. p. sed per do. P.
vnde a. M. cccc. xx. solutio fuit facta. P. seu eius nomine. ⁊ nō per. Gui.
p. ⁊ sic videt q̄ saltem ex isto capite. d. Gui. p. sit priuatus iure suo. cum
tanto tempore nō soluerit. Ad hoc respondeo per no. et sing. d. Gui. de
cu. quod refert ⁊ sequit Bar. in. l. solēnibus. C. de rei vendi. vbi ponit ta-
lem. q. ad literam: dicit enim q̄ si fundus concessus in emphyteusim nō
est de facto penes emphyteutam: sed possessio peruenit ad tertium, qui
possidet et soluit canonem per octo. vel. x. annos. q̄ verus emphyteuta
non soluēdo, nō cadit a iure suo: quia ecclesia que est domina non potest
mihi opponere de solutione non facta satis enim sibi est q̄ solutio fuit
sibi facta a tertio possessore: nam iste census equiparat tributo: suffi-
cit autē q̄ tributū a quocunq; soluatur: ad hoc vt res nō incidat in com-
missum: allegat pro casu. l. forma. §. si eum ergo. ff. de cēsi. alle. etiam simi-
le in alia materia: nam mortuo patre debet vasallus infra annum adire
dūm, ⁊ petere inuestituram, alr̄ feudum perdit. d. c. j. que fit prima cau-
sa benefic. amit. pone q̄ patre meo mortuo terti⁹ incepit feudū possidere
re, nec volebat mihi restituere. ego, quia non erā in possessione feudi, nō
petij inuestituram infra annum, nec prestiti iuramentum fidelitatis: an

n

autem per hoc sim priuatus. Sm. et Bal. post eum tenent quod non per. d. §. si cum ego. nam ex quo non habeo comm[un]e utilitatem, non teneor subire onera feudi. Item ex quo non sum in possessione, non dicor esse in dolo, non petendo inuestituram: ergo non debeo incidere in penam. vt. c. fin. de prohi. feu. ali. per fe[d]. nec tertius possessor, qui soluit, potest me excludere, nec potest allegare prescriptionem, cum non habeat titulum legitimum: et presertim si est in mala fide: vt in casu nostro. Concludo ergo ex omnibus predictis quod dicte res emphyteuticarie debent existere penes. G. p. vigore prime concessionis, cum ipse solus remanserit de posteritate masculina dicti. M.

Consilium. lxviij.

1 Constitutio vbicunque exigit iuramentum ad tacturam scripture, non est constitutioni satisfactum, si prestatur iuramentum sine tactura.
2 Scriptura non tabellionis non facit fidem, nisi sit statuto, vel consuetudine approbata.
3 Notarius qui fuit rogatus debet per se totum instrumentum complere, et non per alium, nisi hoc fiat iudicis authoritate.
4 Iudex vbicunque declarat aliquem esse inhabilem ad officium, vel incidisse in penam statuti, debet prius citare partem, et audire suas defensiones.

Quanquam Super vacatione data ser Bartholomeo notario Senen. per officiales ad huiusmodi deputatos, multa ad ipsius iniustitiam allegentur, mihi tamen duo vertuntur precipue si in facto veritate nitantur. quorum vnum concludit illius vacationis iniustitiam: reliquum vero nullitatem. Primo mihi namque presupponitur senensi censura cautum fore: vt debitores communis describantur per camerarium deputatum ad hec, manu propria: et sic descripti in illo libro speculi vulgariter nuncupati, debent lacerari. si extrahantur, vel eligantur ad aliquod commune officium: dictus autem ser. B. non reperitur scriptus manu propria camerarij, sed alterius: ergo talis scriptura non debuit facere sufficientem fidem: quod multipliciter ostendo. Primo namque in loco gloss. not. que communiter approbatur in. c. vt circa. de elec. lib. 1 vi. que dicit, † quod vbicunque constitutio exigit iuramentum ad tacturam scripture, non est constitutioni satisfactum, si prestatur iuramentum sine tactura cum constitutio exigat tacturam pro solennitate actus ad maiorem terrorem. facit quod not. glo. in cle. j. de here. fortius ergo in casu nostro non est satisfactum statuto si exigit vt manu propria camerarij describantur debitores. et. d. ser. B. reperitur descriptus manu alterius.
2 Secundo facit, quia † regulariter scriptura non tabellionis non facit fidem: nisi sit statuto vel consuetudine approbata. vt. c. dilectus. de fi. instru. facit quod not. Bal. in. l. j. C. de sum. tri. statutum ergo senense dans potestatem camerario describendi debitores, et fidem ipsius scripture adhibendo, videtur elegisse fidem, et industriam persone camerarij: presertim in casu nostro, in quo expresse statutum requirit, vt manu propria camerarij fiat descriptio: ergo scriptura alterius manu ibidem reperta, non debet facere fidem. presertim ex quo camerarius non attestetur ibidem in alia scriptura alium scripsisse eo mandante: ad hoc optime facit quod in si. no. in. c. si. de offi. dele. §. is autem. vbi dicitur, quod is cui iniungitur, vt personaliter negotium exequatur, non potest alteri illud committere: et si videatur electa fides et industria persone. c. doctor. c. is cui. eo. ti. in. vj. vbi plus probat litera, quod is cui simpliciter committitur aliquod ministerium, in quo versatur fides et industria, licet non dicatur quod personaliter exequatur, nihilominus videtur in dubio electa industria, et fides persone, vt alteri committere non possit: ergo non debet facere fidem in casu nostro, in quo non apparet commissionem fuisse alteri factam per camerarium. ad idem facit quod no. Bar. in. l. j. C. de preposi. age. in reb. lib. xij. vbi per illum tex. dicit, quod positus in aliquo officio non potest regulariter per alium deseruire: nisi in aliis multum pro repu. laborauerit: et tunc si vult, debet deseruire per hominem eque conditionis, non autem per quem libet: que omnia cessant in casu nostro. Preterea facit quod de tabellione not. gloss. in auth. de tabel. §. nos autem. et c. cum. p. de fi. instru. dicunt enim ille glo. per text. et preal. §. nos autem. 3 † quod notarius qui fuit rogatus debet per se totum instrumentum complere, et non per alium, nisi hoc fiat iudicis authoritate: et sequitur hoc dictum Host. in. c. inter dilectos. de fi. instru. et Io. an. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. instrumentum. ver. ite op. Et saltem illud dictum videtur indubitanter verum, quando in instrumento vel libro notarij reperitur scriptura manu alterius, de quo ipse non attestatur ibidem in alia scriptura. est enim presumptio quod falso illa fuerit per alium apposita. vt. d. c. inter dilectos. et c. cum venerabilis. de relig. do. fortius ergo hoc dicendum in casu nostro, vbi officium scribendi, et fides datur non notario, vt per alium scriptura facta fidem non faciat. vt not. in. c. quoniam contra. de proba. vbi. Host. expresse tenuit, quod deputati ad scribendum acta iudicialia, non possunt per alium sine iudicis authoritate scribere: cum sit eorum electa industria et fides: et quamuis Inn. tenuerit ibi oppositum: tamen requiritur quod is cui officium commissum fuit, declarauerit per subscriptionem vel sigillum, quod eius authoritate fuit factum, quod in casu nostro minime interuenit. Ex quibus omnibus euidenter concluditur quod scriptura facta in dicto libro manu alterius quam camerarij non facit fidem, vt. d. ser. B. debeat habere vacationem, et per consequens vacatio sibi per officiales data fuit iniusta: et presertim est in casu nostro presumptio contra dictam descriptionem: quia camerarius in breui transumpto quod fecerat de descriptis in libro, non erat descriptus. d. ser. B. hinc est quod fuit extractus, et acceptatus ad officium, nec fuit laceratus, sicut solet de aliis fieri: hec enim omnia adminiculantur contra dictam scripturam. ar. c. cum causam. et quod ibi no. de proba. et l. iij. ff. de testi. Ex secundo capite vacatio tradenti ser. B. data, videtur nulla ex defectu citationis: dicitur enim quod dicti officiales dederunt ei vacationem eo prius non vocato, nec audito. ex quo 4 profecto satis potest dici, quod eorum declaratio fuerit nulla. † Quoniam vbicunque iudex declarat aliquem esse inhabilem ad officium, vel incidisse in penam statuti, debet prius citare partem, et audire suas defensiones. tex. est no. in c. cum sin leges an si. de here. lib. vj. no. Bar. in. l. eius qui delatorem. ff. de iure fi. hinc dicit glo. no. in. c. cupientes. §. ceterum. de elec. lib. vj. quod licet a sententia seu pena legis, vel statuti non possit appellari. vt. l. si qua pene. ff. de verb. signi. et c. quia nos. et c. consuluit. de ap. tamen a sententia iudicis declarantis quem incidisse in penam legis, seu statuti, potest appellari: quia iudex potuit male declarasse seu sententiasse, preterea regulariter non valet quicquid fit per iudicem parte absente in eius preiudicium citatione non premissa: saltem respectu eorum que sunt grauis preiudicij: vt. c. ola. et c. cau. cum in. q. tr. no. Bar. in. l. nec quicquam. §. decretum. ff. de offi. procon. videtur tex. et gl. in. c. ecclesia sancte marie. de consti. et bona glo. in cle. presenti. de cens. et cle. ij de penis in verbo, constitue. vbi patet iudicem non debere declarare quem incidisse in excommunicationem eo non vocato: nam causarum merita partium assertione panduntur. l. j. C. si per vim vel alio modo. c. cum ex literis. de in integ. resti. quinimo plus voluit Inn. in. c. tua. de coha. cle. et mul. prope fi. quod etiam in notoriis non valet sententia. nisi prius citetur reus, et exponatur sibi factum, et audiantur sue defensiones: cum multa dicantur notoria que non sunt. c. consuluit. de ap. facit. c. si. de offi. de. lib. vj. iuncto. c. j. eo. ti. et lib. et quamquam videatur facere in contrarium quod ipse no. in. c. quanto. de transla. episco. et tex. in. c. cum olim. de re iudi. et c. bone. de elec. tamen veritas est quod vbicunque defensio potest competere absenti, semper requiritur citatio quantumcunque factum dicatur notorium: secus vbi certum est nullam defensionem competere absenti, quo casu procedunt contraria. ad hoc. l. ij. §. quod si de frumentaria. ff. de admi. re. ad ciui. perti. et ibi per glo. vbi per illum tex. not. dicit, quod reuisores rationum debitoris communis possunt pronunciare contra absentes, ex quo assignant libros suos, in quibus sunt descripta omnia scilicet introitus: vnde nulla alia defensio poterit competere: sed in casu nostro hoc non contingit, cum ille liber non fuerit scriptus per. d. ser. B. ideo potuisset contra illum multa opponere maxime cum scriptura esset facta manu alterius. Item potuisset probare se non debitorem communis: quia licet statutum det prima fronte fidem scripture illius libri: non tamen per hoc tollit, quin possit probari contrarium: maxime in casu nostro, vbi probatio non est plena, ad hoc. c. continebatur. de despon. impu. iuncto. c. proposuisti. de probatio. Ex quibus omnibus infertur, quod illa pronuntiatio officialium fuit nulla ex defectu citationis, et quia non fuerunt audite defensiones dicti. ser. B. debet ergo audiri, et citari, et inquiri de predictis, que si vere sunt, non debet vacationem habere.

Casus consilij sequentis.

Casus in his terminis proponitur.

Quidam dominus Antonius matthei quandam domum suam vendidit cuidam mariano, retento penes se dicte domus dominio: donec do. M. exoluerit totum pretium conuentum: cum autem. d. M. cessaret in solutione maioris partis pretij. d. Ant. venditor impetrauit ad omnem cautelam a iudice, potestatem vendendi dictam domum pro residuo pretij: hoc tamen in licentia antedicta expresso, vt illam venderet premissis subhastationibus plus offerenti: demum factis per nuntium dictis subhastationibus, cum non apparuisset aliquis qui vltra cl. flore. obtulisset. d. Ant. et M. communi concordia vendiderunt prefatam domum insolidum cuidam Angelo pro pretio. cl. flo. asseruit tandem do. Anto. se vendere vi dominij et proprietatis sibi reseruate tempore venditionis facte do. M. ac vigore licentie prefate sibi a curia concesse: postremo illinc ad tres fere dies. d. Angel. sponte et ex mera liberalitate promisit solenniter. d. M. dictam domum pro dicto pretio cl. flor. elapsis primo. v. annis, et non primo, vendere: et venditionis instrumentum facere: nunc autem mortuo do. Anto. d. M. dicit contractum venditionis facte. d. Angel. fuisse fictum, simulatum, et pignoratitium, et in forma venditionis conceptum, et instat vt pensiones medio tempore ex dicta domo percepte, vel que percipi potuerunt, debeant in dicto pretio, seu sorte dictorum. cl. flo. computari, contradicente. d. Ang. et dicente dictum contractum fuisse vere venditionis. Queritur quid iuris.

Consilium. lxix.

1 Contractus factus in forma venditionis presumitur fictus et simulatus: et vere pignoratitius, vbi simul concurrunt modicitas pretij, et pactum de retrouendendo.
2 Emptor si soluat partem pretij: licet non possit agere ex empto, antequam totum pretium soluat: tamen postquam soluerit pretium integrum, poterit petere fructus, seu reditus pro rata eius pretij, quod soluit.

1 Videtur Primo quod dicte pensiones debeant extenuare sortem seu pretium dictorum. cl. flo. quod probatur sic: vbicunque concurrunt duo. s. modicitas pretij, que hic in facto per d. M. allegatur, et pactum de retrouendendo, presumptio iuris est quod contractus

contractus factus in forma venditionis, sit fictus et simulatus, et vere pi
gnoratitius. vnde fructus percepti, et qui percipi potuerint, debent in sor
tem computari vt probari videtur in c. ad nostram. de emp. et ven. facit c. illo
vos. de pi. no. gl. in c. conquestus. de vsur. et Archi. in c. quia plerique. xiiii. q. iiii.
et presertim in casu nostro debet presumi fraus, in quo pactum de re
trouendendo non fuit liberum, et absolutum, sed promisit retrouendere post. v.
annos a tempore venditionis: et sic volebat pro illis quinque annis ratio
ne vsure habere commoditatem domus: et de hoc videtur prima fronte tex.
in d. c. ad nostram. insurgit enim multipliciter ex predictis presumptio
fraudis. primo ex modicitate pretii, que hic allegatur. presumitur enim qualis
tas contractus ex quantitate pretii. l. per diuersas. C. man. et no. gl. in l. i. ff. de
superfi. et Bart. in l. coter. §. qui maximos. ff. de pub. Secundo oritur pre
sumptio fraudis: quia noluit obligare se ad retrouendendum quandocumque, sed
post quinquennium: et sic esset certus recipere commoditatem seu pensiones
domus per quinquennium: vt no. doct. in d. c. ad nostram. ¶ Sed his non ob
stantibus arbitror quod in casu nostro non debet presumi contractus pignorati
tius: et presupposito quod esset, non debet audiri d. M. petens compensationem
pensionum eo modo quo petit. Quod autem non debeat presumi simulatus,
et per consequens pignoratitius, sed potius verus contractus emptionis, et
venditionis, Primo probo per ea que ipsam venditionem precesserunt. nam
iudex fuit aditus per do. Ant. vt daretur sibi potestas vendendi pro residuo
pretii, et multis premissis per iudicem fuit data potestas cum hoc, quod fierent
subhastationes, et plus offerenti daretur. quod secutum extitit. vt dixi in casu
nostro: nec fuit aliquis repertus, qui obtulisset vltra dictum pretium. cl. fio.
ergo non debet presumi fraus. arg. l. non est verisimile. ff. quod met. cau. et l.
transactione. C. de transac. et l. i. C. de predi. decur. sine decre. non alie. lib. x. et quod
ibi Bar. et per Spec. in tit. de emp. et vend. §. nisi dicendum. versi. breuiter
sciens. et Bal. in l. quicumque. C. de bo. que lib. et in prima constitutione in lib.
feu. in his enim iuribus legitur et no. quod interueniente authoritate iudicis
nulla fraus est presumenda. Secundo principaliter ad fraudem exclu
dendam facit, quia venditio dicto Ang. fuit facta principaliter per d. An. pe
nes quem erat dominium dicte domus: licet in instrumento ad maiorem caute
lam fuisset dictum, quod etiam d. M. vendebat, et quilibet eorum in solidum: sed cer
tum est quod ex persona d. Ant. non est presumenda aliqua fraus, vel simula
tio, cum ipse esset ditissimus, nec vendebat propter necessitatem: vt cunctis in
hac ciuitate Senarum notum est, sed pro residuo pretii quod habere debebat:
nec sibi fuit factum pactum de retrouendendo: nec etiam vilitas pretii interue
nit ex parte ipsius, cessant enim in persona sua omnes coniecture indu
centes presumptionem fraudis: debet ergo cessare omnis presumptio. ar
gu. c. cum cessante. de ap. cum si. Tertio me mouet interuallum temporis
inter venditionem factam do. Ang. et pactum de retrouendendo factum do. M.
nam venditio fuit facta die. xx. februarii: et pactum fuit factum die. i. martii
eiusdem anni. vnde venditio fuit pure facta: non autem sub pacto de retro
uendendo: pactum autem de vendendo fuit postmodum factum ex mera libe
ralitate do. Ang. vt dicitur in instrumento: et sic non potest ex hoc sumi con
iectura simulationis. optime facit quod in si. no. in pacto legis commisso
rie, quod in pignoribus reprobatur si interuenit tempore constituti pi
gnoris: secus si ex interuallo, cum tunc non sit necessitate astrictus. vt not.
Cy. in l. fi. C. de pac. pig. et cano. in c. significante. de pig. ita dicendum in
proposito, presertim quod magis est ponderandum: quia principaliter vendi
dit dictus do. Ant. apud quem remanserat dominium eiusdem domus, cum
quo nec ante, nec postea, interuenit aliquod pactum. Quarto principa
liter, quia presupposito quod d. Ang. emisset dictam domum pro minori iusto
pretio, non tamen per hoc competeret facultas prefato. M. repetendi pen
siones: vel computandi in pretio. cl. fio. multiplici ratione. Primo, quia si
fuit vera venditio, tantummodo potuisset agi condictione ex. l. ii. C. de rescin.
vend. et c. cum dilecti. de em. et vend. vt suppleatur iustum pretium, vel res red
datur, et hoc si interuenisset deceptio vltra dimidiam iusti pretii, que hic
negatur interuenisse: nec hoc casu potuisset, vel posset iste. M. agere: quia
ipse licet verbo vendiderit vna cum dicto do. Ant. in solidum: non tamen
effectualiter rem tradidit, cum dominium domus non esset penes eum: sed
penes dictum do. Ant. qui reseruauit sibi dominium domus donec totum
pretium integre solueretur: quod tamen nihilominus apud eum remansis
set, presupposito quod pactum illud non fuisset oppositum: quia de iure res vendi
ta non efficitur emptoris, nisi tradatur, et pretium integrum soluatur: nisi fuis
set habita fides de pretio. vt insti. de rerum diui. §. venditae. et l. traditioni
bus. C. de pac. Iste ergo. M. ad nihilum agere potest contra d. Ang. cum
venditio per eum facta nullum habuerit effectum vt etiam predixi, quilibet
illorum vendidit in solidum: sed dominium transtulit solus d. Ant. apud quem
erat. Tertio sua venditio duntaxat habuit effectum. Item presupposito, et
nullatenus concesso, quod dicta venditio fuisset simulata, tamen non video
quo iure posset iste. M. repetere omnes pensiones, sicut repetere velle
videtur: quia cum numquam acquisiuerit dominium illius domus, vt patet ex predi
ctis, ergo non potest petere pensiones inde prouenientes, que spectant
ad dominum, et non ad emptorem: quinimmo non potuisset d. M. agere actio
ne ex empto ad rem tradendam, ex quo non soluerat totum pretium. vt est tex.
in l. iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. dixit tamen ad propositum no. Bart.
3 in d. §. offerri. † quod si emptor soluit partem pretii, licet non possit agere ex
empto, antequam totum pretium soluatur: tamen postquam soluerit pretium integrum,
poterit petere fructus, seu reditus pro rata eius pretii, quod soluit als

legat pro casu. l. fi. ff. de fun. do. et idem ibi firmat, ita quod etiam presupposi
to quod non fuisset vera venditio, sed simulata: non tamen posset d. M. vo
lens nunc soluere residuum pretii, petere pensiones, nisi pro rata eius pretii quod sol
uit: sed in casu nostro nil petere potest: quia non debet presumi venditio simulata ra
tionibus predictis: ad contraria. s. formata patet responsio ex predictis.

¶ Consilium. lxx.

1 Princeps nunquam intendit preiudicare tertio, nisi de illo mentio
nem faciat.
2 Surreptio in literis gratiosis vitiat gratiam ipso facto.

In Dei nomine. Queritur, an viso quodam indulto a
postolico ciuitatis montisflasconi con
cesso, videatur dicte ciuitati concessum castrum Castellon
chii: et in facto presupponitur quod dictum castrum non erat,
nec est de territorio, comitatu, vel districtu ciuitatis Viterbiensis, aut
castri Bulsene, seu illorum de illo castro Bul. Et profecto si id quod. s. in
facto presupponitur veritate nitatur, res videtur mihi prorsus indubi
tabilis multis ex rationibus. Et principaliter quia papa Grego. concessio
nem illam fecit sub conditione extrinseca: videlicet si et inquantum illud
castrum, et quedam alia ibidem concessa sint, vel vnquam fuerint de territo
rio, comitatu, districtu ciuitatis Viterbien. vel aliquorum de ciuitate
Viter. ac castro Bul. etc. vt clare patet ex tenore priuilegii: conditione
ergo falsa existente annihilatur concessio: vt patet per totum titu. de
condi. ap. et presertim in c. super eo. et c. per tuas. e. tit. et per totum tit. C.
de condi. inser. no. gl. in similibus terminis in cle. vnica. de offic. delega.
et Inno. in c. si. de presum. quinimmo plus dico in casu nostro, quod cum con
ditio fuerit de presenti, et de preterito: vt patet per illa verba: sunt, vel vn
quam fuerint etc. concessio a principio quo ad illud castrum nihil valuit: quia
conditio de preterito, vel presenti actum non suspendit: sed si est falsa dis
positio est nulla: si vera, illico tenet. vt l. cum ad presens. ff. si cer. pet. et l.
conditio in preteritum. ff. de verb. obl. et insti. eo. §. conditiones. cum si.
et hec sola consideratio sufficeret ad victoriam cause. sed ad maiorem cla
1 ritatem subiiciam alia motiua: et sic secundum in ordine. † Princeps nunquam
intendit preiudicare tertio, nisi de illo mentionem faciat. l. ii. §. si quis a
principe. ff. ne quid in loco pub. hinc est quod si committit causam inter
duos appellatione remota, non videtur quoad preiudicium tertii appel
lationem remouisse: vnde tertius sentiens se in eadem causa pregrauari
poterit, remotione appellationis non obstante, appellare vt. c. super eo.
de offi. dele. hinc. not. dixit glo. in c. si. de deci. lib. vi. et Inno in c. dudum.
de priuil. quod priuilegium non valet si non faciat mentionem de possessio
ne bona fide ab alio quesita: licet mentionem agat de proprietate alte
rius: sed in casu nostro papa non fecit mentionem de proprietate, et pos
sessione illorum, ad quos vere spectabat dictum castrum Castellonchi ergo
dicta concessio nulla. ¶ Tertio probatur alia ratione: papa intendebat
bat in hoc facto non solum consulere istis de montefiascono: sed etiam puni
re illos de. V. et B. vt expresse colligitur ex prefato indulto in versi. nos igitur
attendentes. sed in casu nostro non puniret illos cum ad eos dictum ca
strum non spectaret: sed ad alios: ergo cessat dicta concessio: nam vbi sic
princeps mouetur ex duabus causis simul consideratis, illarum altera defi
ciente, cessat dispositio. vt probatur in c. quoniam frequenter. §. porro. mun
cto. §. si autem. vt lite non contest. Preterea, et quarto surreptio in literis
2 gratiosis vitiat ipso facto gratiam. † l. fin. ff. de natali. resti. c. i. et. q. de fi
liis presby. lib. vi. et in c. ad audientiam. et quod ibi not. de rescri. sed in ca
su nostro interuenit surreptio pluribus modis, vt colligitur ex predictis,
et tenore priuilegii: ergo dicta concessio nulla quo ad castrum Castel. li
cet posset valere, quo ad alia in eodem priuilegio concessa: in quibus nul
la fuit commissa surreptio. vt est text. in c. super eo. de rescri. lib. vi. Sed
hic cadit alia questio necessario hic examinanda, per alios consulentes
omissa: cui scilicet incumbat onus probandi quod dictum castrum Castell. fuerit
vel non illorum de. V. vel. B. an illis de montefia. quod illorum fuerit: an
V. vel. B. incumbat onus probandi quod pertinebat ad alios quod
est querere, si de surreptione opponitur contra literas principis, cui in
cumbat onus probandi, an impetranti, an excipienti: quam questio. ple
ne examinat Io. an. in c. i. de lit. contest. li. vi. vbi post multa distinguit ex
pressum a tacito, vt veri expressionem probet impetrans: et excipiens cum
hoc casu negat, impetrans vero asserit: debet ergo approbare assertio
nem suam esse veram. arg. ff. de proba. l. ei incumbit. ad idem adduco. c.
si. de rescrip. vbi dicitur, quod iure scripto intelligitur clausula si preces ve
ritate nitantur: ergo oportet ad purificationem gratie, vt impetrans
probet narrata per eum fore vera: tacitum vero probet excipiens, cum
ipse asserit aliquid tacitum, quo expresso papa non concessisset literas: in ca
su autem nostro opponitur de surreptione: non autem de suppressio
ne. probent ergo ipsi impetrantes id quod narratur in impetratione.
¶ Secundo cadit hic alia difficultas. Vtrum sufficiat illis de monte
flascono probare quod dictum castrum Castellonchi aliquando fuerit
illorum de Viterbio vel castro Bulsene: licet tempore concessionis esset
alterius. Et videtur primo quod sic: quia hoc expresse voluit papa in suo
priuilegio: vt patet ibi, Sunt vel vnquam fuerunt etc. ergo satis est quod fue
runt illorum licet tunc tempore concessionis erat sub papa duntaxat:
et tunc sufficit probare quod aliquando fuit illorum: licet tempore conces
sionis non esset eorum: et hoc casu verificentur illa verba in preterito

piolata: papa enim videtur voluisse preiudicare iuri suo.arg.c.cum di lectus.⁊ quod ibi not.de consue.debet enim priuilegium late interpre tari ad preiudicium concedentis.vt no.Jn io.in.c.olim.de verb.signi.⁊ Bar.in.l.beneficium.ff.de consti.princ. Aut castrum illud fuit illorum de viter.vel de Bulsena si tempore concessionis erat aliorum respectu proprietatis,vel possessionis iuste:⁊ tunc non valet priuilegium tanq̄ non faciens mētionem de iure tertij.vt no.Jnno.in.d.c.dudum.⁊ gloss. in.d.c.ij.de deci.lib.vj.debet enī priuilegium stricte intelligi quatenus preiudicat iuri tertij.vt no.Jnno.in.c.ceterum.de dona.⁊ Bart.in.d.l. si.⁊ glo.in.c.canonice.de offi.or.lib.vj.Jntelligatur ergo priuilegium in casu suprascripto.⁊ satis est q̄ potest aliquid operari iuxta id quod legitur ⁊ notatur in.l.si quando.C.de inoffi.testa.non enim per verba generalia presumitur princeps velle iuri alterius preiudicare de illo non habita mētione:presertim in preiudicium illorum qui fuerunt olim domini,cum nemo debeat alterius odio pregrauari:vt in regula nemo.de regu.iur.lib.vj.⁊.l.vj.di.satis peruersum.

¶ Casus consilij sequentis.

Casus talis. Quidā clericus no-

mine ecclesie sue percepit decimas sibi de iure communi nō debitas ex quodam agro pro parte culto,per tātum tempus quod sufficit ad prescriptionem:nunc autem alia pars agri,de qua non est memoria q̄ fuerit culta,ducitur ad culturam,ita q̄ inde percipiuntur fructus:ex quibus decima est ecclesie soluenda.Dubitatur cui hec decima debeat an ecclesie que prescripsit decimas partis culte,an vero illi cui de iure cōmuni,vel consuetudine debentur decime illius territorij.

¶ Consilium.lxxi.

1 ☞ Exercens aliqua iura episcopalia illa sola prescribit.
2 Nouale quid dicatur quo ad solutionem decimarum.
3 Exercens vnum actum iurisdictionalem animo acquirendi vniuersalem iurisdictionem in loco,videtur iurisdictionem in totum acquirere:dummodo alius non sit in possessione generali.

Videtur prima fronte dicēdum q̄ hec decima debeatur ei,cui de iure communi,vel consuetudine debent vniuersalr illius loci decime:vt aperte probari videtur in.c.cum contingat.de deci.vbi dicitur quod ei qui prescripsit decimas in certa parochia,nō debentur decime noualiū, que in eadem parochia insurgunt,sed potius ei,ad quem de iure communi pertinet in illa parochia decimarum perceptio.⁊ est decisionis illius ratio secundum doc.vbi,quia tantum prescribitur,q̄tum possidetur:cum sine possessione prescriptio non procedat.c.si diligenti.de prescrip.⁊ regula,sine possessione.de regu.iur.li.vj.pars ergo nō possessa, ⁊ per consequens nec prescripta,remanet proprietario.argu.l.siue possidetis.C.de proba.⁊.l.j.§.si quis hoc interdicto.⁊ quod ibi no.Bar.ff. de itine.actuq̄ priua.⁊ per Jnnocen.in cap.cumana.de elec.ergo idem punctualiter dicendum in casu nostro:cum enim iste,de quo queritur, non possederit,quo ad ius decimandi,nisi partem cultam agri,de reliqua vero parte nihil perceperit:ergo concludendum quod non prescripserit:⁊ per cōsequens illa pars remanserit illesa apud proprietarium, siue sit proprietarius de iure communi,siue ex consuetudine.vt in hoc non videatur facienda differētia:quia ex hoc pars inculta nō est acquisita prescribenti ex possessionis defectu:nec proprietario qualicunq̄ videtur adempta:nam vt dicit text.l.nec vtilem.ff.ex qui.cau.ma.iniquissimum est dominium auferre,quod vsus non abstulit:neq̄ enim intelligitur amissum,quod alteri ablatum non est:ad idem.c.auditis.de pre-

1 scrip.⁊.c.cum olim.eod.titu.vbi probatur.† q̄ exercens aliqua iura episcopalia,illa sola prescribit,nec extendit possessio ad alia,etiam consimilia.⁊ idem voluit in effectu Bart.in.d.§.si quis hoc interdicto. Preterea prescriptio est odiosa,tanq̄ ius alterius absorbens.xvj.q.iij.c. placuit.ij.§.potest.ergo debet restringi q̄tum fieri potest.ad predicta etiam facit.c.tua.ij.de deci.vbi disponitur,q̄ ad concessionem decimarum alicuius parochie in feudum laicis factum,non veniat decima noualium.reddens ibi text.rationem:quia talibus non est extendenda licentia:sed potius relaxanda.⁊ ponderāda est hec ratio,que satisfacit ad hunc prescriptionis articulum,licet secus sit in concessione facta ecclesiastice persone.c.ex parte.eod.tit.quia vbi vertitur fauor,⁊ nō odiū.

¶ Sed his non obstantibus contrariam sententiam arbitror de iure preualere scilicet q̄ hec decima de qua queritur, debeatur prescribēti. moueor primo per text.in.c.j.⁊.c.quid per nouale.de verbo.signifi.vbi

2 dicitur † q̄ quoad decimarum solutionem nouale dicitur ager de nouo ad culturam redactus,de quo non est memoria,quod aliquando fuerit cultus:sed iste ager,de quo queritur,non potest dici,q̄ de nouo fuerit ad culturam redactus,cum pro parte esset ab antiquo cultus:ergo nō potest dici nouale,⁊ per consequens sumus extra casum dicti.cap.cum contingat.Ager enim pro parte cultus non potest dici,q̄ de nouo precidit ur,licet nunc pars nō precisa precidatur.ad hoc quod in si.legitur ⁊ not.in cle.in plerisq̄.de electio.presertim cum iura requirant,quod non sit memoria q̄ ager ille aliquando fuerit cultus:vt in iuribus proxime alleg.quod non potest dici de hoc agro,qui pro parte erat cultus. Hanc partem per hanc considerationem tenuit Joan.and.post Vin. in.d.c.j.de ver.signi.idē etiā Vinc.c.si.de priui.recitat ⁊ sequit Spec.in ti.de pba.§.j.ver.q̄d si vna pars.⁊ saltē hec pars est verissima.vbi ager ille erat pro maiori parte cultus:nam tūc minor pars trahitur ad maiorem partē.arg.c.quod in dubijs.de conse.ec.vel al.⁊.c.vnic.eo.ti.lib.vj. optime facit tex.⁊ quod ibi not.Bar.in.l.cum de lanionis.§.Sabinus. ff.de fun.instr.hoc forte voluit Jo.an.in addi.Spe.in.d.ver.q̄d si vna. vbi dixit,hanc questionem terminandam sm quantitatē partis noui ter culte:nam cū raro cōtingit q̄ ager ex toto sit cultus,durum est sentire,q̄ illa modica pars inculta teneat alteri⁹ nature,q̄ sit maior pars culte cum vna ⁊ eadem res non debeat diuerso iure cēseri.vt.c.cognouimus.xij.q.ij.⁊.c.cum in tua.de deci.Secundo principaliter adduco in argumētum,optimum tex.in.d.c.tua.de deci.sm vnam lec.que multum congruit illi litere:⁊ approbatur ibi communiter a doc.vbi probat, q̄ si prescribens decimā in certa terra,percepit de omnibus fructibus inde prouenientibus decimam preterq̄ de certis fructibus ibidē annuatim perceptis,de quibus nulli fuit decima persoluta,illorum fructuū decima debetur non ecclesie parochiali ad quam de iure commum pertinet illius terre decima:sed ecclesie que prescripsit decimā in illo agro: reddens ibi text.rationem:quia illa terra est illi decimalis,⁊ vna et eadem res non debet diuerso iure censeri:quasi dicat,q̄ percipiendo decimam aliquorum fructuum in vno agro nemine percipiente aliorum fructuum decimam:videtur ius decimandi in totum acquisitū ipsi prescribenti.non enim videtur habuisse respectum,⁊ animum acquirēdi partem:sed totum propter vnitatem subiecti.Si ergo percipiēs decimas aliquorum fructuum videtur prescripsisse ius decimandi respectu totius agri,q̄uis non percepisset decimam omnium fructuum,qui ibidem colligebantur:ergo fortius dicendum in casu nostro,q̄ iste qui percepit decimas omnium fructuū,qui ibidem recolligebāt,videatur prescripsisse quo ad ius decimādi illum agrū etiā pro parte incultum:vt sic habeat ibi habitu ius decimandi,ne vna ⁊ eadem res diuerso iure censeatur:nec in hoc vltimo casu potest sibi imputari:quare non percepit decimas ex parte inculta,cum nil inde prouenerit:quinimo si inde aliquid prouenisset ex quo nulli fuit decima soluta,deberetur decima nunc ei qui prescripsit,⁊ non quōdam proprietario.vt.d.c.cum in tua.vbi hoc videtur probari ⁊ tenēt communiter doct.ibidē.Nec obstat si dicatur,q̄ iste prescribens non possedit totū agrū quo ad ius decimandi:quia dico satis possedisse totū,ex quo vnicus est ager:⁊ ipse solus percepit ibi decimas:videtur enim habuisse animum possidendi,⁊ prescribendi totum. argument.optim.in leg.possideri.in prin.ff.de acqui.posse.vbi dicitur q̄ qui fundum possidere vult,non oportet vt omnes glebas circumambulet:sed sufficit quālibet partem eius fundi introire:dūmodo mente ⁊ cogitatione hac sit,vt totum fundum vsq̄ ad terminū velit possidere.

3 ¶ Tertio ad idē quod no.Jnno.in.c.dilectus.de reli.do.† vbi dicit,q̄ exercēs vnum actū iurisdictionalē animo acquirendi vniuersalem iurisdictionē in loco,videt iurisdictionalē in totū acquirere:dūmodo alius non sit in possessione generali:nam tūc tantum acquirit respectu capitulorum seu actuū quos exercuit:⁊ hoc casu potest procedere dictum Barto.in.d.§.si quis hoc interdicto.⁊.c.auditis.⁊.c.cū olim.de prescrip.cū si.ac iste clericus qui nomine ecclesie percepit decimas ex fūdo pro parte culto videtur animum habuisse acquirendi illum in totū quo ad ius decimandi ⁊ non pro parte,animus autem colligitur ex vnitate subiecti.nam cum esset vnicus fundus,non esset verisimile, q̄ voluerit illū pro parte duntaxat acquirere.argumētum optimum in dicto.c.tua.nec alius erat in possessione percipiendi decimā de parte inculta:vnde vno solo percipiente decimā ex eodē agro,non debet idē ager esse pluribus decimalis nec in actu nec in potentia:ne vna ⁊ eadē res ⁊c.vt tenēt communiter doc.in.d.c.cum in tua. Et per hec satis patet,respōsio ad cōtraria superius allegata.nam.c.cum contingat.vbi videtur prima fronte casus pro contraria opi.loquitur in prescribente decimas in parochia, in qua sunt diuersi agri:quorum aliqui penitus sunt inculti:si enim illi de nouo rediguntur ad culturā,oriunt ibi noualia:q̄ illi sunt diuersi iuris ⁊ separati ab agris cultis,cū verū sit dicere illos agros nunc primum precisos.Sed in casu nostro nos loquimur in eodē agro,qui pro parte erat cultus:nec potest dici q̄ de nouo reducit ad culturam.Itē ratione partis videt totus possideri:nō sic vbi dat agrorū pluralitas. Et per hec puto q̄ aliquo prescribente decimas in vna villa, in qua sunt agri diuersi habētes diuersos terminos,si aliqui agri eiusdē ville penitus inculti de nouo rediguntur ad culturam,decima inde proueniens debetur non prescribēti,sed tanq̄ de noualibus debetur illi,ad quem illi⁹ ville spectat decima de iure cōmuni,vel antiqua cōsuetudine:q̄ negari non videtur,quin tales agri nunc primum prescindant. ergo sunt noualia: ⁊ per consequens debet habere locum.c.cū cōtingat.⁊.c.j.⁊.c.quid per nouale.de ver.sig.Preterea sicut ad prescriptionem decimarum vnius parochie non veniūt noualia.d.c.cum contingat.ita nec ad prescriptionem decimarū alicuius ville.Preterea possidens decimas agrorū cultorū in vna villa,non per hoc videtur possidere agros incultos:cum ex separatis non fiat illatio.vt.c.ij.de transla.episcopo.⁊.l.neq̄ natalea.C. de proba.nec possessio debet extendi de loco ad locum:presertim cōtra ius commune,iuxta not.per Jnnoc.in.c.in literis.de resti.spo.⁊ optime facit tex.⁊ quod ibi not.Barto.in.d.l.j.§.si quis hoc interdicto.ff.de iti.

actuq̄

actus prima. non sic autem contingit in eodem fundo vbi datur vnitas terminorum. Et presertim hec conclusio procedit si agri inculti fuerint post prescriptionē agrorū cultorum redacti ad cultu[ram] per dominū temporalem, vt vna cum alijs predijs cultis constituant de nouo vnā villā. quia prescriptio iam completa respectu agrorum cultorū, nō debet trahi ad agros incultos, qui nunq̄ fuerunt possessi: esset enim cōtra regulam, sine possessione. de regu. iur. lib. vi. Item contra casum in c. j. r. de statu. vbi dicitur quod licet vna prouincia diuidatur in duas per principem secularem: non tamen per hoc debet quo ad spiritualia diuidi prouincia, vt constituantur duo archiepiscopi: vt enim ibi dicit tex. ad mobilitatem necessitatum mundanarum dei ecclesia z iura spiritualia mutari non debent.

Consilium. lxxi.

1 Renunciare quis potest exceptionibus z legum beneficijs sibi cōpetentibus tam in iudicijs, q̄ contractibus.
2 Notoria non sunt in iudicio deducenda.
3 Actio contra reum principalem non tollitur per solam sententiam latam contra tertium in actione hypothecaria.

Videtur Primo q̄ contra dictum Guidonē multipliciter obstat exceptio. Primo enim videtur obstare exceptio intentionis exclusiua cū nulla actio dicto Guid. contra heredes Bonauēture competere videatur quod ex eo probari videtur. q̄ fortilitium, vel podere quod in presentiarum possidetur per dictum Guid. fuit in bonis dicte domine Christophore: ex cuius persona principaliter agitur: quod quidē fortilitiū dedit, z assignauit in dotem dicto Angelo secundo marito licet estimatum, cuius dominium iure naturali inspecto remāsit in bonis dicte domine Christophore: licet ex iuris ciuilis dispositione trāsiuerit in maritū: sed illo iure naturali inspecto, fauore mulierū ius introductū, vt matrimonio dissoluto habeat mulier rei vendicationem in illis bonis, ac si perpetuo remāsissent in bonis suis, z preferatur in illis omnibus alijs mariti creditoribus etiam habentibus authoritatem, z potiorem causam in bonis mariti: vt singulariter probatur in l. in rebus. C. de iure do. vbi inter cetera dicitur, q̄ mulieri in illis bonis in dotem collatis per estimationē competit rei vendicatio: cum eedem res z ab initio vxoris fuerint, z naturaliter in eius permanserint dominio, z subiectione: non enim quod legum subtilitate transitus earum in mariti patrimonium videtur fieri: ideo rei veritas deleta, vel cōfusa est. Si ergo dictus Gui. habeat apud se dictum fortilitium, quod longe magis valet, q̄ sit quantitas quam petit ab heredibus dicti Bonauenture, nulla actio sibi cōpetere potest: vt puta cum nulla sit obligatio ex quo extent bona dotalia sufficientia pro satisfactione dotis: soluto enim matrimonio dos reuertitur ad mulierem, z donatio propter nuptias ad virum. vt in cap. nuper. de dot. post di. rest. potest ergo dici dicto Guid. qd̄ querit intus habes. Secundo principaliter videtur contra dictum Guidonē cōpetere exceptio ordinis: cum enim fuerint duo correi bonorum dotaliū dicte domine Christophore, Bonauētura scilicet z Angelus eius frater, vt patet ex instrumento dotali ratificatiōe secuta per dictū Ang. quod in rebus dotalibus posse fieri indubitati iuris est: vt probatur in l. fi. C. de dote cauta non nume. z bona dotalia peruenerint ad alterum ex illis duntaxat, videlicet Angelum maritum dicte Christophore sepe dicte debet prius discuti dictus Ang. ad quem dictorum bonorum peruenit commoditas, q̄ fieri transitus ad dictum Bona. correum. qui nullatenus habuit ex illis bonis commoditatem, iuxta theoricā Bar. in. l. duobus. ff. de duo. reis. per. l. vnde queritur. ff. cōmo. Tertio obstat dicto Gui. q[uod] cum agat ex persona Ang. filij dicte domine Christophore ex cessione actionis sibi facta cui quidē Angelo nulla competebat actio tempore cessionis, cū iam habuerat sentētiā, que trāsiuerat in rem iudicatā super hypothecaria actione contra quondā Carolum patrem dicti Guidonis, nō potest pretendere aliquā actionē, cū nō potuerit cedere, quod iam sibi cōpetere desierat, cū ex sententia haberet ius cōtra dictū Carolū, z eius heredē. l. res iudicata. ff. de reg. iu. z. c. cū inter. de re iu. Nec obstat si dicatur, qd̄ ex cōpromisso postea facto cessaret actio dicto Gui. q[uia] cū cōpromissū sit voluntariū, nō potuit generare preiudicium heredibus dicti Bonauēture, quibus cōtingit liberatio per sententiā latā super bonis dicti Angeli correi, que erant per prius obligata, z omnia pro dotis restitutione, presertim cum fuisset lata sententia sup dicto fortilitio, quod fuerat dicte domine Christophore z ab eadē in dotē dicto Angelo dicto marito cōsignatū. ad hoc. l. si dictū. §. si com promisero. ff. de eui. que quidē lex videtur facere etiā ex alio capite cōtra dictū Guidonē: quia cū ipsa satisfecerit dicto domino Angelo principaliter vigore sententie arbitramentalis, z vigore solutionis prefate receperit cessionē, non videtur q̄ possit habere regressum cōtra dictū Bonauenturā correū. imputandū enim sibi est quare cōpromisit, z non expectauit iudicialē sententiā. Sed his minime obstantibus contrariam sententiam arbitror preualere: videlicet: vt nulla exceptio que saltē possit colligi ex narratis in themate, habeat cōtra dictū Gui. obstare: mouеor principaliter, quia dictus Bonauētura contra cuius heredes nunc agitur, obligauit se, z omnia bona sua ad restitutionem dotium in casu restitutionis, renunciando exceptioni doli mali, beneficio de fideiussoribus, epistole diui Adriani, nouarum constitutionum: z generaliter omni alij legum auxilio z fauori cū alijs clausulis oppor[tu]nis z in talibus consuetis: presertim cū iuramento recipiens in hoc preceptum a notario in forma guarentigie. ergo non potest nisi opponere aliquam exceptionē per quā in totum elidatur obligatio, vel differatur preterea discussionis fiende in personam dicti Angeli secundi mariti dicte domine Christophore. ad hoc. l. iurisgentiū. §. itē si quis pactus. ff. de pac. z. l. j. §. si conueniat. ff. depositi. z. l. sed z si. §. quesitum. ff. si quis caut. z. c. vnico. de commo. cum ibi no. in quibus iuribus legit z not.
tẽ, heres stet in eadẽ societate, sicut defunctus, q videatur societas de
nouo cõtracta: cũ in vtroq; casu sufficiat cõsensus absq; alia solẽnitate:
vt in.l.

vt in.l.cōsensu.ff.de actio.⁊ obli.⁊ hec videntur de mēte Bar.⁊ Bal.in di
cto trac.de duobus fratribus.⁊.d.l.si patruus.volunt enim qđ post mor
tem patris cuius quis erat socius, remanēt in rebus cōibus ⁊ in illis
nole societatis cōtrahēndo, qđ videtur tacite contrahere de nouo cō
filio defuncti, etiam si sit pupillus dummodo tutor tacite ↄsentiat: ita
⁊ fortius dicendum in proposito cum in casu nostro filius defuncti sit.
xviij. annorum qui pōt se obligare, ⁊ ipse per se nomine societatis con
traxit de nouo post mortem patris.

¶ Consilium.lxxxviij.

1 ☞ Legato fundo cum instrumento veniunt dumtaxat ea que perti
nent ad culturam dicti fundi.
2 Massaritie vulgariter idem important qđ supellectilia.
3 Vasa apta ad coquendum veniunt appellatione instrumenti possessio
nis, si erant ibi ad coquendum ad vsum dicte possessionis.

CAsus in facto sic proponitur: Quondā dominus Antonius Matthei in suo testamēto inter cetera
fecit legatum infrascripti tenoris vez. Item reliquit ⁊ lega
uit Guinocio Thome nepoti suo possessionē eiusdem testa
toris sitam ⁊c. cum omni sua iurisdictione ⁊ pertinentia, ⁊ cū omnibus
⁊ singulis massaritijs pertinētibus ad dictam possessionem, etiā si me
diarij dicte possessionis haberent aliquod debitum cum dicto testato
re remaneat, ⁊ sic dicti Guinocij ⁊c. ⁊ post quedā adiecit. Itē reliquit
⁊ legauit dicto Guinocio flor. ducentos auri: quos voluit dictus testa
tor ꝙ intelligantur esse pro resto oīs administrationis quā fecit idem
testator hinc retro dictoꝝ dñe Christophore ⁊ Guinocij, cū hoc ꝙ di
cta dña Christophora mater dicti Guinocij. ⁊ ipse Guinocius debeant
remanere taciti, ⁊ contenti supra dictis legatis: vez ꝙ vlterius nō pe
tēt, ac petere possint in bonis suis: alias nō valeāt ⁊c. contingit nūc vi
sis ⁊ pōderatis verbis dicti testatoris de duobus principaliter dubita
ri. ¶ Primū dubiū, nūquid lecti seu culcitre existentes in domibus di
cte possessionis legate, quas testator longo tpe ibi tenuit p suo vsu, ⁊
suoꝝ qui ibant ad illā possessionem, veniant in dicto legato. ¶ Scdm
dubiū, an dictus Guinocius possit voluntate dicti testatoris minime
repugnante, vēdicare, ⁊ petere quedā supellectilia, vt lecticas, capsas,
⁊ silia ptinētia ad dñium ipsius, q̄ de psenti sunt in domo dicti testato
ris, ⁊ que ibidē existebant tēpore vite dicti testatoris: ⁊ multa supelle
ctilia eorū q̄ fuissent ibi adducta. ¶ Circa primū dubium videtur pri
ma frōte dicendū qđ dicti lecti, seu culcitre nō veniāt in dicto legato,
1 per.l.pretorꝫ.cū.l.seq.ff.de fun.instr. vbi pz † ꝙ legato fundo cū instru
mento suo veniūt dūtaxat ea q̄ pertinēt ad culturā dicti fundi: vñ asi
na molēdinaria ibidē existens nō cōprehēditur: adē videtur cū legatur instru
mentū alicuius artificij, vt solū veniāt pertinētia ad illā artē, seu artifi
cium: sed lecti nō pertinēt ad culturā agri: ergo illi nō comprehēduntur
in dicto legato: veniāt ergo ligones, seu zappe, ⁊ tine, ⁊ similia q̄ ppie
cōcernunt ipm fundū. ¶ Sed hoc nō obstāte cōtrariū arbitror de iure
procedere. Moueor principaliter: qꝛ in legato p̄dicto nō fuit dictū sim
pliciter de instro fundi: imo testator legauit possessionē cū oībus, ⁊ sin
gulis massaritijs pertinētibus ad dictā possessionē: certū autē est qđ il
lud venit appellatione massaritiarū, qđ venit appellatione supellecti
2 liū: † nā massaritie vulgariter idē importāt, ꝙ supellectilia: vt no. Bar.
in.l.1.ff.de supel.leg. Sed certū est qđ appellatione supellectiliū etiā in
legatis veniūt lecti ⁊ culcitre: vt est tex.no.i.l.supellectili legata.in pnc.
ff.eo.⁊ no. ibi Bar. ergo in casu nostro certissime tenendū est, qđ appel
latione massaritiarū veniūt lecti ⁊ culcitre. ⁊ idē in silibus suppellecti
libus dicēdum est, vt sunt capse, scāna, ⁊ similia. Aduertendum tamen
qđ testator legauit nō simplr massaritias ibidē existentes, sz massari
tias pertinētes ad illā possessionē: veniūt ergo massaritie seu supelle
ctilia q̄ testator deputauerat, vt in dicta possessione starent p vsu suo, ⁊
suoꝝ, cū irent ad dictā possessione: ad hoc tex. bonus in arg.in.l.qđ cō
claue.ff.de dā.infec. vñ plus dico qđ si plurima supellectilia erat solit9
testator ibi tenere respectu illius possessionis: sz p aliquali, ⁊ tēporali
necessitate inde aliqua asportasset, ex quo nō fecit alo vt perpetuo inde
amoueret, puto ꝙ cōprehēdantur in dicto legato, q̄ꝫ ibi nō essent tem
pore mortis testatoris, vel testamēti ↄditi: ad hoc adduco bonū tex. ad
l.quesitū.ff.de lega.ij.⁊.l.gnali.§.vxori.ff.de vsufru.legato. qnimo pōt
dici ꝙ etiā si dixisset testator, lego possessionē cū instrumēto suo, qđ ni
hilominus veni li dicti lecti, ⁊ alia supellectilia, q̄ testator ibi habebat
causa fundi dūtaxat: per tex.in.l. cū de lanionis.§. deputatoribus.⁊ in
3 §.asini.ver.item cacabos.de fun.instru. vbi patet, † ꝙ vasa apta ad co
quendū veniūt appellatiōe instrumēti possessiōis, si erāt ibi ad coquē
dū ad vsum dicte possessionis: ergo idem de lectis, ⁊ alijs massaritijs
ibidē existētibus ad vsum dicte possessionis. Cōcludo ergo quoad pri
mū dubiū, qđ in dicto legato veniunt oēs massaritie, seu supellectilia q̄
testator ibi tenebat occasione dicte possessionis, siue sint lecti, siue alie
massaritie. ¶ Circa secundū dubiū an dictus Guinocius possit supel
lectilia seu existētia in domo quondā dicti dñi Antonij vendicare ⁊ pe
tere volūtate dicti testatoris minime refragāte: puto breuiter ꝙ sic: nā
de iure tuin posse indubitati iuris est.l.incivile.C. de fur.insti.de actio.
post pn.⁊.l.nuc possidetis.C.de pba.⁊.l.mater.C.de rei vēdi.cū multis
sim. Videndū igitur restat an volūtas testatoris resistat: ⁊ pfecto arbi
tror qđ non: qꝛ testator asseruit illos ducētos florenos legasse p resto
oīs administrationis, quā ipse testator fecisset de bonis dicti Guino
cij: ⁊ sic in cōpēsationē redituū ⁊ fructuum quos ipse administrādo bo
na dicti Guinocij percepisset: vel si quoquo modo teneretur ex mala ad
ministratione: sed dicta supellectilia non veniūt noīe administratiōis,
qđ illa nō dicitur administrasse, cum fuerint simplr illata in domū dicti
Antonij tanꝙ ad domū cōiunctā: ergo nō videtur legatū factū in cōpen
sationem illoꝝ supellectiliū: cum administratio bonorū, ⁊ supellectiliū
in domū illatio, pro illorū ↄseruatione sint prorsus diuersa.arg.in.l.iij.
de supel.lega. dispositio ergo facta super vna specie nō debet extēdi ad
reliquā, que nunꝙ fuit in administratione.argu.in.l.licet.C. de iudi.⁊.l.
i.C.si aduer.rem iud. Et presertim hoc dicēdum in testamētaria dispo
sitione q̄ debet late intelligi in fauorē legatarū.l.in testamēto.ff.de re.
iuris.⁊.c.cū dilecti.de dona. ⁊ qđ hoc fuerit de mēte testatoris, q̄ debet
principaliter attēdi.l.in cōditionibus.ff.de cōdi.⁊ demonst. ostenditur
clare per verba dicti testatoris. nā cum p̄misisset vt dictus Guinocius
esset contentus predicto legato, adiecit declarāda verba predicta vez.
ita qđ nihil possit petere in bonis dicti dñi Antonij: sed certū est ꝙ vē
dicādo bona propria non dicitur aliquid petere in bonis dicti dñi Anto
nij: non enim illa supellectilia Guinocij sunt in bonis dicti dñi Antonij:
vt.l.quintus.ff.de auro ⁊ arg.leg.⁊.l.bonoꝝ.ff. de verb.sig. Itē dictus
Guinocius vēdicādo supellectilia sua nō dicit dñm Antoniū vel eius
heredē esse vel fuisse sibi obligatū: actio enim ista realis cōpetit circa rē,
⁊ nō circa personā: vt insti.de actio.post prin. in arime coniuncta glos.in
verbo, nullo iure. ⁊ p̄sertim predicta procedūt attento qđ dictus testa
tor nunꝙ de illis supellectibus fecit controuersiam: nec vnꝙ negauit
illa pertinere ad dictum Guinocium.

¶ Consilium.lxxxix.

1 ☞ Ecclesia vel capella seu oratorium nō potest erigi siue construi sine
authoritate diocesani.
2 Construens ecclesiam vel capellam seu altare obligatur ipso facto ad
dotationem.nu.8.
3 Episcopus nō debet ordinare aliquem in clericum, nisi prius assignet
beneficium vnde viuere possit.
4 Vacante ecclesia si capitulū aliqua de bonis ecclesie alienauerit sine su
perioris authoritate, relinquitur optioni futuri episcopi an velit rati
ficare dictam alienationem.
5 Sententia lata contra minorem sine curatore est nulla: secus tamen si
lata est pro eo.
6 Presbyter habens populum tenetur habere clericum.
7 Habens beneficium requirens missarum solennitatem, tenetur habe
re clericum.
8 Debitor si donat bona sua in preiudicium ⁊ fraudem creditorum non
valet talis donatio.

EX themate proposito multa possent dubia eli
ci: sed qꝛ illorum plurima remanent
decisa per discussionē aliquoꝝ: ideo aliqua dūtaxat amplect
ar. ¶ Et primo vidēdū an dicta dña Vannucia legitime
potuerit dictū altare cōstrui facere de licentia dūtaxat prioris ecclesie
sancti saluatoris de Reate. ¶ Scdm dubiū presupposito ꝙ potuerit,
vel nō: an dicta dña Vannucia teneatur per se ⁊ heredes suos dictam ca
pellam dotari facere. ¶ Tertio p̄supposito qđ teneatur ad dotē dicte
capelle: an dos debeat esse sufficiens pro presbytero instituendo in di
cta capella dūtaxat, an etiā pro clerico qui iuuare debet ad diuina cele
branda. ¶ Quartū dubiū verū p̄supposita obligatione dicte dñe Va
nucie ex sola fundatiōe reddatur dicta obligatio inefficax per donatio
nem bonorū suorum factam altari cuidā sancti Dominici de sirino, an
tequā de supradicta donatione cōueniretur. ¶ Circa primū dicēdum
videtur dicta dñam Vannuciā nō potuisse dictū altare erigere seu eri
1 gi facere ex sola licentia ⁊ cōsensu dicti dñi prioris: † qꝛ nō potest eccle
sia, vel capella, seu oratorium erigi, ⁊ cōstrui sine licētia diocesani in lo
co nō exēpto. Si autē locus est exēptus, requiritur licentia sedis aposto
lice: vt pbatur in.c.authoritate.de prim.li.vj. ⁊ in auten. vt nullus fa.ora.
do.post prin. ⁊ in aut.de eccle.ti.§.sin autē. ad idē de cōsecra.dist.i.c. ne
mo. dictus autē prior non est diocesanus in loco, cum ecclesia sit subie
cta abbatie sancti Saluatoris: ergo de consensu illius abbatis qui di
citur diocesanus in loco ratione plene subiectionis debuit dictū alta
re construi: ad hoc qđ no. glo. in cle.i.de rebus eccle.non alie. ⁊ Jano.in
c.statuimus.de transac. cum ergo dictū altare non fuerit legitime con
structum, debet destrui.arg.in.c.i.de noui ope.nun.facit tex.in.d.aut.
vt nullus fa.ora.do.post prin. ⁊ qđ contra legem factū est, nō debet ha
bere effectum aliquem.l.non dubiū.C. de leg. ⁊.x.dist.c.vides fili. ⁊ re
gula, que cōtra ius fiūt.de reg.iur.lib.vi ¶ Sed his non obstantibus
arbitror de iure sic esse dicendū, qđ aut dictus abbas, cui illa ecclesia est
pleno iure subiecta nō vult habere ratam cōstructionē dicti altaris: ⁊
tunc pcedat qđ supra dictū est, vt dictū altare possit destrui seu detine
ri in iurisdictione ecclesie absqꝫ eo qđ dicta dña Vannucia seu eius he
res possit ius patronatus vel aliqđ aliud sibi in illo vendicare.arg.xvj.
q.ij.apostolicos. ⁊ in.d.aut.de eccle.titu.§.si quis autē in sua domo. Si
vero dictus abbas ratū habuit, vel habere voluit ↄstructionē dicti alta

ris eoipso puto dictā dñam Uannuciā obligatā fuisse ad dotandū di
2 ctum altare. Moueor principaliter† qȝ cōstruēs ecclesiā, vel capellam
seu altare obligaṫ ipso facto ad dotationē sicut obligaṫ pater natura
lis dotare filiā. xvi. q. vij. pie mētis. no. gl. in. c. nemo. de cōse. dist. i. ꝛ idē
gl. in. c. cū sicut. de cōsecra. eccle. vel alta. quatenꝰ tamē, illa gl. dt ꝙ priꝰ
dȝ dari actio in cōsecratorē, qui cōsecrauit ecclesiā sine dote, ꝛ inde· dē
fectū dȝ dari in fundatorē ꝛ eius heredē. illa tñ gl. in ea parte cōiter nō
teneṫ a doctoribus ibi dicētibus, qȝ imo prius, in fundatorē, per illum
tex. ꝛ idē tenuit gl. in. d. c. nemo. Nec obstat si dicaṫ: qȝ dicta capella nō
fuit cōstructa cū cōsensu diocesani: qȝ dico qȝ lȝ debuerit adhiberi con
sensus diocesani: tñ illud fuit introductū in fauorē ecclesie, ne cōtinge
ret opus inchoari, ꝛ nō consummari: vel nō sufficiēter postmodū dota
ri: vt qȝ forte vires patrimonij edificatoris minime sufficiant: vnde id
qȝ fuit statutū in fauorē ecclesie, nō dȝ retorqueri in ipsius lesionē: vt l.
l. qȝ fauore. C. de leg. ꝛ. c. qꝰ ob gratiā. de reg. iu. lib. vi. ꝛ qȝ in fauorem
ecclesie hoc fuerit cōstitutū, probatur aperte in. d. auf. vt nullꝰ fa. ora.
do. post princi. ꝛ. d. c. nemo. Et multa possunt alia ad cōfirmationē ad
3 duci. Primo pȝ in ordinatione clericorū: †non eñ debet epūs aliquem
ordinare in clericū, nisi prius assignet beneficium vnde viuere possit: vt
in. c. i. ꝛ. ij. lxx. dist. ꝛ tñ si ordinauerit, teneṫ epūs puidere de suo donec si
bi puiderit de bñficio: vt in. c. cū sīn apostolū. ꝛ. c. epūs. de preb. Ad idē
4 bonus tex. in. c. si quia de rebꝰ. xij. q. ij. vbi dr, ꝙ † si vacāte ecclesia capl'm
aliqua de bonis eccl'ie alienauerit sine superioris authoritate, relinqui
tur optioni futuri epī an velit ratificare dictā alienationē: qȝ forte vti
lius est ecclesie habere pretiū ꝙ rē: ꝛ sic alienatio est nulla tanꝙ facta
sine solēnitate: de qua. xij. q. ij. sine exceptione: pōt haberi rata ex actu tē
poris: qȝ nullitas īsurgit fauore ecclesie: nō nō debet retorqueri in ipsiꝰ
lesionē, si prelatus futurus viderit illā esse ecclesie vtilē. ꝛ hoc firmauit
expresse gl. in. c. i. ne sede vacā. ad idem bo. text. in. l. non eo minus. C. de
5 procur. vbi pz. † qȝ licet sñia lata ꝯ minorem sine curatore sit nulla: se
cus tamē est si fuit lata pro minore: ad id qȝ in simili no. gl. ꝛ Bar. in. l.
si tutor. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est necessa. ꝛ. l. si mater. §.
hoc iure. ff. de excep. rei iudi. ꝛ qꝫ no. doc. in. c. causam. de iud. Pretere
ea illud qꝫ fuit statutū in odium, ꝛ penā edificātium ecclesias, vel capel
las sine authoritate diocesani: vt in auf. de ecclesiis. ti. §. si quis aūt. cum
seq. nō dȝ cedere in eorū fauorē: vt in. c. si necesse. de don. inter vi. ꝛ vxo.
ꝛ. c. ij. de trāsla. episco. ꝛ. l. Papinianus exuli. ff. de muno. Ee per hec re
manet decisum etiā sc'm dubiū. ❡ Ex qbus oībus cōcludiṫ dictā dñā
Uannuciā fuisse ex cōstructiōe capelle seu altaris obligatā ad dotādū
illud sufficiēter abbate ꝑdicto habēte ratā constructionē dicti altaris.
❡ Uenio nunc ad tertium dubiū an ad sufficientiam dotis requiratur
qȝ inde possit viuere etiam clericus vltra sacerdotē. Et videṫ primo ꝙ
6 nō per. c. vt quisꝗ presbyter. de vita ꝛ hone. cleri. vbi innuiṫ, † qȝ pꝛsby
ter habēs populum teneṫ habere clericū: secus ergo in habente altare
cōtrarium alias tenui in lectura dicti. c. vt quisꝗ. ꝛ nūc etiā confirmo.
quia certū est qȝ missarum solēnia nō debēt celebrari sine suffragio cle
7 rici: vt in. c. proposuit. de filijs presby. ergo † quilibet habēs beneficiū
requirēs missarum celebrationē, teneṫ habere clericū: licet nō sit alius
curatum: qȝ videṫ fuisse de mente glo. in. d. c. vt quisꝗ. ꝛ bene facit tex.
iuncta gl. in clemē. ne in agro. §. ad hec. de statu regu. Edificando ergo
altare sacerdotale videṫ se obligasse ad dotem dandā p necessarijs cō
currentibus ad missarum solennia: nam qui vult vnum, videṫ voluisse
omnia per que peruenit ad illud: vt. l. oratio. ff. de spon. ꝛ. l. ad remmo
bilem. ꝛ. l. ad legatum. ff. de ꝓcu. ꝛ. c. prudentiā. ꝛ. c. preterea. de offi. de
lega. fa. it. l. illud. ff. de acqui. here. Concludo ergo in hoc tertio dubio
qȝ dos dicti altaris debet esse sufficiēs pro presbytero ibidem institue
do, ꝛ pro clerico qui habet prestare suffragiū ad missarum solennia. fa
cit dictum. c. nemo. ꝛ in dicta auf. vt nullus fa. ora. do. post principium.
❡ Ad quartū ꝛ vltimum dubium an dicta obligatio reddaṫ inefficax
per donationē omniū bonorū postea alteri factā. Et videtur primo ꝙ
sic: qȝ per cōstructionē altaris non apparet ꝙ bona cōstruentis sint ta
cite obligata: imo videṫ sola obligatio personalis orta. sicut pȝ in vouē
te aliquā rē: nō enim obligaṫ res anteꝙ tradatur: sed persona tantū: vt
in. l. ij. ff. de pollici. sed persona nihil habet saltem sufficiēter per dona
tionem alteri factam: ergo obligatio remanet inefficax: inanis est enī
actio qua inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dolo. ꝛ. c. olim. el. ij.
de resti. spo. ❡ Sed cōtrarium arbitror de iure procedere. Moueor
8 primo, † qȝ cōstruens ecclesiā vel capellā obligaṫ ad dotādū sicut pr̄
teneṫ dotare filiam: vt sensit gl. in. d. c. cū sicut. de consecra. eccle. vel al
ta. ꝛ in. d. c. nemo. de cōsecra. dist. i. Sed si pater facit immensam dona
tionem vni ex filijs, que tendit in preiudiciū alterius filij quo ad partē
sibi debitam reuocaṫ dicta donatio tanꝙ inofficiosa: vt. l. ij. C. de inof.
dona. ꝛ qꝫ ibi not. ergo idem dicendum in casu nostro: nam ista altaria
videnṫ fuisse loco filiarum cōtemplatione animę ipsius dñe Uannucie.
argum. in. c. in presentia de probat. ꝛ eorum que no. Bar. in auf. si qua.
C. de sacrosanc. eccle. ꝛ facit in simili ibi tex. ꝛ qȝ legitur ꝛ no. xix. q. vlti
9 ma. si qua mulier. Preterea ꝛ alia ratione incontin. ibili, vbicūꝗ † de
bitor donat bona sua in preiudicium ꝛ fraudem creditorū, debet talis
donatio reuocari, etiam si fuit facta ignorātia in fraudem, vt pbatur
in. l. i. iuncta. l. qui autem. §. simili quoꝗ modo. ff. de his que in frau. cre
ditor. ergo dicta donatio debet reuocari, quatenus venit in preiudiciū
altaris cui dicta Uannucia erat debitrix respectu donationis. Posset
addi ꝛ tertia cōsideratio si ponaṫ qȝ si dicta Uannucia donauerit scdo
altari omnia sua bona presentia ꝛ futura: nam talis donatio non tenet
tenēdo opi. Angel. de peru. valde equā quam posuit in sua dispositiōe
que incipit. in refulgēti: reprobādo Bar. in. l. si. C. de pac. qui tenuit qȝ
similiter valet donatio omniū bonorū presentiū ꝛ futurorū: sed Ange.
cōtra: sed non intēdo nūc ꝑsens discutere, que opi. sit verior, cū satis sit
per premissa altari priori cōsulendum: nec in casu nr̄o dicīṫ qȝ donauerit
ꝑsentia ꝛ futura: dicta ergo donatio nō reddit primā obligationē inef
ficacē: tū qȝ nō potuit se liberare ab obligatione prius contracta: tum
quia videtur facta in fraudem creditoris. Ex predictis oībus ꝯcludo
qȝ dicto abbate ratificāte dictā altaris cōstructionem dȝ prius dictū
altare sufficienter dotari pro sacerdote, ꝛ pro clerico, ꝛ residuum, si qȝ
erit applicabitur secundo altari cui secūdo loco fuit facta donatio vel
vltima dispositio.

❡ Casus consilij sequentis.

Quidā Antonius habens Fran-

ciscum eius filiū legitimū ꝛ naturalē infantē in eius potestate constitu
tum, cōdidit testamentū solēne, in quo dictū Franciscū heredem insti
tuit vniuersalē, ꝛ talē fecit institutionē: videlicet, ꝛ si dictus Frācīscus
decesserit in pupillari etate, vel postea quādocūꝗ sine filijs, substituit
Paulū Petri ipsius testatoris auunculum, vulgariter, pupillariter,
ꝛ p fideicōmissum ꝛ dictū Paulū dicto suo filio tutorē dedit. Tandē
mortuo dicto testatore dictus Frācīscus superuixit tribꝰ mensibus cū
dimidio decessit infans, superstite dicto Paulo substituto ꝛ inde ipsiꝰ
infantis: modo mater quondam infantis mouit qōnem dicto Paulo
substituto, possidēti vigore dicte substōnis, hereditatē olim dicti An
tonij, ꝛ successiue Frācisci asserēs ad se successionē dicti Frācisci sui filij
infantis defuncti spectare: ꝛ dicit dictū Paulum substitutū fore exclu
sum: quia ipse nō assumpsit in iudicio tutelā dicti Frācisci, nec aliū tu
torē cōfestim dari petijt: nec se excusauit infra quinquaginta dies a mor
te testatoris. Pro parte vo dicti Pauli substituti dr̄ dictā successionē ꝛ
hereditatē ad se spectare vigore dicte substitutiōis. adijciēs ꝙ lȝ̄ tutor
cōstitutus in testamēto dicti Antonij lȝ non fecerit inuentariū p dicto
infante, tamē dictū infantē nutriri fecit, ꝛ administrauit eius tutelā, tā
in soluēdo collectas, ꝛ debita ꝙ etiam soluendo salariū dicte nutrici, ꝛ
administrādo, ꝛ gubernādo, ꝛ coli faciendo bona dicte hereditatis di
cti Antonij, cū sciuit se tutorē in dicto testō datū. Et posito sine veri
tatis ꝑiudicio, qȝ nō administrasset, nec tutelam gessisset, nec aliū dari
petijsset, nec se excusasset: nō propterea debet priuari dicta successiōe,
ꝛ qȝ nulla mora vel negligētia est sibi imputāda, eo qȝ dictꝰ Frācīscus
superuixit patri tribus mēnsibus cū dimidio tm̄: ꝛ iura vidētur dare an
num substituto ad petendum tutorē: vnde cū mors superuenerat dicto
Frācīsco in tam breui tempore, nō potest dici qꝫ ipse fuerit negligens,
vt successione priuari debeat: quid iuris queritur.

❡ Consilium. xx.

1 Non gerere, ꝛ sine solennitate debita gerere, paria sunt.
2 Mater non excusatur quin priueṫ successione pupilli, si cum debita so
lennitate non assumpsit tutelam.
3 Gerens negotia pupilli nō decreta sibi tutela per iudicem. ꝛ inuenta
rio prius non confecto, debet tanꝙ suspectus acerrime puniri.
4 Tutor testamentarius seu datiuus nō excusando se infra quinquagin
ta dies postꝙ sciuit se tutorem designatum, videtur se astringere ꝛ ac
ceptare tutelam.
5 Substitutus licet recuset tutelā, non per hoc excluditur a successione.

Uo ad decisionem dubius questionis vere examināda in
cumbunt. ❡ Primū est an dictus substitutus excusetur ex
eo: quia tutor in testamento designatus gessit negotia pu
pilli, tutela tamen non assumpta cum solennitate debita. ❡ Secundū
presupposito quod ex secundo capite non excusetur, an debeat priuari
successione pupilli non petendo tutorem confestim, ex quo potuit face
re hoc in vita pupilli, anno nondum elapso. ❡ Circa primum videṫ di
1 ctum substitutum non excusandum: † quia paria sunt non gerere, ꝛ sine
solennitate debita gerere. l. sina. C. arbi. tutt. ꝛ. l. iij. C. de eut. ꝛ cura. ꝛ. l.
iij. §. tutores. ff. de suspec. tuto. facit. l. si vnus. C. de testamento. ꝛ. c. ij. de
transla. episco. ❡ Secundo de hoc videtur gloss. not. in. l. ij. §. si mater.
2 ad tertullianum. que dicit † matrem non excusari, quin priuetur succes
sione pupilli, si cum solennitate debita non assumpsit tutelam nec pe
tijt tutorem dari filio, quāꝙ ipsa, vel alij gesserint, ꝛ administrauerint
bona pupilli sine solennitate debita. ꝛ illam gloss sequitur ibi Barto. ꝛ
Bald. in. l. matrem. C. ad tertullia. sed predictus substitutus licet gesse
rit negotia pupilli: non tamen hoc fecit legitime: quia non fuit sibi de
creta tutela per iudicem prius confecto inuentario sicut fieri debuit:
vt in. l. si. C. arbi. tutt. not. glo. ꝛ Barto. in. l. legitimos. ff. de legi. tut. nec
alia fecit que in dicta. l. legitimos. notantur: ideo non debet ex illa ge
3 stione excusari: imo magis debet inculpari: † quia gerens negotia pu
pilli non decreta sibi tutela per iudicem, ꝛ inuentario prius non con
fecto

fecto debet tanq̃ suspectus acerrime puniri:vt habet in.d.l.fina.C.ar
bi.tute.in fi.et in.d.l.iij.§.tutores.de suspec.tuto. ¶ Sed his nõ obstan
tibus posset attẽtari cõtrarium. Moueor in hanc sniam principaliter:
4 † qr tutor testamẽtarius seu datiuus nõ excusando se intra quinquagin
ta dies postq̃ sciuit se tutorẽ designatũ, videt se astringere.et acceptare
tutelam,adeo qd amplius se excusare nõ valet:et tutela incipit stare pe
riculo suo:vt probat in.l.ij pater.§.oportet.et.l.quinquaginta.ff.de ex
cusa.tuto.facit.l.j.in princ.ff.de admi.tut.ergo dictus substitutus in te
stamẽto tutor datus se non excusando intra quinquaginta dies,postq̃
sciuit se tutorẽ designatũ,videt tutelam acceptasse:nec potuit amplius
se excusare:ergo per cõsequẽs nec alium tutorẽ dari petere potuit.et per
cõsequẽs nõ potest puniri ex eo capite:quia nõ petijt tutorẽ dari pupil
lo:pro quo facit qd no.Bal.in.l.tutor qui repertoriũ.ff.de admini.tut.
vbi dicit qd licet tutor non cõfecerit inuẽtarium:nihilominus tutor est:
potest tamẽ repelli ab agendo:vt.l.tutor qui repertorium.et priuari of
ficio tutele prorsus:vt dicit tex.in.d.l.fi.C.arbi.tute. Restat ergo con
cludere q iste tutor fuit in culpa,ex eo dũtaxat:qr administrauit bõa nõ
decreta sibi prius tutela per iudicẽ,nec cõfecto inuẽtario:sed ex hoc ca
pite non reperit iure cautum,q debeat priuari successione:sed poterit
alijs penis puniri:de quibus in.l.fi.iuncta gloss.sallegata.C.arbitr.tut.
cum enim ista pena priuationis successionis nõ fit in hoc casu iure ex
pressa nõ debet imponi:vt no.glo.in.c.fi.de iurepatro.facit de peniten.
dist.j.penc.et.l. interpretatione.et.l.fi preses.ff.de penis.et facit in arg.l.
5 amicissimos.ff.de excu.tuto.vbi pz qd licet substitutus recuset tute
lam,nõ per hoc excludit a successione. ¶ Tertio facit pro isto substitu
to,vt nõ priuet,noua cõsideratio: Ja qui nõ petijt tutorẽ dari filio pri
uatur successione pupilli:sed pupillus in casu nostro nihil habuit:quia
nõ adiuit hereditatem,nec existẽtia sui heredis habuit in casu nro ope
rari:quia ipse pupillus licet esset in potestate tẽpore mortis,habuit ta
men substitutũ vulgarẽ,per cuius dationẽ tollit suitas:sm cõem opi.
per.l.filius.ff.de libe.et posthu tenet Bar.in.l.fi filius q patri.ff.de vul
ga.et pupil.et Bal.in.d.l.fi ateis.C.de iure delibe.not.glos.in.l. papinia
nus.ff.de inoffi.testa.ergo succedit iste substitutus patri et non filio: est
enĩ hereditas patris nõ filij:vt.d.l.fi filius.de liber.et posthu. Preterea
non videt sibi imputãdum si nõ petijt tutelã sibi decerni per iudicẽ,nec
confecit inuẽtarium:quia hoc nõ poterat de iure:qñ enim esset tutor te
stamentarius nõ poterat aliquid facere nisi prius adiret hereditas p
pupillũ:quia tutela cõfirmat per aditionem hereditatis:vt.l. fi nemo.
ff.de testa.tute.nec existẽtia sui heredis habet hoc casu cõfirmare tute
lã:qr habebat institutũ vulgarẽ:vt no.Bart.in.d.l.fi nemo. Et si dicat,
ergo est sibi imputãdum,si nõ petijt interim,donec adiret hereditas,tu
torem dari filio.per.l.si quis sub cõditiõe.ff.de test.tute.et insti.de atil.
tuto.post prin. Ad hoc enim potest responderi dupliciter. Primo qr
licet ex hoc capite possit priuari successione pupilli:tamẽ in casu nostro
illa non fuit vnq̃ pupilli,cũ non adiuerit hereditatẽ,et habuerit substi
tutum vulgarẽ:est enim hereditas patris et nõ filij:nec potest mater pe
tere legitimã:qr nõ potest filius repudiare hereditatẽ patris, et petere
legitimã:habet enĩ aut totã agnoscere,aut totã repudiare:vt not.Bar.
in.l.gerit.ff.de acquirẽ.here. Scdo potest principaliter rñderi intrãdo
scdm dubiũ supra formatũ:q psupposito q filius habuisset aliqua bo
na,tamẽ ex quo annus nõ erat elapsus ante mortẽ filij,non dz substitu
tus,vel alius qui habebat succedere ab intestato,saltẽ citra matrẽ pri
uari successione pupilli:de hoc enim videt tex.expressus in.l.sciãt cũcti.
C.de legi.here.et optime facit tex.insti.ad tertul.in fi.tenuit Bal. et etiã
Angel.in.d.l.sciant.et in.l.matteo.et Bar.in sua solẽni repetitione.in.l.
ij.ff.qui pe.tu.et q̃q ipse Barto.in.l.ij §.confestim.ff.ad tertul.et in.d.l.
sciant.post Richar.mal.tenuerit cõtrarium dicẽs,q si nõ petijt tutorẽ
intra qnquaginta dies,videt in negligẽtia:qr debebat petere sicut ma
ter citius q̃ poterat:vt de matre probari videt in.d.l.ij.§.fi mater.et.§.
cõfestim.et qd idem esset in substituto et alio,qui poterat succedere ab in
testato,inducebat.d.l.sciant.ibi dũ dicit,sm nostrã cõstitutionẽ ec.quasi
si dicat q dabat annus tm̃ sm priorẽ cõstitutionẽ,de qua in.d.l.ij.§.cõ
festim.vt spectaret cõfestim.i.q̃ citius fieri poterat:ita tamen vt ann⁹
nõ excederet:tamẽ ipsemet Bar.vt.s.dixi in sua solẽni repetitione, dili
gẽtius examinãdo hunc articulũ.tenuit contrariũ.s.qd substitutus vel
alius qui habebat succedere pupillo ab intestato hz annũ integrũ per
d.l.sciant.et.l.ij.specialiter faciunt ista olim ante legẽ.C.non erat proui
sum q aliqs substitutus vel alius cõsanguineus non teneret ex necessi
tate petere tutorẽ pupillo:licet spõte potuisset,nisi in matre et libertis:
vt in.l.ij.ff.qui petãt tu.et in.d.l.ij.ad tertul.ergo lex.C.superueniens im
ponẽs necessitatẽ petẽdi,debet stricte intelligi:vt.s.annus det integre et
absolute alijs,qui per prius nõ erãt ad hoc necessitati:cum enim sit illa
lex odiosa,pͤsertim in eo q priuat successione ab intestato et ex testamen
to,debet stricte intelligi:vt no.pbat in.c.statutũ.de elec.li.vi.facit.cap.
cũ in cunctis.de elec.et regula,odia.et regula,in penis.de reg.iur. iuncto
c.ij compromissarius.de elec.lib.vi.et.l.interpretatione.et.l.si pses.ff. de
pe.nec predictis ob.tex.in.d.l.sciant.quatenus dicit secundum nostram
cõstitutionẽ ec.qr vt dicit Bar.et bene in.d.l.ij.illa verba non debent re
ferri ad tertul.sed alia iura que disponũt quales debeãt esse tutores,vt
sit sensus,q et tutor debet ab istis peti intra annũ sm dispositionẽ lega

lem. Preterea mater tenetur ex duplici capite petere tutorẽ filio. Pri
mo propter pietatẽ maternam:vt.l.matris pietas.C.qui pe.tu ¶ Se
cundo propter spem future successionis d.§.cõfestim. In alijs autẽ ha
bentibus succedere ex testamento vel ab intestato non subest nisi vna
causa scilicet spes successionis:ergo mitius fuit procedendum cũ eis,
q̃ cum matre.argu.in.l.re cõiuncti ff.de lega.iij.et in auth.cessante.C.de
legi.here.quinimo posset attentari qd etiam mater non priuetur infra
annum per textum qui hoc aperte innuit insti.ad tertullia.in fi.et ad il
lum tex.posset reduci tex.in dicto. §.confestim.vt sic ex legis interpreta
tione teneatur facere confestim petendo infra annum:vel dicam⁹ q cõ
festim,id est,q̃ citius potest,debet petere tutorem:non tamen punitur,
nisi negligat per annum:vt voluit tex.preallegatus. Et cum sumus in mate
ria odiosa meli⁹ et equius est dicere quod dicta.l.ij.intelligitur sm tex.
insti.ad tertul.in fi.q̃ econtra.argumen in.l.placuit.C.de iudicijs. sen
tit Bart.in dicta.l sciant.et.l.mattea. Ex his omnibus concludo dictus
substitutum non debere in casu nostro successione priuari:siue sit here
ditas patris siue pupilli.

¶ Casus consilij sequentis.

Quidã Sempronius de lese ma-

iestatis crimine cõdẽnatus,bona suis expresse publicatis anteq̃ prefa
tum delictum cõmitteret,et sniam reportaret certa bona donauit quibus
dam fratribus carnalib⁹ ad eorũ vitã dũtaxat:ita tamen q vnus alteri
succederet,et oibus mortuis dicta bona recta via ad eundẽ donatorem
redirẽt,et adiectũ fuit in pncipio donationis,q de pdictis bonis dona
tis facerẽt in eorũ vita quicqd eis placuerit sine aliquua cõtradictione.
In fine vero instrumẽti dr,qd supradictã donationem fecit statim dona
tor sub his cõditiõe,tenore,lege et pacto vez qd psens donatio valeat et
effectũ sortiat vsq; in vitã tm̃ dictorũ donatariorũ.et cuiuslibet eorũ nõ
vltra.et qd ipsi donatarij vel aliquis eorum nõ possint,neq; debeãt ipsa
bona donata in toto nec in parte vllo tẽpore alicui persone,vel vniuer
sitati vendere,donare,vl alienare,cambire,obligare,nec aliter barata
re,nec trãsferare,cum aliter prefatus donator nõ fecisset.nec facturus
fuisset:nec pro facta vult haberi psentem donationẽ:sed vult psentẽ do
nationẽ quotiescũq; secus fieret,nõ valere,nec tenere,nec effectũ sortiri
debere:et ipso iure ius et dominium ipsorũ donatorũ in totum perueniat in
prefatũ donatarium. Hec sunt verba formalia posita in fine dicti instru
menti. Contingit qd post sniam condemnationis predictorũ et bonorũ
publicationẽ factã,dicti donatarij,seu aliqui eorũ qui supererant,ven
diderunt dicta bona donata sub conditione predicta cuidam Senensi
cum pro certa pecunie quantitate ad eorũ vitã dũtaxat. Nũc queritur
an commune Senense,cui bona dicti donatoris fuerunt cõfiscata pos
sint illa bona donata vigore publicationis,et dicti pacti in donatiõe ap
posita,vendicare.

¶ Consilium.xci.

1 ☞ Vsufructuarius qui non trãsmittit ius suum in heredem,potest
nihilominus vsumfructum alij vendere.
2 Lex,siue testator,siue pactio contrahentium,si inhibuerit alienationẽ:
videtur prohibita non solum dominij translatio,sed vsusfructus.
3 Prohibitus vendere non potest etiam locare ad magnum tempus.
4 Vsufructuarius non prohibetur alienare ius quod habet.

Videtur primo quod nõ per verba
priora ap
posita in instrumento quibus fuit dictũ,vt de predictis bo
nis donatis facerent in eorum vita,quicquid eis placeret:er
go possunt disponere in eorum vita etiam vendendo. Videmus enim
1 † cum vsufructuarius qui nõ transmittit ius suum in heredem, potest
nihilominus vsumfructum alij vendere:nec mirum,quia vt dicit iuris
consultus, Qui precio fruitur,ipsa re frui videtur:vt habetur in l. non
vtitur.cũ.l.seq.ff.de vsufructu. Ita dicendũ in proposito:satis enim isti
vtunt rebus donatis in eorũ vita,ex quo vtũtur precio. Preterea alie
nare est contractus per quem transfertur dominiũ:vt.l.i.C.de fun.do
ta.sed predicti donatarij vendiderunt ad vitam eorũ dumtaxat:ergo
illa non potest dici alienatio:maxime ad incurrendum penam priuatio
nis. Sed contrariam sententiam arbitror de iure veriorem. Et primo
probabo q dicti donatarij ceciderunt a iure eorum. Secũdo q dicta bo
na deuoluta sint ad cõmune Senẽse,probat per tex.apertum qui rauilla
2 ri nõ potest.l.fi.C.de rebus alie.nõ aliena. vbi dicit.† q siue lex siue testa
tor siue pactio cõtrahentium inhibuerit alienationem, videt prohibi
ta non solum dominij translatio,sed vsusfructus,et pignoris,sz negari
nõ potest quin dicti donatarij alienauerint saltẽ vsumfructum dictarũ
rerũ:ergo venerũt cõtra pactum in donatione appositum. Secũdo hoc
probat expresse ex tenore dicte donationis in eo,q expresse fuit prohi
bitum,ne dicta bona obligarẽt,vel bataratent.seu transfatarent:sz ne
gari non potest quin per illã venditionẽ transfataverint,seu obligaue
rint dicta bona:ergo ceciderũt dicta bona in cõmissum:quinimo plus
3 dico,† q prohibitus vendere,nõ potest etiam locare ad magnũ tẽpus:
qr per talẽ locationem cõstituit ius in re:et ne sit quedã alienatio rei:vt
no.Bar.et Dy.in.l.codicillis.§.a substituto.ff.de lega.ij.lz gloss.ibi ali
ter sentiat q̃ tamẽ cõmitet ibi in hoc dubitatur.et primũ tenet glo.in.cle.j.de

rebus eccl.nõ alie.ꝛ optime facit ibi tex.¶ Preterea ꝛ tertio donator
prohibuit simpliciter illa bona vẽdi:sed negari nõ potest quin donatarii
eũ illa vẽdiderint ꝛ dñium trãstulerint in emptorem:vt patet ex instru-
mẽto vẽditiõis inde ↄfecto:nec obstat si dicat qḋ ad eoꝝ vitã dũtaxat
vendiderint:qꝛ per hoc non potest negari quin vẽditio fuerit facta ſꝫ
ad tẽpus.Nam ꝛ ꝓhibitio vẽditionis non poterat intelligi nisi de tem-
porali venditione:quia de perpetua non erat dubiũ cũ donatio fuisset
facta ad vitã eorũ dũtaxat:vnde cessante illa ꝓhibitione non potuissent
vendere vltra eorũ vitã:quia nemo potest in aliũ plus iuris trãsferre ꝙ̃
ipse habeat.c.nuper.de dona.inter virũ ꝛ vxo.ꝛ.l.traditio.ff. de acqui.
re.do.debẽt ergo verba intelligi in quo possunt aliqḋ operari:vt in.c.
si papa.de priuileg.li.vi.ꝛ.l.si quãdo.C.de inoffi.testa.et.l.qḋ labeo. ad
carbo.qḋ autẽ per dictum pactũ impediat dñij trãslatio ꝛ deuolutio
fiat ad donatariũ probat in.c.ceterũ.de dona.et in.l.ea lege.C. de cõdi.
ob causam.ꝛ expressius tenet Bart.in.l.filius.§.diui.ff.de leg.i.qḋ aũt
hec bona sint cõiquesita ꝓbatur:qꝛ per dictam sẽtam omnia bona fue-
runt confiscata:ergo et iura omnia cõpetentia cõdẽnato:vt.l.iij.C. ad
legẽ iul.maie.cõiuncta.l.bonoꝝ.ff.de verbo.sig.iura ergo reseruatũ di-
cto donatario trãsiuit in dictũ cõmune per dictã confiscationem:quin-
imo potest dici qḋ non solum fuerint bona publicata,ſꝫ etiã ꝑsona fuit
ad mortẽ condẽnata,quo casu venisset in publicatione etiã bona postea
quesita:vt in.l.ij.C.de bonis ꝓscrip.not.in.l.certa forma.C.de iure fisci.
lib.x.Cõcludo ergo ex omnibus predictis qḋ dicti donatarij vẽdẽdo
licet ad eorũ vitã ceciderint a iure eorũ:ꝛ bona donata reuersa sunt ad
cõmune Senẽ.qḋ potest tanꝙ̃ ꝓpria illa vẽdicare.Ad contraria supra
formata faciliter responderi potest:nã priora verba debent intelligi ſꝫ
sequẽtia.l.si seruus plurium.ff.de leg.i.ꝛ sic facerẽt de illis bonis quicqḋ
eis placeret nõ tamẽ alienando seu trans.atẽdo quia specialia derogant
verbis generalibus.c.i.de rescrip.ꝛ.l.quesitũ.in fi.ff.de fun.instruc.ꝛ re-
4 gula generi.de reg.iur.li.vi.¶ Ad scḋm respondetur† qḋ vsufructua-
rius nõ ꝓhibetur alienare ius quod habet:sed in casu nostro expresse
fuit eis hoc inhibitũ:voluit enim donator vt tenerent penes se.d.l.si.
C.de reb.eccle.non alie.¶ Ad tertium respondetur dupliciter. Pri-
mo ꝙ procedit qñ alienatio capitur stricte. Sed in ꝓhibitione facta
pacto contrahentiũ debet capi large:vt.d.l.si.ꝛ ibi no.Bal. Preterea
et secundo satis facta est huius dominij translatio licet ad tempus:vt
patet in dicta venditione:ergo ꝛc.

¶ Consilium.xcij.

1 ¶ Legatum factum filie pro dote est purum,ꝛ non conditionale.
2 Statutum non potest in totum tollere legitimam.
3 Mulier potest prorsus legitima priuari propter familiã domus con-
seruandam.
4 Statuto si caueatur quod quandiu extiterit masculus femina nõ suc-
cedat filia excluditur viuente masculo duntaxat:sed illo mortuo debet
admitti.

Illud Indubitati iuris est ꝙ mero iure communi in-
1 specto †legatum factum filie pro dote est purũ
et non conditionale cum non excedat legitimam suam:vnde
potest illico post mortem per ipsam filiã peti:nec est necesse
expectare tempus nuptiarum:presertim in casu nostro in quo filia fuit
in ipsa dote instituta per patrem:vnde sicut ipsa legitima nõ capit di-
lationẽ vel aliud grauamen.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.
et in auc.vt cũ de appel.§.aliud quoꝗ capi.in.ita nec ipsa dos que suc-
cedit loco legitime cum subrogatũ sapiat naturam eius in cuius locum
subrogatur:vt in.c.ecclesia.vt lite pen.ꝛ.l.qꝛ qui pretio.ff.de vsufruct.
cum simi. Et hanc opi.vt illico possit peti firmãt communiter doc ma-
xime Bart.in.l.titio.§.titio genero.ff.de condi.ꝛ demõ.Bal.post Ri-
char.malum.et alios in.l.generaliter.C.de epis.ꝛ cleri.ꝛ ad text.d.§.ti-
tio genero.qui videtur velle qḋ legatum dotis sit conditionale ꝛ ꝙ de-
beat differri exactio in tempus matrimonij contracti:respondet mul-
tipliciter:vt ibi no.in.d.l.gñaliter.¶ Sꝫ dubiũ surgit in casu nostro oc-
casione statuti tridentini,in quo inter alia cauetur ꝙ extãtibus mascu-
lis filia femina nõ succedit quo casu dixit Bar.in.d.§.titio genero.ꝙ le-
gatum dotis factum filie est conditionale sicut si fieret extraneo:ita qḋ
nõ potest peti nisi tempore matrimonij.qꝛ dos nõ est sine matrimonio
l.ij.ff.de iure do.habet ergo in se tale legatum tacitam conditionem ꝛ
sic si moritur anteꝙ̃ nubat non transmittit legatum in heredes.d.§.ti-
tio genero.qḋ etiã videtur velle Cy.in.l.sancimus.C.de nup. Et quãꝙ̃
Richar.malũb.tenuerit contrariũ:vt refert ipse Bar.in.d.§.titio.mo-
2 tus,†qꝛ statutum non potest in totum tollere legitimam,licet possit di-
minuere qḋ etiã videtur sentire Dy.in regula indultum. de reg. iuris.
lib.vi.ergo cum hoc casu dos succedat loco legitime nõ recipit graua-
mẽ vel dilationẽ sicut nec ipsa legitima in iuribus.s.alleg.Bart.tñ se-
quẽdo Cy. tenuit primũ:mouet.quia ꝓsupposita etiã opi. Richar,ꝙ
statutũ possit diminuere licet nõ tollere.tamen sicut potest diminuere,
ita videt qḋ possit illã differre ad certũ tẽpus:puta tẽpus nuptiarũ:cũ
sit quedã diminutio.arg.in.l.minus.ff.de reg.iur.sed Bald.in.d.l.san-
cimus.sequi opi. Richar.reprobata opi.Cy et Bar.mouet:qꝛ si pos-
set statutũ differre in tẽpus matrimonij,posset sequi ꝙ ista filia mor-
retur ante matrimoniũ vt ↄtingit in casu nostro:ꝛ sic nihil transmitte-
ret ad heredes.ꝛ per ↄsequens ex toto priuaret legitima,qḋ est ↄtra p-
suppositũ qḋ facit Bar.consentiendo opi.dicti Richar.qḋ in totũ nõ
possit tolli. Et pfecto iudicio meo hec cõsideratio Bald.sunt optima ꝛ
vera simplr esset illa opi.qḋ legitima nõ potest in totũ tolli:sed cũ ipse-
met Bal.sentiat cõtrariũ in.l.cũ lege leonina.C.de episco.ꝛ cle.vbi fir-
3 mauit,†ꝙ ꝓpter familiã domꝰ ↄseruandã põt prorsus mulier priuari
legitima,cũ sit de iure positiuo:dicit tamen qḋ reseruat sibi ius petẽdi
alimẽta,quũ illa sint de iure naturali.i.dist.ius naturale.ergo funda-
mentũ suũ nõ ꝓcedit,cũ statutũ videat mulieri seruare alimenta,donec
nupserit:ergo potuit simplr eam excludere ab oĩ successiõe:ꝓsertim re-
seruando dotem in euentũ matrimonij:ergo legatũ dotis debet intelli-
gi pure.¶ Sed his nõ obstãtibꝰ puto qḋ in casu nostro heredi ꝓdicte
filie sit tripliciter cõsultũ. Primo enĩ est clare consultũ tenẽdo illã opi.
ꝙ legitima possit in totũ tolli etiã ad tpꝰ,quã videt tenuisse collector
decisionũ Rote,decisiõe.xic.q relatis varijs opi.tenuit statutũ valere
dũmodo in totũ non auferat,vel multũ absorbeat. Et idẽ videt velle
Anto.de but.in.c.raynaldus.de testa.sed in casu nostro i totũ absorbe-
ret,si primo diminueret,reducẽdo illã ad dotẽ tñ:ꝛ postea differẽdo
in tẽpus ↄcti matrimonij,adeo qḋ posset contingere ꝙ in totũ priuaret
sicut cõtingit in casu nostro,cũ ista filia fuerit mortua ante contractũ
matrimonij. Et pfecto hec opi.mihi placet in casu nostro, in quo statu-
tum expsse nõ tollit in totũ immo dat dotẽ quasi pro matrimonio ipsius
mulieris.l.iij.ff.de mino.sapit ergo ipsa dos naturam legitime, ne filia
decedat prorsus sine herede,ꝛ sine aliquibus bonis:facit qḋ in fi.i no.
in.c.ex insinuatione.de appel.vbi dicit,ꝙ si terminus ꝓfigitur appellã-
ti ab hoĩe,qḋ talis terminus succedit in locum termini iuris:qꝛ subro-
gatum debet sapere naturã eius in cuꝰ locũ subrogat:vt.s.dixi.ꝛ hec
interpretatio tanꝙ̃ benignior est in dubijs recipienda:vt in reg. odia.
et regula.in penis.libro.vi.ꝛ.l.interpretatione.ꝛ.l.si preses.ff.de penis.
¶ Scḋa via est,vt virtute statuti Tridentini cõpeteret simplr ius pe-
tendi illico dotẽ relictã cõiuncta saltẽ volũtate testatoris. Statutũ enĩ
disposuit.ꝙ si pater disposuit de filio in testamẽto debeat filia esse con-
tenta dispositione paterna:ita ꝙ si sibi reliquit dotẽ,sit illa contenta:ꝛ
vltra illã quantitatẽ nil petere possit:videt ergo statutũ velle ꝙ si dos
est filie relicta in testamẽto,ꝙ possit quãtitatẽ sibi relictã illico petere p
contrarium sensum qui satis validus est.l.cũ inter.§.inter socerũ.ff.de
pac.do.ꝛ per Bal.in.l.cõuenticula.C.de epis.ꝛ cle.ad hoc facit verbum
illud quantitatẽ ꝛc.nõ enĩ retulit se simpliciter ad dotẽ,ſꝫ ad quãtitatẽ
relictã pro dote.¶ Preterea statutũ in casu quo pater reliquit dotẽ fi-
lie in testamẽto,nõ ꝓuidit de alimẽtis,donec fuerit maritata:sed soluꝫ
prouidit in casu quo pater fuit mortuus ab intestato:ergo simpliciter
disponẽdo qḋ filia sit ↄtenta dote sibi relicta,ꝛ ꝙ aliqḋ vltra nõ possit
petere,videt voluisse ꝙ ipsa dos sit pᵃtrimoniũ filie:ꝛ sic debeat sibi succe-
dere loco legitime:ꝛ p cõsequẽs debet illico mortuo patre cõpetere,ꝓ-
sertim cũ pater nil dixit de alimẽtis interim filie prestãdis:ꝛ statutũ di-
cit ꝙ filia debet esse contẽta dispositione paterna:vnde si diceremꝰ cõ-
trariũ.sequeret qḋ statutũ posset priuare filiã alimentis,ꝛ oĩ successiõe
qḋ est ↄtra cõem opi.ꝛ cõtra.l.cũ ratio.ff.de bo.dam. Et hec interpreta-
tio ꝑmaxime sumẽda est in casu nostro,in quo pater non solũ reliqt do-
tem filie:imo in illa quãtitate eam heredẽ instituit:ergo voluit eã pror-
sus excludere a successiõe.¶ Tertia via ↄsulẽdo heredibus dicte filie
põt subtiliter iudicio meo obijci ex v̄bis statuti moderni:ex quo i prin-
cipio euidẽter ostenditur,ꝙ filia nõ simpliciter excluditur a successione
parentis existente masculo,sed ad tẽpus dũtaxat.s.masculo superstite.
nõ enim statutũ simpliciter dixit,vt extãtibus masculis femina nõ suc-
cedat:ſꝫ dicit ꝙ femina nõ succedat,nec audiat agendo,vel excipiendo
superstite masculo:vnde illa verba,supstite masculo:cũ sint ablatiui ca-
sus faciũt cõditionẽ:vt.l.si testatore.ꝛ ibi per Bar.ff.de cõdi.ꝛ demõ.
ꝛ qualificãt verba sequẽtia nõ audiat ꝛc.ergo sensus,quod mulier nõ
debet audiri super successione patris superstite masculo:ergo post eiꝰ
mortẽ debet audiri:verba enim qualificata debẽt intelligi ſm tempus
verbi ad qḋ referunt:vt no Bar.in.l.ex facto.ff.de vulg.ꝛ pupil.ꝛ.l.ꝓci-
pimus.C.de appel.ꝛ Bal.in.l.gñaliter.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ gloss.in.c.statu-
tum.in v̄bo,canonicis.in fi.de resc ri.lib.vi. Ad ꝓdicta optime facit qḋ
4 not.Bar.in.l.si.ff.ad tertul.vbi dicit,†ꝙ si statuto caueat,ꝙ ꝙ̃diu exti-
terit masculus,femina nõ succedat,ꝙ filia excludit viuente masculo dũ-
taxat:sed illo mortuo debet admitti:qꝛ per illud aduerbiũ ꝙ̃diu,videt
statutũ voluisse facere heredẽ masculũ ad tẽpus:ꝛ ibi plenius habetur
per eũdem ergo dicamus in ꝓposito,cũ statutũ dicit nõ audiat agen-
do ꝛ excipiendo superstite masculo:ergo illo mortuo debet audiri agẽ-
do vel excipiẽdo:valet enĩ ↄtrarius sensus in statuto,ꝓsertim cum iuri
cõi cõcordet,vt est in casu nostro:vt no.Bar.in.l.oĩa populi.ff.de iusti.
ꝛ iure.ꝛ plenius Bal.in.d.l.cõuenticula. Nec ob.si dicat statutũ etiam
vti verbo succedat.quo casu tenuit Bar.in.d.l.si.ꝙ femina nõ admitti-
tur mortuo masculo cũ tractet nunc de hereditate filij ꝛ non patris,ex
quo non fuit adiectũ illud aduerbiũ ꝙ̃diu,vel simile.qḋ etiam videtur
tenere Ioan.in addi.Specu.in titulo.de succes.ab intesta.super rubri.
quia dico illud procedere si statutum simpliciter dixisset extãte aliquo
masculo femina nõ succedat:nã tunc femina simplr excludit,ꝛ hereditas
defertur masculo merito post mortẽ masculi nõ põt filia petere heredi-
tatem

tatē patris:quia iam desijt esse patris,⁊ est nūc filij:lȝ hoc casu quidā
antiqui voluerint ḋuum:vt no. Joan.and.in addi.ꝑ̄ dicta:sed primū ve
rius. Sȝ in casu nostro fuit adiecta illa determinatio:nō succedat, nec
audiat masculo superstite. Precedentia em̄ verba determinant per se
quentia.l.si.§.cui dulcia.ff.de vino.triti.⁊ oleo.leg.⁊ de.extui.de verbo.
signi.⁊.l.si seruus plurium.de leg.j.⁊.l.nummis.de leg.iij.⁊ hunc intellectū
plurimū adminiculant alia verba statuti,quatenus prouidēt mulieri:
vt soluto matrimonio per eā ḋhēdo possit redire ad domū masculi he
redis:⁊ ibi pciperē alimenta:⁊ sic videt̄ excludere femina stāte mascu
lo:sed illo mortuo cessat illud refugiū:maxime in casu nostro,in quo bo
na patris debēt distribui in pauperes ex quibus omnibus concludit̄.
ꝙ dicte filie statim cōpetit ius petendi legatū dotis sibi a patre factū
tanꝙ purum,qḋ trāsiuit in suos heredes legitimos.l.vnica.C.de cadu.
tol. Item qḋ mortuo masculo statim cōpetit ius petendi legitimā:ita
qḋ est in optione heredum ipsius an petant legatū,an legitimā:quate
nus plus est in legitima ꝙ̄ in legato:iuxta id quod legitur ⁊ no.in.l.scis
mus.C.de inoffi.testa.in.§.repletionem.

¶ Consilium.xciij.

1 ☞ Causa non debet delegari aut subdelegari authoritate sedis apo
stolice,nisi habenti dignitatem,personatum,aut canonicatum in eccle
sia cathedrali.

2 Episcopo si aliquid relinquatur expresso duntaxat nomine dignitatis
a proximo seu consanguineo,videtur relictum factum persone contem
platione propter qualitatem relinquentis.

3 Miles si dixit se velle testari iure communi,⁊ nō potuit perficere testa
mentum,valet testamentum iure militari.

4 Nomen proprium ⁊ appellatiuum quando exprimuntur in dispositiōe
debet distributio attribui qualitati prius expresse.

In questione Que ad presens vertit̄ inter ca
pitulum Toregen. ⁊ epm̄ Cu
ranen.ex altera , super executione cuiusdam sententie late a
quodā thesaurario ⁊ canonico ecclesie Subicen. vigore sub
delegationis sibi facte per quēdam propositum. Ariacen.cōseruatorē,
⁊ delegatum in causis capitali.a sede apostolica deputatū,in et super
eo ꝙ negatur ex parte dicti episcopi dictum thesaurarium habuisse iu
risdictionem,cum commissio fuerit facta expresse nomine proprio:⁊ no
mine appellatiuo ipsius thesaurarie:de qualitate autē canonicat⁹ nul
la fuit penitus in subdelegatione facta mentio:thesauraria autem ne
gatur ꝙ sit dignitas vel personat⁹ in illo loco. Presupposito igit̄ sine
veritatis preiudicio,qḋ in illis partibus thesauraria non censeatur di
gnitas,vel personatus,an dicta sentētia possit sustineri ex eo,ꝙ dictus
thesaurarius erat etiam canonicus ecclesie cathedralis : hoc erat in
loco notissimum,imo in facto presupponitur statutum vigere in eccle
sia,ve nemo possit ibidem obtinere dignitatem,personatū, aut officiū
nisi canonicus ipsius ecclesie. Et primo videtur dictā sententiā ex
1 iurisdictionis defectu minime valuisse:† quia causa non debet delega
ri aut subdelegari authoritate sedis apostolice,nisi habenti dignitatē,
personatum,aut canonicatum in ecclesia cathedrali:vt in.ca.statutum.
in princi.⁊ in.§.in nullo.de prescrip.lib.vi.⁊ quicquid fuerit attentatū,
est ipso iure irritum,⁊ inane:vt probatur in fin.dicti.c.statutū.per quez
dixit glo.in verbo,cōmittatur.ꝙ processus agitatus per aliquas per
sonas est nullus:licet contra delegatum aut subdelegatum non fuerit
exceptum. Sed in casu nostro causa fuit subdelegata thesaurario. ⁊ sic
officio thesaurarie,non aūt canonico:cū autez de qualitate canonicat⁹
nulla fuerit facta mentio:ergo sententia non debet tenere : differentia
enim est inter dignitatem,personatum,⁊ officiū:vt in.c.j.de cōsue.li.vj.
⁊ ibi per Archid.⁊ no.in.c.de multa.de prebē.⁊ thesauraria tenuit ma
ior pars dominorū de Rota,ꝙ nisi aliud habeat loci reputatio,de iu
re cōmuni videt̄ simplex officiū:vt plene no.per eos decisi.clvi. Nō ob.
si dicat̄ dictū thesaurariū esse pariter canonicū:qr lȝ iste due qualitates
cōcurrerent in ipsius persona:cōmissio tamen videt̄ facta qualitati ex
presse,nō aūt tacite:vt.c.qm̄ abbas.de offi.deleg.ca enī que subticētur,
nō vident̄ ꝯsiderata,imo neglecta:presertim cū speciali nota sint digna,
vt in casu nostro per c.ꝑ̄uis.de preben.lib.vi.⁊.l.si repetendi.C.de condi.
ob causam.l.labeo.ff.de supel.leg.⁊ id qḋ exterius agit̄,interiorem men
tis dispositionē,⁊ habitū representat:vt in clemē.exiui.de verb.signi.fa
cit.l.nō aliter.ff.de lega.iij.⁊.c.si.de verb.sig. ¶ Sed his nō obstātibus
contrariā sniam arbitror in casu nostro ꝑualere:ad quā tenendā multa
me impellunt. Et primo theorica Jo.an.in regula,priuilegium.de reg.
iur.lib.vi.in mercu.que videt̄ etiā de mēte Bar.in.l.⁊ quia.ff.de iurisdi.
omn.iudi.⁊.l.ij seruus cōis.ff.de stipu.seruo.⁊ pbatur expresse per iura.
J.allegā.la:vez qḋ ad cōiecturandā dispositionis,seu commissiōis quali
tatem,nō debemus simpliciter,⁊ principaliter cōsiderare,an sit in ea ex
pressum nomē propriū,an appellatiuū,imo illa consideratio est adhibē
da,velut vltimū refugium,sed primo recurrere ad subiectaȝ materiā.
Si vero materia proportionat̄ persone,⁊ non dignitati,vel poti⁹ psone
ꝙ̄ dignitati,iudicare debemus dispositionē potius personalē ꝙ̄ realē:⁊
ita econtra licet sit expressa dignitas,⁊ nō nomen ꝓpriū vel econtra:hec
2 probant̄ in.c.requisiti.de testa.⁊.c.pōtifices.xij.q.iij.in quib⁹ pȝ, † qḋ si
aliqḋ relinquat̄ epo,expresso duntaxat noīe dignitatis,a proximo seu con
sanguineo,videt̄ relictū factū contemplatione persone ꝓpter qualita
tē relinquētis:si aūt sit ab extraneo,videt̄ factū contemplatione ecclesie
licet sit expressum nomē ꝓpriū:vt ibi.⁊.l.annua.§. atria.ff.de annu.leg.
hinc dixit glo.no.in.c.ij.de testa.lib.vi.qḋ si quis ꝑlatus fuit deputatus
ditione cum non liceat subiectis statuere in preiudicium principis.c.venientes.de iureiuran.cuius contrarium est verum: vt supra probatum est. Secundus casus exceptus fuit cum vellent facere statutum contra honorem et statum dicte ciuitatis Rachanati. sed quis mentis compos dicet illam permissionem exercendi ibidem officium notarie tendere contra honorem et statum principis presertim cum de iure non sit necessaria alia licentia et ciuitas Rachanati illas reformationes fecerit principaliter ad commodum subiectorum tantum. si illi de terra montis sancte Marie habentes potestatem condendi legem volunt in eorum preiudicium aliter prouidere mos est eis gerendus. cum possint in eorum preiudicium vt predixi etiam statuere in preiudicium iuris publici quod plus est, vt no. in.d.§.priuatorum.fact.l.circa.ff.de proba. Preterea si illud tenderet contra honorem et statum principis non liceret inferiori creare notarios in sua iurisdictione. Cuius contrarium est verum vt predixi. Non obstant contraria supra pro opposita sententia formata: patet enim ex predictis ad omnia preterquam ad primum. cuius.ad quod dico quod procedit quando in eadem terra datur arbitrium respectu certe facultatis tunc licet contra specialiter ibi promulgata statuere: sed nos loquimur cum datur generaliter potestas et iurisdictio in vna terra: et fiunt ibi statuta in preiudicium illius terre duntaxat: non autem contra iura edita in aliis terris concedentis. Ex omnibus predictis concludo quod ex preseruatione seu concessione predicte potestatis licuit communi dicte terre dare illam potestatem notarios exercendi artem notarie in illa terra: et per consequens valent omnia instrumenta per illum notarium edita et conficienda: quinimo vt predixi. puto quod possit dicta communitas creare de nouo notarios quo ad exercendum officium notarie in dicta terra absque eo quod tales notarii aliter approbentur vel matriculentur in vniuersitate notariorum dicte ciuitatis Rachanati.

¶ Casus consilii sequentis.

Casus in facto sic proponitur. Quidam nobilis Migliore de paluzo habens vxorem legitimam et duas filias superstites, ac duos nepotes ex filia premortua: in egritudine corporis constitutus asserens se nolle intestatum decedere incepit facere testamentum suum: et antequam aliquem heredem instituerit incepit facere quedam legata tam dictis nepotibus quam filiabus: et quibusdam aliis: et dum esset in dispositione legatorum etiam antequam illa perficeret invasit dictum testatorem magna debilitas: ita quod ab illa coactus est desistere a factione et perfectione dicti testamenti, et sic illo imperfecto decessit: demum decessit vna ex filiabus que bona sua omnia matri reliquit. Nunc queritur an de iure teneant dicta legata presertim nepotibus facta: et qualiter dicta hereditas debeat diuidi.

¶ Consilium.cv.

1 ¶ Voluntas defuncti ex imperfecto testamento non valet nisi inter liberos.
2 Legatum libertatis debitur ex testamento imperfecto.
3 Testator si incepit et expressit quod instituebat pauperes Christi et non perfecto testamento superuenit frenesis vel mors, talis institutio non valet etiam fauore liberorum.

Videtur Primo dicta legata saltem facta inter filias et nepotes ex filia premortua valere: quia inter solemnis voluntas inter filios habita valet et tenet inter eos. de quo videtur tex.in.l.hac consultissima.§.ex imperfe-
1 cto.C.de testa. vbi dicitur. † quod ex imperfecto testamento non valet voluntas defuncti, nisi inter solos liberos. Si vero in huiusmodi voluntate fit inter liberos admissa aliqua extranea persona non valet voluntas quo ad illam: sed illius portio liberis accrescit. ergo dicendum quod legata aliis facta accrescunt dictis filiabus, et nepotibus: et in eos dictum testamentum imperfectum valere censendum sit: nam nomine liberorum veniunt non solum filii, sed etiam nepotes et pronepotes et alii descendentes. l.liberorum ff.de ver.signi. habebunt ergo iste filie et nepotes bona prelegata ab intestato, et reliqua bona de quibus non fuit dispositum diuident inter se non enim vtile per inutile vitiatur vt in regula vtile per inutile.de reg.iur.lib.vi. et videtur ad predicta optime facere tex.singularis in materia.in.l.in testamento.ff.de fideicom.lib. et quod ibi no. Bar. vbi videtur
2 probari † quod legatum libertatis debeatur ex testamento imperfecto: et videtur ibi sentire Bar. idem in legato ad pias causas. et facit quod ipse no. in.l.fideicommissa.§.quoties.ff.de leg.iii. vbi sentit, licet sub dubio tale testamentum imperfectum valere inter liberos. ¶ Sed his non obstantibus arbitror de iure sinam contrariam veriorem: scilicet vt etiam inter liberos talis voluntas imperfecta non valeat. Et primo hoc probo per rationes et per iura. Secundo per authoritates virorum elegantissimorum: qui in istam communiter inclinarunt. Et videtur primo tex. expressus presertim iuncta gloss. in.l.is qui.ff.de testa. vbi dicitur quod si quis incepit facere testamentum et non perfecit talis voluntas pro nihilo est. Ad idem tex. bonus. in.d.l.fideicommissa.§.quoties. preallegato. et presertim hoc tenendum in casu nostro in quo nondum fuerat facta heredum institutio: ergo non potest dici testamentum licet habuerit voluntatem testandi: vt patet ex casu posito ibi. ad hoc l.iii.de lega.§.ante heredis institutionem.: et melius l.§.in primis.i.iii.de fideicom.here. vbi dicitur testamentum esse inutile in quo nemo heres instituitur. Nec obstat dictus.§.ex imperfecto.in iure allegatus: quia debet intelligi de imperfectione respectu solemnitatis: non autem respectu voluntatis: quia etiam ratione naturali non potest quod consistere, ex quo non apparet de absoluta et expedita voluntate disponentis. arg. opti. in.l.contractus.C.de fide instr. et alibi dicit tex. quod nihil actum esse videtur, cum aliquid superest ad agendum.l.pe.C.ad sylla.facit.c.i.de succes.ab intesta.in verbo.perfecerint. Potuisset enim testator in progressu testamenti illa legata limitare, et reperare. vel reuocare. Preterea videmus quod si ex testamento non adeatur hereditas, legata non debentur: quia testator non egit aggrauare venientes ab intestato: sed heredem scriptum.l.si.C. si omiss.causa test. singulariter probatur quod etiam libertates legate non debentur hoc casu: fortius ergo dicendum cum testator morte preuentus testamentum non perfecit: presertim cum non peruenerat ad heredis institutionem. vt contigit in casu nostro. Et hanc partem vt non valeant legata etiam inter liberos, tenuit apertissime in terminis nostris Bal. post Gui. de cog. in si.C.fami hercis. Et idem firmauit in d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. mouetur principaliter: quia is qui non perfecit morte preuentus, non dicitur testatus: sed testari voluisse et illas leges, que videntur innuere contrarium, intelligit vt supra dixi. in imperfectione respectu solemnitatis: vt quia non fuit testatus coram septem testibus, tunc enim tenet testamentum inter liberos, qui erant successuri ab intestato cum appareat de voluntate defuncti per duos testes. Hanc eandem opinionem firmauit Bar. in d.l.si. et in d.§.ex imperfecto licet videatur vacillasse, et dubitasse in d.§.quoties. et d.l.in testamento. Hanc sententiam expresse fuit sequutus
3 dominus Petr. de ancha. in c.si. de testa. vbi plus dixit. † quod si testator incepit testari, et expressit quod instituebat pauperes Christi et non perfecto testamento superuenit frenesis, vel mors, quod talis institutio, et alia que expressit non valent etiam fauore liberorum per ea que notantur in iuribus superius allegatis. Item contrarium videtur sentire do. Ant. de butr. in c.i.de succes.ab intesta. Non obst. d.l.in testamento, ad illam enim respondet Bald. in l.cum quis.C.de iuris et facti igno. in versic. tu autem sic distingue. in fine. vbi dicit quod ibi ponitur quedam equitas non scripta, seu iurisconsultus ibi persuadet, non disponit vel aliter prout ipse idem Bald. respondet in l.si iure.C.de testa. manumissis. vbi dicit casum illius legis procedere ratione magne affectionis, quam habet testator ad illam alumnam. vt colligitur ex verbis illius. vnde non est trahenda ad consequentiam, secundum eum pro hoc dicta l.si iure. vbi dicit quod si iure testamentum non subsistit, non debentur ex eo etiam libertates. Concludo ergo ex predictis dicta legata minime deberi inter liberos: sed in bonis dicti testatoris succedendum esse ab intestato. ¶ Quo ad secundum qualiter dicta hereditas deferatur ab intestato dico quod mero iure communi inspecto, debent succedere filie dicti testatoris vna cum nepotibus ex filia premortua, qui succedunt in locum eorum matris: et capiunt tertiam portionem tantum sicut cepisset eorum mater. Alie vero due portiones veniunt ad filias. vt probatur in authentica.exste.C. de legi.hered. et insti.de heredita.que ab intesta.deferun.§.cum filius. Portio vero alius filie que decessit instituta matre peruenit ad ipsam matrem: potuit enim illam instituere post positis sorore et filiis sororis premortue.l.fratris vel sororis.C. de inofficioso testamento. Matre autem mortua debet illa portio accrescere ipsis heredibus, salua tamen legitima debita filie superstiti: et nepotibus ex filia. vt in.c.raynutius.de testamen. et si est mortua ab intestato, accrescunt bona matris filie pro vna portione et nepotibus ex filia pro alia. vt patet in iuribus superius allegatis.

¶ Casus consilii sequentis.

Casus super quo consilium de iure postulatur in terminis infrascriptis proponitur: videlicet ecclesia sancte Marie de marmoraria diocesis Senensis fuit iam sunt.cc.anni, et vltra constructa et consecrata, vna cum tribus altaribus. vno videlicet in medio principaliori: duobus vero a lateribus pro ornamento dicte ecclesie: vt populis conuenientibus ad diuina, facilius possent missarum solemnia celebrare, vt latius colligi potest ex scriptura ecclesie, et dictorum altarium: et ex scriptura antiqua edita super consecratione dictorum altarium eorum tempore facta: nec aliqua dos fuit tempore constitutionis dictis altaribus specialiter assignata: quinimo ante.xl.annos dicta altaria nulla bona dotis nomine: et aut alio titulo obtinebant: nec censebantur capelle distincte a corpore ecclesie. Sed plebanus dicte ecclesie pro tempore existens quandoque per se, quandoque per alios in dictis altaribus celebrans populo confluenti ad dictam ecclesiam satisfaciebat demum a.xl. vel.l. annis citra, quedam bona fuere dictis altaribus a lateribus consistentibus per nonnullos parochianos dicte ecclesie legata seu donata: et parte eorum harum rerum dicti parochiani arbitrantes se esse patronos nonnullos clericos ad dictas capellas ponebant, et constituebant cum consensu plebani dicte ecclesie: et talis constitutio durauit fere per.xxx. annos: quibus elapsis dicti parochiani existimantes vt supra, se fore patronos ceperunt presentare capellanos ad dicta altaria domino episcopo Sen. a quo sic presentati fere per.xxx. annos institutionem consecuti sunt. Nuperrime autem plebanus de nouo in dicta ecclesia canonice institutus dicit dictas capellas vna cum bonis eis legatis, et donatis ad se pertinere. quemadmodum et alia bona, negando patronatum aliquem de iure dictis parochianis competere. dicti vero parochiani contrarium asseuerant. et ad eo

rum intentionem fundandam super dicto patronatu allegant donatio-
nem dictorum bonorum per eorum maiores factum et quādaz specifice
factum vt populus dicte ecclesie presentationez capellanorum ad dicta
altaria obtineret. Queritur nunc quid iuris et consequenter dubitatur
de quadam capella parochiali posita infra limiten dicte plebis que ab
olim erat de mēsa plebani dicte ecclesie deinde diuisa extitit a dicta ple
be per quēdam episcopum Senensem sine sui capellani consensu reser-
uato quinqz librarum cere censu annuatim persoluendo dicte ecclesie:
ac etiam patronatum dicte capelle dictus episcopus quibusdam laicis
cōcessit: nulla tamē bona per dictos laicos illi capelle concessa fuerunt.
Nunc dictus plebanus pretēdit dictam diuisionem fore nullam: dicens
earum ius patronatus ipsis laicis minime potuisse concedi: et nomine
ecclesie sue vendicat dictam capellam tanq̄ mense sue vnitam seu mem-
bruz dicte sue ecclesie sancte Marie.

Consilium. cvi.

1 Ius patronatus seu ius presentādi potest populo ex antiqua con-
suetudine competere.
2 Construens ecclesiam efficitur patronus.
3 Institutio beneficiorum pertinet ad solum epm de iure communi.
4 Unio vel diuisio ecclesiarum non possunt fieri sine consensu capituli.

PRius Iuxta ordinem tangam primum punctum: de
inde secundum. Et circa primū videtur dictum
plebanum iniusta petitione moueri: quoniā ius patronatus
acquiritur non solum constructione et fundatione: sed etiam
donatione. xvi. q. vii. c. filiis ac depotibus. no. gloss. in ca. pie mentis. ea.
dem causa et questione. lxiii. distin. in summa per Innoc. in rubrica de iu
re patronat⁹. et per Io. an. in c. i. eo. tit. sed per dictos parochianos fuit
dictis capellis dos collata: ergo acquisiuerunt ius patronatus. Prete-
rea presopposito qd titulus acquisitionis illius iuris patronatus non
fuisset a principio omnino legitimus: dedit tamen causam dictis paro-
1 chianis prescribendi. †Nam ius patronatum seu ius presentandi potest
populo ex antiqua consuetudine competere et sic per populum prescribi
videtur prima fronte tex. in c. querelam. de elec. no. ibi Io. an. et plenius
super regula qd alicui gratiose. de regu. iur. lib. vi. in mercu. Sed dicti
parochiani fuerunt quasi in possessione presentandi fere p. lx. annos: er-
go dictum ius prescripserunt: cum etiā contra ecclesiam sufficit prescri-
ptio. lx. annorum. vt c. de quarta. de prescrip. et c. i. eod. tit. in. vi. cum si-
milibus. Item tertio ex quo non constat aliquos fuisse patronos dicta-
rum capellarum: et populus tāto tempore exercuit presentationis actū
debemus presumere parochianos fuisse cōstructores dictarum capella-
rum: cum certum sit ecclesiam non nasci: sed accidentaliter construi. ergo
isti parochiani qui exercuerūt actum presentationis debēt presumi pa-
troni ex quo alii non sunt in possessione aliorum iurium competentium
patronis. Ad hoc. c. i. de reli. domi. et qd ibi not. Innocē. et facit qd not.
Io. an. sup dicta regula, qd alicui. in fine questionis. Preterea et quar-
2 to facit qd no. Io. an. in. c. nobis. de iure patro. vbi concludit quod †con-
struēn ecclesiam efficitur patronus. et habet per consequēn presentatio-
nem nō solum principalis rectoris ipsius ecclesie: sed etiam capellano-
rum instituēdorum in capellis. Sed his nō obstātibus que diligenter
pōderata nō obstāt contrarium puto de iure dicendum: videlicet quod
dicti parochiani ius patronatus seu ius presentandi minime ex predi-
ctis vendicare possunt: et qd dicta altaria cum bonis sibi donatis libe-
re ad dispositionem plebani dicte ecclesie pertinent. Moueor multipli-
ci consideratione. et primo quia ex quo dicta altaria nō fuerūt constru-
cta a dictis parochianis non possunt pretendere in illis ius patrona-
tus. Nam ratione cōstructionis vel fundationis nō: nec ratione dotis. Nam
ex dotis assignatiōe consequitur quis ius patronatus qn exercuit hunc
actum tempore consecrationis. Sed ex quo capelle sunt fundate et con-
secrate non potest de nouo acquiri ius patronatus nisi plura concur-
rant. Primo enim requiritur qd bona fuerint ei collata non simplici ti-
tulo donationis: nā ex simplici titulo dicatur quis potius beneficiator
q̄ patronus. vt no. Io. an. in. l. i. de iure patro. oportet ergo qd bona cō-
ferantur in dotem. Item qd capelle sint sine dote: et qd acquisitio iuris
patrona. fiat de consensu episcopi: qd cum capella sit consecrata non po-
test hec seruitus loco sacro imponi sine consensu episcopi: vt per Io. an.
in. d. c. i. Inno. super rubr. eiusdem tituli. quinimo gl. in. d. c. pie mentis.
xvi. q. vii. nullo modo voluit fateri quod ex assignatiōe dotis postq̄ ec-
clesia est consecrata possit acquiri ius patronatus. Illa tamen gloss. li-
mitatur secundum predicta: sed in casu nostro illa bona non fuerunt col-
lata in dotem. Item non interuenit episcopi consensus in acquisitione
illius iuris patronatus. ergo ex illa tali donatione bonorū etiam si fuis-
set facta titulo dotis non potuisset ius patronatus acquiri. nec debet
episcopi consensus presumi cum sit quedaz solēnitas extrinseca, que nō
presumitur: sicut in similibus authoritas tutoris non presumitur interuenis-
se in contractu pupilli. l. q̄cunqz. ff. de publiciana. no. gl. et Bar. in. l. sciē-
dum. ff. de verb. obli. no. Inno. i. cap. inotuit. ē eo qui fur. or. re. bñ facit
c. i. de re. eccle. nō alie. lib. vi. vbi in alienatione episcopi non psumit con-
sensus capituli, fortius hoc casu ipsius episcopi consensus presumi non
debet. Preterea et secūdo dico qd etiā si illa altaria fuissent constructa
p parochianos dicte ecclesie: ex quo tñ non fuerūt p eos dotata nō fuis-

set acquisitū ius patronatus. Ad hoc gl. singularis in. c. quicunqz. §. xvi. q.
vii. que dicit, qd donās dotem modicam, nō efficit patronus: multo for
tius nec ille qui nullā cōtulit. Quod enim dicit, q̄ qs efficit patronus
ex cōstructione et fundatione, debet intelligi qn alii cōcurrunt cū eo do
tando. nam possunt tres effici patroni eiusdē bñficii. vt si vnus cōstruit
alius fundat, et tertius dotat. vt in gl. lxiii. dist. in summa. et. d. c. pie mē-
tis. secus vbi vnus solus cōstruit sine dotis assignatione. Nec ob. si di-
catur, qd postea dotarūt: qz ex quo tant sit tēpus fingit a tpe cōstructio-
nis, et nunq̄ presentarūt, non videntur cōstruxisse animo acqrendi patro-
natū: sed qd dicta altaria essent libera, et ad ornatū dicte ecclesie. Et pre
terea ex quo dicte capelle steterūt p centū quinquaginta annos sine ali-
qua institutiōe capellanorū, fundatores illarū perdiderūt omne ius, qd
habebāt: et ecclesia pscripsit illorū libertatē. facit. c. significauit. et qd ibi
no. de testi. nā per nō vsum pdit seruitus. l. si sit constituta. ff. quemad-
mo. seru. amit. facit. c. de quarta. et qd ibi no. per Innocen. de prescrip.
Fuit ergo noua acquisitio patronatus per collationē illorum bonorum
presumptā. Scdō principaliter contra dictos parochianos facit qz
nec titulū legitimū probāt, neqz canonicam prescriptionem: nā primo
titulum legitimus nō pbat, vt patet ex supradictis. nam nō probāt con-
struxisse, nec cōpetēti tēpore, et cū legitima solēnitate dotasse, nec etiam
probāt pscriptionē canonicā: quinimo tenēdo opi. Arch. que videtur ve-
rissima in. c. hortamur. lxxi. distin. nō habet in hoc casu locū pscriptio:
tenuit enim post lōgam indagmē ius patronatus nō posse p laicū pre-
scribi: licz Io. an. conet ipsum reprobare in dicta regula, qd alicui gratio-
se. Sed mihi plus plz opi. Archi. vt plene tetigi in quadam disputatio-
ne que incipit, Angerio. rndendo apertissime ad. c. querelā. de elec. sup
quo fundat opinio Io. an. Zra. Sed psupposito sine veritatis preiudi-
cio q̄ opinio Io. and. sit verior, nihilominus dico dictos parochianos
debere succūbere: qz minime pbare possunt prescriptionem canonicam.
Primo, qz cū illa pscriptio sit 3 ius, requirit aut titulus legitimus,
aut prescriptio tāti temporis, de cuius initio nō extat memoria. vt in. c.
si diligēti. de prescrip. et clarius eo. titu. lib. vi. c. i. Sed in casu nostro non
concurrit pscriptio tāti tpis cuī de eius 3rio nō esset memoria, nec titul⁹
legitimus sufficiēs ad pscribendū. Nā titulus donatiōis palegare est
3tium: qz vt supra, nō sufficit sola bonorū vel dotis collatio sine epi con-
sensu vnde dicti parochiani errāt in iure sed error iuris impedit pscri-
ptionem: ita qd talis titulus non est sufficiens ad prescribendum. vt in
c. dudum. iuncta glo. de decimis. et. l. nunq̄. de vsuca. no. glo. in. c. apo-
stolice. de dona. Preterea presupposito sine veritatis preiudicio, q̄ vo-
luisset prescripto pdicta, nō tñ fuit tāti tēporis, qd sufficiat ad prescri-
ptionē causalē cōpiendā: non enim acquirit quasi possessio iuris psen-
tandi, nisi subsequat institutio superioris. ad hoc qd no. Innoc. et Ioan.
an. in. c. ii. de in integ. resti. et per eūdem Io. an. super dicta glo. regule,
qd alicui. in fine qōnis. sed in casu nostro solū per. xxx. annos vltimos
fuit subsecuta institutio episcopi: ergo nō fuit cōpleta pscriptio. xl. que
sola currit contra ecclesiā. vt in. d. c. de quarta. et aut. quas actiones. C.
de sac. san. eccle. Nec obstat institutio seu consensus plebani prestitus
in prioribus. xxx. annis. quia plebanum non spectabat institutio. hinc
est qd postea fuit habitus recursus ad epm loci. facit quod not. gl. in. c.
quāq̄. de elec. li. vi. et qd no. Io. an. in dicta regula, qd alicui. vbi patet
3 †qd ad epm solum pertinet de iure cōmuni institutio beneficiorum. vt est
tex. in. c. cū ex iniuncto. in si. de here. Preterea et vltimo nō pōt allegari
pscriptio etiā si fuisset cōtinuata per tēpus sufficiens: qz ecclesia va-
cauit per tēpus. l. v. annorū. Nā plebanus qui erat tēpore concurrentie
pscriptionis nō habebat titulū legitimū: et sic erat intrusus cū esset priua-
tus ex legitima causa titulo ecclesiastico: vnā verius dicebat fur et latro
c. dudū. §. de elec. sed tempore vacationis ecclesie non currit prescriptio
vt no. Inno. in. c. olim. de resti. spo. vbi singulariter dicit quod etiam
ecclesie inferiori vacanti non currit prescriptio: qz nō est legitimus et im-
mediat⁹ defensor q iura ecclesie possit tueri et repetere. Nā isti intrusi
timentes repelli nō audēt bona inuasa repetere nec habēt dilectionem
ad ecclesiā: sed solū nitunt rapere. vnde paria sunt nullū habere rectorē
vel intrusum habere. vt in. c. ii. de transla. episco. facit qd no. glo. in. c. i.
de in integ. resti. lib. vi. et tex. cum gl. in. c. sacerdotes. xvi. q. iii. Ex ex pre
dictis oib⁹ 9cludo dictos parochianos minime posse sibi vēdicare ius
patronatus seu presentandi ad dictas capellas et quod dicte capelle spe
ctant ad dispositionem plebani vna cum bonis collatis, nec potuerunt
parochiani bona per eorū maiores donata repetere, qz donatio semel
perfecta reuocari nō potest vt. l. fi. C. de reuo. dona. c. fi. de dona. etiam si
bona collata fuissent pretextu cause minus legitime: qz causa minus le-
gitima habetur pro non adiecta: et remanet donatio pura vt probat. x.
q. i. c. ii. vbi tex. no. cū gl. facit qd legi. et no. in. c. significatum. de preben.
Dico tñ q̄ si populus parochie erat in possessione presentandi bona fi-
de non debet remoueri ad psentationē populi instituti. vt in. c. qrelā.
palleg. et. c. cōsultationib⁹. de iure patro. sed populus erat in mala fide. vt
not. Inno. in. c. ii. de in integ. rest. c. ex trin. de rest. spo. et. c. cum ecclesia
sutrina. de cā. pos. et proprie. et. d. c. 9sultationib⁹. Et p predicta patet ad
cōtraria rn̄sio. Et p hoc patet rn̄sio ad. i. q. Nunc scdm dubiū ingre-
diens scz an dicta diuisio per epm facta de iure subsistat videt primo q̄
sic. nam episcopus pōt vnire ecclesias minores. c. sicut vnire. de exces.

prela. et

prela.r.c.vacante.de prebē.ergo r diuidere.c.sicut vno.rvi.q.i.r no.in
d.c.sicut vnire.facit regula prima.de reg.iur.nam oēs res per quascūq
causas nascūt,per easdē dissoluūt:vt ibi.¶ Sed his nō obstātibus con-
trarium puto de iure procedere quo ad casum nostrum. Corruit enī ip
so iure ipsa diuisio ex multiplici causa. ¶ Primo,qr fuit facta ex causa
notorie iniusta. Asserit enim episcopus in dicta diuisione illam facere
propter tenuitatem redituum illius ecclesie sancte Marie. Nam hec
causa non inducit facultatem diuidendi ecclesiam sibi annexam:sed po
tius de nouo sibi vniendi.c.exposuisti.r.c.vacan.de prebē.r no.in.d.c.
sicut vnire.r.x.q.iii.vnio. Preterea quemadmodū sine causa legitima
non possunt iura ecclesie alienari.c.hac exceptiōe.xi.q.ii.r.c.i.de reb.ec
cle.non alie.lib.vi.ita nec diuisio dicte annexionis sine causa legitima
fieri debuit cum nulli dubium sit dictam diuisionem pertinere ad alie-
nationem iurium dicte ecclesie sancte Marie,facit qd legi.r no.in.c.cō-
stitutis.de ele.preterea dicta diuisio corruit ex defectu solēnitatis omis
se. Non enim fuit facta cum consensu capituli nec tractatu precedente:
4 quoniam quemadmodum vnio fieri non potest sine consensu capituli,
nec valet consuetudo in contrarium,vt est tex.iuncta gl.in cle.si vna.de
reb.ec.non alie.ita fortius nec debet fieri sine dicta solennitate diuisio.
arg.in dicta regula prima. Et qr,vt dixi,per hanc diuisionem alienātur
iura illius ecclesie sancte Marie.vnde etiā tractatus precedere debuit
vt in.c.tua.de his que fiunt a prela.r.c.i.de reb.eccle.non alie.libro.vi.
Preterea in dicta diuisiōe fuit ius patronatus cō.cessum quibusdā lai
cis qui nec construxerunt nec fundauerunt nec dictam capellam dota-
uerunt:ergo eis tale ius per episcopum non potuit concedi:presertim
cū dicta capella esset iam cōstructa et dotata tempore concessiōis dicti
iurispatronatus:nec enim potest episcopus rei sacre sine causa legitima
hanc seruitutem imponere.vt no.glo.in.d.c.pie mentis.rvi.q.vii.r Jo.
an.in.c.i.de iureiur.r Inno.super rub.eiusdem titu.facit qd legi.r no.
in.c.cum dilectus.de consue.r.c.ii.de iudi. Ex quibus omnibus euiden-
ter concluditur in hoc seclūo dubio dictam diuisionē minime de iure
subsistere:nec concessionem dicti iurispatronatus valuisse:sed qd di-
cta capella potest vendicari per plebanum dicte ecclesie sancte Marie
tanq ab antiquo vnita r annexa ecclesie sue tanq membrum pertinens
ad mensam dicti plebani. Et quādoqz de dicta vnione seu incorporatio
ne propter temporis antiquitatem instrumēta nō existant:attū sufficit
quod dicta capella fuerit tenta per dictum plebanum nomine sue eccle
sie tanq vnita r incorporata ecclesie seu mense per tantum tempus de
cuius initio memoria non existit.ad hoc tex.iuncta glo.in cle.i.de excess.
prela.r disputando concludit Joā.an.in regula qui contra iura.lib.vi.
in mercu.potest etiam attentari qd sine aliqua prescriptione seu vnio
ne dicta capella pertineat ad plebanum:qr fuit edificata intra limites
parochie sue:r est vnica dicte plebi.vñ debet psumi cōstructa r dota-
ta ex bonis dicte plebis:et quo tanto tempore hoc iure fuit a dicta ple
be possessa:cuius non est memoria in contrarium.pro hoc glo.singula-
ris in.c.eam te.de eta.r quali.r quod super eo no. Jo.an.r facit qd pre-
sumatur dotata r constructa ex bonis dicte plebis:qr non apparet aliū
fuisse fundatorem seu patronū r omnia iura illius capelle semp fuerūt
possessa per plebanum dicte ecclesie.ad hoc qd no. Jo.an.in regula qd
alicui.de reg.iur.lib.vi.in mercu.in fi.questionis.r facit qd no.in.c.i.de
reli.domi.

¶ Consilium.cvii.

1 ¶ Donationes plures in eadem persona ad hoc vt valeant requiru
tur quod per diuersa tempora fiant.
2 Solennitas insinuationis non fuit inducta in fauorem donantis:sed
in odium recipientium clandestinas donationes.
3 Juramentum vbicunqz est turpiter receptum debet relaxari.
4 Absolutio debet fieri vbicunqz quis iurat contra dispositionem legis
communis vel statuti.
5 Filia si ob metum r reuerentiam paternam renunciat cū iuramēto suc
cessioni potest petere absolutionem a iuramento.
6 Juramentum prestitum super cōtractu solenniter inito,tollit beneficiū
pretoris in obtinenda restitutione in integrum.
7 Dolus presumitur in enormissima lesione.
8 Cōtractus iuratus quādo potest argui de dolo potest minor prius pe-
tere absolutionem r postea petere restitutionem in integrum.

Quatuor Sūt in causa domine Baptiste quondam
Andree Joānis r nūc vxoris Frācisci dñi
Cyni ad apicē plenā dilucidationē indaganda. ¶ Primum
nūquid dōatio per eā facta fratri carnali ex defectu insinua-
tionis corruat quatenus excedit summā quīgētorū aureorū:nō obstāte
quod in dicte donatiōis instrumēto sit apposita illa clausula:quod tot
sint dōatiōes quot sunt capita:et sic liceat notario de ea rogato de vno
quoqz capite cōficere instrumētum donatiōis,ita quod nō excedat nec
excedere possit summā quingētorum aureorum rc. Itē nō obstāte iura
mēto prestito per dictam dñam Baptistam ad dicte donationis vali
ditatem. ¶ Scdo presupposito qd saltem iuramentum eam obliget ad
nō cōtraueniēdum:an possit per eam peti absolutio ab illo iuramento.
¶ Tertio an prestita absolutione possit dicta bona per eam uosata
vēdicare tanq sua:nulla prius petita in integrum restitutiōe. ¶ Quar
to.

to presupposito qd insinuatio ex aliquo capite,puta consuetudinis,vel
alterius occasionis nō fuerit necessaria:an saltem ratione lesiōis possit
cōtrauenire petendo absolutionem a iuramento r postea in integrum
restitutionem aduersus donationem:cum tempore donatiōis fuerit mi-
nor,r nūc existat intra tempus restitutiōis in integrū petēde. ¶ Pōt
addi r quintum dubium:qd debet esse primum in ordine:nūquid dicta
domina Baptista possit a successione materna,de cuius bonorū dona-
tiōe agitur,excludi virtute cuiusdā statuti Senēsis positi sub rubrica,
Quod mulier nupta nō succedat extantibus masculis in quo sic caue-
tur:quatenus facit ad propositum nostrum,videlicet. Mulier nupta
dotata a patre,fratre,seu patruo,matri sue abintestato nō succedat,qn
diu erunt filii masculi ex ea rc. Mater autē domine Baptiste decessit
etiā masculo superstite,cui donationē dicta domina Baptista fecit de
illis bonis maternis ipsam quoquo modo contingentibus. ¶ Nemo
ad primum:et videtur qd dicta donatio valuerit sine insinuatiōe ex du-
plici capite. Primo propter illam clausulam:vt tot intelligantur do-
natiōes,quot sunt capita.r qd liceat notario de vno quoque facere in-
strumētum donatiōis per se. Nā hec verba inānūt plures esse dōatio-
nes,quarum nulla excedit summam quingentorū florenorū.arg.l.scire
debemus.ff.de ver.obli.r hoc videtur sentire Spec.in ti.de instru.edit.
§.porro.verb.dōatio.presertim cum res donate sunt enumerate:r hoc
casu firmauit idem Specu.donationem valere in dicto loco r clarius
in titu.de dona.§.i.versi.qr si aliqs. Sed in casu nostro possunt dici nu
merate:cum fuerit data facultas notario conficiendi instrumētum de
vnoquoqz capite.ita qd nulla donatio excedat summam quingētorum
aureorū:ergo dicta donatio nō potest infringi ex insinuatiōis defectu.
¶ Sed his nō obstātibus in cōtrarium se habet veritas per tex.aptū
in.l.sancimus.§.si qs autem p diuersa.C.de dōa.vbi expresse innuitur
1 qd ad hoc vt valeāt plures dōatiōes in eadē persona facte,requiritur
qd per diuersa tempora fiāt:secus autem si eodē tēpore,sicut cōtingit
in casu nostro:nam tūc illa clausula videt apposita in fraudem legis.r
ideo nil debet operari. Cum enī fiūt plures dōatiōes eodem tempore,
eidē persone,nō minus persona dōatoris pōt decipi,qz si esset vnica do-
natio.vnde lex esset imposita verbis,et non rebus cōtra.c.commissa.de
elec.lib.vi.r.l.ii.C.cōia de leg.r per illū.§.quis auñt.prealleg. Bar.repro
bauit dictum Spec.in.l.modestinus.ff.de dōatio.r in.§.si quis autem.
r Joā.and.in additio.Spec.super dicto verb.donatio.et sentit Bald.
in.l.illud.C.de sacrosan.eccl. Cōcludo ergo quod ex capite illius clausu
le nō suppletur insinuationis defectus. Sed maius dubium est circa
iuramētum,nūquid saltē et suppleat insinuationis defectum. Bald.in
d.l.illud.firmauit quod nō:dicēs quod ex tali donatione etiam iuramē-
to interposito nulla oritur obligatio etiam naturalis:mouetur quia in
ter cetera ad hoc vt iuramētum obliget,requirit quod res super qua
prestatur non sit a iure prohibita.l.si quis inquilinos.§.fi.ff.de lega.i.
sed talis donatio sine insinuatione est prohibita.l.donatio sine.C.de do
na.adducit etiam quia legi inducenti solennitatem non potest renun
2 tiari.ff.de lega.i.l.nemo potest.† Item quia solēnitas insinuationis nō
fuit inducta in fauorem donatorum sed in odium recipientium clande-
stinas donationes r ne quis prodigaliter re sua vtatur.adducit etiam
ad predicta qd no.Cy.in.l.i.C.de sacrosan.eccl.r Bar.in.l.si quis p co.
ff.de fideius.sed Jo.and.intelligit latius hūc articulum tam respectu re
nūciatiōis huius solēnitatis,qz respectu iuramenti in addi.Spec.in ti-
tu.de instru.edi.§.porro.prealleg.ver.item no.videtur.licet clare non
loquatur inclinare in parte,vt simplex renūciatio nō valeat licet Guil.
de cu.tenuerit cōtrarium.in.d.l.illud.r recitat Joā.and.in loco palleg.
sed iuramentum sic,si fuit nō vi nec dolo prestitū,nec metu.ad hoc ad
ducit iura que approbant iuramentū in multis casibus a iure prohibi
tis prestitum.vt in.c.cum cōtingat.de iureiurā.r.c.licet.eo.titu.lib.vi.
r.c.quis.de pac.eo.lib.r auf.sacramēta puberum.C.si aduer.ven.cum
similibus.r iudicio meo idem videtur sensisse Bar.in.d.l.modestinus.
in fi.ubi tis no.per eū in.l.si quis pro eo.ff.de fideius.ad quam.l.se remit
tit in.d.l.modestinus. Et hāc opinio.tanq tutiorem ego approbo:tū
mē quia in casu dubio debemus semper stare pro iuramēto,ne ex cōtra
uentione quis incurrat periurium.arg.c.a nobis.de spon.r quod ibi
no.gl.in.c.vsi:o.de sepultu.r in concernentibus periculum anime pars
tutior tenenda est,vt no.in iuribus prealleg.r est tex.magis apertus in
cle.exiui.de verbo.signi. Preterea certum est quod hec insinuatio non
cōcernit principaliter commodum publicum,sed priuatum ipsorum do
natorum,licet in cōsequentiam concernat publicum:interest enim reipu
blice ne quis re sua male vtatur.insti.de his qui sunt sui vel alie.iur.§.
sed hoc epe.r in auf.vt iudi.sine quoquo suf.§.cōsiderauimus.ergo valet
iuramentū in cōtrariū siue sit prohibita principaliter in fauorem dōa-
toris.per.c.cū cōtingat.preallegatū.siue sit prohibita talis donatio in
odiū recipiētiū clandestinas donatiōes p tex.in.c.significante.de pign.
per quē tex.cōfunditur iudicio meo opi.Bal.nam pactum legis cōmis
sorie reprobat principaliter in odiū creditorū:r tū iuramentū obligat
iurātem vt legi.r no.in.d.c.significante.r per illum tex.voluit Bart.in
d.l.si quis pro eo.in versi.tertio prohibet dare regulā,qd vbi phibet
cōtractus in odiū creditoris iuramentū prestitū in 3cto est seruādū:r tū
nō firmet contractū sm eū.ita dicendū in pposito.dictū aūt Bal.in

quis iniquitos.allegata per eũ procedit qñ aliquid prohibet in fauo
rem publicũ principaliter:vel qr illud esset ꝯ bonos mores,qbus casib⁹
etiã de iure cano.nõ tenet iuramentũ.vt in.c.si diligenti.de foro cõpe.⁊
in regula.non est obligatoriũ.de reg.iur.li.vi.⁊ hoc casu põt intelligi.l.
non dubiũ.C.de legi.secus qñ in fauorẽ vel odium priuatũ.vt in auť.sa
cramenta puberũ.⁊ in.l.j.C.si aduer.ven.ex quo enim iuramentũ istud
põt seruari sine periculo anime iurantis,seruãdum est.c.si vero.⁊.c.de
bitores.de iureiur. Unde concludo iuramentũ obligasse dictam domi
nam Baptistam saltem personaliter ad nõ cõtrauenien̄dum. ¶ Restat
nunc examinare scđm dubiũ. An debeat audiri petens absolutionem a
3 iuramẽto,indubie credo ꝙ sic.† quia vbicunqꝫ iuramentum turpiter est
receptũ,debet relaxari,vt legi.⁊ nota.in.c.j.⁊ in.c.debitores.de iureiur.
hoc aũt iuramentum fuit turpiter receptũ ex multiplici capite. Primo
cõtra legem disponentem,vt absqꝫ insinuatione non fiat donatio exce
dens summã quingentorũ aureorũ.l.si quis pro redemptione.⁊.l.dona
tio.C.de donat. Itẽ interuenit magna lesio ⁊ sic dol⁹ saltẽ re ipsa.l.si qs
cũ aliter.ff.de verb.oblig. Itẽ videt dolus interuenisse etiã ex ꝓposito
ex eo qđ tres cõsanguinei adhibiti ad prestãdũ cõsensum iuxta formã
statuti Senensis iurarunt in p̃sentia ipsi⁹ dñe Baptiste qđ credebant
illã donationẽ cedere in vtilitatem ipsius dñe Baptiste donatricis:cum
sit falsissimũ:qr donare nil aliud est quã pdere.l.filiusfamilias.ff.de do
na.⁊ sic lesio erat patens in ꝯtũ vt dicit Jo.an.in addi.Spec.preallleg.
loco.vñ videt dolo fuisse inducta ad illã donationẽ.potuit enĩ hoc cre
dere cũ esset minoris etatis:⁊ videret cõsanguineos suos in p̃sentia sui
patris hoc iurantes:⁊ qr hoc casu etiam vbi tanta nõ concurrerent de
beat fieri absolutio a iurõ videt ꝙ sit cõis doctorũ conclusio:pro eũ
4 hoc tenuit consulẽdo Fede.de se.consi.cclxiij.vbi conclusit.† absolutio
nem debere fieri vbicunqꝫ quis iurauit ꝯ dispositionẽ legis cõis vel sta
tuti:qr cõtrahẽs videt turpiter recepisse iuramẽtũ cõtrahendo cõtra
dispositionẽ legis.vnde debet potius puniri ꝙ aliquod cõmodũ repor
tare.viij.dist.que ꝯ.⁊ in.c.si necesse.de dote post di.resti. Idem videtur
tenere Vincẽ.⁊ Jo.an.ipsum recitãdo in.c.cum cõtingat.de iureiu.vbi
dixit mulierẽ in casu illius.c.posse instare vt a iuramẽto absoluatur.er
go fortius in casu nostro debet talis absolutio fieri. Hãc eandem opi.
secutus est Anto.de but.in.d.c.cum contingat.qñ cõcurrit enormis le
sio:qr tũc p̃sumitur dolus.ar.in.l.oẽs.§.lucius.ff.de his que in fraudẽ
credi. Hic autem contigit enormissima lesio:qr donauit omnia bona ma
terna personam suam contingentia,que ascendebant ad valorem duo
rũ millium florenorum. Idem quasi videtur in terminis nostris cõsuluisse
in hac ciuitate Senarũ bone memorie do.Pe.de ancha.vt ipse refert
in repetitione.c.canonũ.de constitu.presertim habito respectu:qr cum
enormi lesione concurrit legis prohibitio,minor etas,⁊ sexus fragili
tas vt in dictis locis plenissime ista cõclusio examinat:non autem curo
latius hic procedere:qr cõis opi.doc.in hac cõclusione iuridica concur
rit. Nõ enĩ debet iuramentũ esse iniquitatis vinculum.vt in.c.quãto.de
iureiur.⁊ in.c.j.eod.tit.li.vi.esset aũt iniquitatis vinculum si detineret
indissolubiliter puellam enormissime lesam ⁊ deceptã ⁊ dolo inductam
saltẽ re ipsa vinculatã.est enim fraudibus obuiandũ ⁊ non indulgendũ
vt in.c.sedes.⁊.c.super lris.de rescrip. Hũc articulũ post lõgã indagimẽ
sic decidi in lectura mea super.d.c.cũ cõtingat vbi plenissime patẽt mo
tiua ⁊ rõne huius passus.ad idẽ qđ no.Bal.in.l.pactum.C.de colla.vbi
5 dicit,† ꝙ si filia ob metum ⁊ reuerentiam paternã renuntiauit cum iura
mento successioni,põt petere absolutionẽ a iuramento.arg.ex no.in.l.j.
§.q̃ onerande.ff.quarũ re.ac.nõ dat.sed idẽ cõtingit in casu nostro,cum
pater fuerit author huius donationis,vt tota hereditas materna re
maneret filio masculo.vñ vř ꝙ ppter reuerentiã paternam hoc fecerit:
maxime precedẽte illo iuramento cõsanguineorũ presentium:de quo su
pra dixi.⁊ hec de scđo principali dubio. ¶ Ad tertiũ dubiũ, An obtenu
ta absolutione ab illo iuramento,possit dicta dña Baptista vendicare
illa bona tanꝙ sua nulla prius petita absolutione cõtra cõtractũ. Hũc
etiã articulũ plene examinaui in.d.c.cũ cõtingat in lectura:⁊ vt ibi dicit
do.Ang.de perusio,in quodam suo cõsilio ꝙ incipit:Dña catharina in
hoc articulo sensit hãc distinctionẽ,quod aut iuramẽtũ validat ꝯctũ,⁊
tũc nõ licet absolutione obtẽta venire cõtra ꝯctũ:qr iam validatus fuit
ex iuramẽti interpositione:absolutio aũt prodest ſm eũ hoc casu,vt con
trauenies nõ incidat in periuriũ:aut nõ validat ꝯctum:sed solum obli
gat iurãtẽ ad nõ cõtrauenien̄dũ:⁊ tunc facta absolutione illico remanet
in priori statu.⁊ sic sentit,quod in casu nostro nõ sit necesse petere resti
tutionem in integrum:sed statim obtẽta absolutione a iuramento pote
rit bona sua vendicare.nã in casu nostro iuramentum nõ habet firma
re ꝯctũ:cũ donatio vltra summã quingentorũ aureorum sit ꝓhibita in
odium recipiẽtium clãdestinas donationes,vt supra dixi in precedenti
articulo post Bal.in.ii.l.illud.C.de sac.san.eccle.ergo nõ firmat iuramẽ
to per theoricam Bar.in.l.si quis ꝓ eo.ff.de fideius.in ver.quarto pro
habitur ꝯctus ⁊c. Et idẽ sensit do.Anto.in.c.cum cõtingat.preallega.
vbi idẽ firmauit in lec.⁊ videt hoc probari in.c.significante.de pig.vbi
pactum legis commissorie in pignoribus nõ validat iuramẽto ꝫ papa
solũ se fundat super iuramẽto p̃sonali,cui satisfacto nõ curat amplius
de pacto quinimo Jo.cal.⁊ Pau.in quodam consilio tenuerunt ꝙ in
differenter sublato iuramento rescinditur ꝯctus.⁊ illã opi.fui secutus

in.d.c.cum cõtingat.qñ cõtractus erat nullus sine iuramento:qr subla
to iuramenti fomento remanet cõtractus inefficax sine aliquo susten
taculo,sicut sublato fundamento tollit edificium.j.q.j.c.paulus. Ex his
concluditur ꝙ in casu presertim nostro sublato iuramento per legiti
mam absolutionẽ,nõ est necesse petere restitutionẽ aduersus dictã do
nationẽ,quatenus excedit summã quingentorũ florenorum aureorũ:cũ
talis donatio sit nulla sine iuramẽto.vt in.d.l.sancimus.⁊.l.si quis pro
redẽptione.lꝫ fuerit facta fratri carnali.vt.l.dat.j.C.eo.tit.⁊ de ista in
sinuatione qualiter sit fienda plene notat per Jo.and.in addi.Spec.in
d.§.porro.⁊ p Bal.in.d.l.illud.⁊ Bar.l.ii.l.modestinus.ff.de so. ¶ Ad
quartũ dubium presupposito sine veritatis p̃iudicio,qđ dicta insinua
tio ex aliquo capite nõ fuerit necessaria an saltẽ ratione lesionis possit
dicta dña Baptista cõtrauenire petẽdo prius absolutionẽ a iuramẽto,
⁊ postea restitutionẽ aduersus cõtractũ. Videt primo qđ nõ p tex.in.l.
j.C.si aduer.vẽdi.per quẽ tex.dicunt ibi cõiter do.⁊ maxime Barto.⁊
6 Bal.† ꝙ iuramentũ prestitũ super ꝯctu solenniter iuito tollit beneficiũ
pretoris in obtinẽda restitutione in integ. Sed pfecto iudicio meo ille
tex.nõ decidit q̃õnem nostrã.loquitur enim stãte iuramento.nã durante
vinculo iuramentali non põt peti restitutio in integrum siue sit contra
ctus initus cũ solẽnitate,siue non.⁊ pro hoc facit hodie auť.sacramẽta
pub.que videt hodie approbare opi.Mar.de qua ibi.vt no.in.d.l.j.⁊
in auť.sacramenta.⁊ videt probari in.c.cũ cõtingat.de iureiuran.⁊ hoc
apertissime innuit tex.in.d.l.j.dum dicit imperator,neqꝫ perfidie neqꝫ
periurij me authorẽ futurũ sperare debuisti ⁊c.sublato autẽ iuramento
per legitimam absolutionẽ nõ põt notari periurium in concedenda seu
petenda in integrum restitutione.imo iuramentũ obseruat si prius po
tatur absolutio.vt in.c.venerabilem.de elec.c.verum.de iureiuran.cum
similibus. Et ideo notanter dicit Inno.in.c.ij.de iureiuran.cum simi
libus,quod nulli cõtra iuramẽtum proprium datur in integrũ restitu
tio,sed absolutio tãtum.contra iuramentum autem ab alio prestitum
bene datur in integrũ restitutio:puta si minor fuit lesus deferendo alte
ri iuramentum in iudicio.vt.l.nam postea.§.ij.ff.de iureiurã.vnde vidẽ
dum est nunquid possit hoc casu peti absolutio a iuramento:⁊ puto qđ
sic:quia data lesione enormissima cum minori etate ⁊ sexus fragilitate
videtur legitima ⁊ iusta causa petẽdi absolutionem quia iuramentũ nõ
debet esse iniquitatis vinculum.c.quanto.de iureiurando. Sed cui du
bium est hoc esse iniquissimum vt iuramẽtum obliget sine remedio ab
solutionis vnam puellam ad lesionem enormissimam tolerandam.arg.
7 c.verum de iureiurã.† Preterea ⁊ fortius in enormissima lesione pre
sumitur dolus.§.lucius.l.omnes.ff.de his que in frau.credi.⁊.l.credi
tor.§.lucius.ff.mandati.quinimo in casu nostro intercessit apertus
dolus:quia consanguinei iurarunt quod credebat istam donationem
cedere i vtilitatẽ ipsius dñe Baptiste quibus verisimiliter credere de
buit.arg.l.transactione.C.de transa.ergo iuramentum istud est remit
tendũ per.c.cũ cõtinga.in fi.⁊ qđ ibi no.preallleg.c.ij.de pac.lib.vi. Et
hãc partem satis videtur sentire do.Anto.⁊ de ancha.vt dixi.in.d.c.
cũ cõtingat.sublato autẽ iuramento non video quid impediat dictam
dñam Baptistam petere restitutionem in integrũ aduersus lesionẽ,cũ
sit ad huc infra tempora in integrum restitutionis petẽde.l.fina.C.de
tempo.in integ.resti.⁊ hanc sniam tenuit aperte Bald.in.d.l.j.in fi.C.si
8 aduer.ven.vbi dicit,† qđ cum ꝯctus iuratus põt argui de dolo,põt
minor prius petere absolutionẽ,⁊ postea petere restitutionẽ i integrum:
qđ est equissimum ⁊ iuri consonũ.facit optime.l.si ex falsis.C.de trans.
vbi nõ obstante iuramẽto subuenitur dolum passo aduersus cõtractũ.
fortius ergo hoc procedit,cum dolus fuit adhibitus contra minorem.
Nec moueat quẽꝙ qđ donatio fuerit facta fratri carnali:qr ista non est
sufficiẽs causa donãdi de bonis minoris.ar.in.l.cũ plures.⁊ quod ibi
no.ff.de admi.tuto.⁊ ex iuramento prius prestito per consanguineos
patet qđ dicta dña Baptista nõ habebat volũtatẽ simpliciter donãdi:
maxime tãtam quãtitatẽ. ¶ Restat nũc descẽdere ad quintũ ⁊ vltimũ
qđ erat prius examinãdũ. Nam si excluderetur pretextu statuti a successio
ne materna frustra discutitur an donatio possit impugnari:⁊ pfecto
sine alia argumẽtatione ad partes breuitatis cã puto firmiter dictam
dominã Baptistã minime fuisse exclusam a statuto p̃dicto:qr statutũ
loquit de muliere nupta ⁊ dotata a patre ⁊c. Sed dicta dña Baptista
tpe mortis matris,quo fuit ꝺlata successio.nõ erat dotata,nec marita
ta ergo nõ habuit l ea locũ dictũ statutũ.cũ enĩ statutũ sit odiosũ tanꝙ
excludens feminas a successione materna,cõtra.l.maximum vitium.C.
de lib.prete.debet stricte intelligi:ideo non debet extendi ad casum in
quo non reperit qualitas a statuto requisita.vt i.c.statutũ.de elec.lib.
vi.nec debemus recedere a lege cõmuni,nisi quatenus reperit i statu
to.l.papinus.in fi.C.de appel.nec obstat si dicatur ꝙ tũc dicta domi
na Baptista est dotata ⁊ maritata a patre:qr dico statutum excludere
feminam,qñ tpe successiõis repit maritata ⁊ dotata a patre ⁊c.nõ aut
sufficit qđ post hereditatẽ delatã fuerit maritata,⁊ dotata.nã quali
tas apposita in aliqua oratiõe intelligit ſm tẽpus verbi,ad qđ refert
iuxta theoricã Bar.l.l.ex facto.ff.đ vul.⁊ pupil.i.d.l.ꝑabus.C.đ appel.
⁊ p gl.i.c.statutũ.in prin.sup verbo canonice.in fine.de rescrip.lib.vi.
Illa autem verba statuti,Mulier maritata ⁊ dotata ⁊c.referuntur ad
verbũ succedat.debet ergo esse dotata tpe successiõis:nõ aũt postea.vñ
statutum

statutum voluit excludere a successione illam cui erat promissum de ma
rito ⁊ dote. non aūt cui nondū erat promissum nec voluit priuare heredi
tate iam quesita: seu repellere ab acquirenda: ⁊ longa est differentia in
ter lucrū non capere ⁊ quesitum perdere. vt in. l. si sponsus. §. si maritus.
de dona. inter virū ⁊ vxo. quinimo in hoc casu quo statutū est odiosum,
appellatione maritate non venit filia desponsata tantum per verba de
futuro. vt no. doct. in. l. nō solū. C. de bo. que lib. per quam. l. no. cōsuluit
do. Pe. de anchara. vt ipse refert in repetitiōe. d. c. canonū. si statuto ca
uet q̄ filia maritata nō succedit patri vna cum fratribus non debet vir
tute statuti excludi filia despōsata: debēt cū v̄ba statuti multū restrin
gi quatenus affert odium. vt no. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iur. pro
batur in. c. cum dilectus. de consue. ⁊ in. l. ij. C. de nouatio.

℄ Consilium. cviij.

1 ☞ Differentia nulla est inter puberem ⁊ pupillum doli capacem re
spectu obligationis iuramentalis.
2 Pupillus doli capax efficaciter obligat si iurauit se opas prestaturū.
3 Iudicis decretū de iure cōmuni nō reqrit in pace per pupillum fienda.

Illud in effectu de iure que-

ritur. An pax facta per pupillū doli tñ capacem iuramēto
vallata cum tutoris authoritate ⁊ sine iudicis decreto value
rit nō obstāte statuto quo cauetur minorem nō posse sine decreto iudi
cis cōtrahere. ℄ Et primo xp̄i saluatoris presidio inuocato videt dicē
dum q̄ non: qr cū pupillus obliget ad pacē seruandam presertim in ca
su nostro in quo fuit vtrinq̄ pena apposita negari non pōt quin dicat
cōtraxisse. vt in. l. omnem obligationē. ff. de iudi. vbi dicit omnem obli
gationem pro cōtractu habēdam: vt vbicūq̄ quis obliget contrahere
videat ⁊c. ergo ex defectu decreti dicta pax non valuit ⁊ presertim hoc
pcedit si teneamus opi. illorū qui dixerunt q̄ etiā cessante statuto non
pōt tutor authorizare super pace per pupillum fiēda. vt no. in. l. j. C. de in
integ. resti. mino. vbi per Cy. ⁊ Bal. in. l. pactum curatoris. C. de pact.
vbi per Bal. ⁊ Jac. de are. ⁊ per Spec. in titu. de homi. ver. illud. quasi
videatur tutor ius pupilli liquidum ⁊ clarum sine causa remittere con
tra. l. preses. C. de trans. ⁊ l. pactū curatoris preallег. ℄ Sed his non ob
stantibus cōtrarium puto in casu nostro ex duplici capite decidendum.
Primo ratione iuramenti per pupillum prestiti quod quidem iuramē
tum facit eum maiorem ⁊ supplet omnem defectum decreti seu alterius
solemnitatis. vt legi. ⁊ nota. in auť. sacramenta puberū. C. si aduer. ven. et
clarius in. c. cum contingat. de iureiur. ⁊ per Fede. consi. cclxij. Nec ob
stat si dicatur q̄ d. auť. sacramenta loquit in pubere: sed nos loquimur
in pupillo quē iuramētum nō astringit. vt sentit gl. in. d. auť. sacramen
1 ta. ⁊ clarius ibi Bal. ⁊ Cy. † Qr dico q̄ respectu obligatiōis iuramenta
lis non est differentia inter puberem ⁊ pupillum doli capacem: sicut
enim vterq̄ obligatur ex periurio. vt in. c. j. de delic. puč. ita vterq̄ obli
gatur ex iuramento: sunt enim ista correlatiua: ⁊ q̄ pupillus doli ca
pax obliget ex iuramento allego glo. no. ⁊ plenam in. c. paruuli. xxij. q̄.
v. ⁊ glo. in. c. j. de delic. puc. est etiam tex. no. de iure ciui. in. l. si. §. in cum.
2 ff. de lib. cau. vbi habetur, † q̄ pupillus doli capax efficaciter obligatur
si iurauit se operas prestaturum adeo q̄ etiā factus pubes pōt ex illo
iuramento conueniri: vt ibi notabiliter probatur: et illum text. notanter
ad hoc allegauit gl. in. d. c. paruuli. ⁊ per illum tex. d. l. si. dixit ibi gloss.
volens saluare opi. suam in auť. sacramenta. q̄ in Zetu iuramentum pu
pilli nō est obligatoriū: sꝫ per dictā auť. facta. sed in aliis sic per. d. l. fin.
sꝫ hec distinctio non probatur: nō enim apparet ratio diuersitatis quo
ad deum cui acquiritur primaria obligatio iuramenti inter vnū Zetum
⁊ aliunt: presertim qr largo modo vbicunq̄ quis obligatur videtur cō
trahere. vt in. d. l. omnem obligationem. q̄ autem etiam in contractu
iuramentū obliget pupillum doli capacē: ego allego tex. apertū iuncta
glo. q̄. in. c. ex litteris. ⁊ de spon. vbi iuramētum obligat pupillum in con
tractu sponsaliorū vbi agitur de maxima obligatione. fortius idem di
cendū vbi agitur de pace seruanda que est appetenda ⁊ persuadenda ⁊
meritoria. vt. xc. dist. per totum. maxime in. c. placuit. Preterea Hostiē.
Jo. and. ⁊ cōiter canoniste tenent in. d. c. cū cōtingat. q̄ dicta auť. ha
bet locum etiam in impubere doli capace. ⁊ ibidem ibi Bart. dicēs hoc
cōiter teneri. vnde per predicta debet tex. illius auť. suppleri vt idem iu
ris impubere doli capace cum non sit hoc nouum vt vnum ius per aliud
suppleatur. vt in. c. cū expediat. de elec. lib. vj. ⁊. l. vnica. C. de mosti. do.
Supis autem induci iura canonica et ciuilia que volunt iuramentum
istorū oīno debere saluari. ℄ Potest ex secūdo capite dicta pax susten
tari etiam sine iuramenti consideratione: qr cū preallega. statutū deuiet
a regulis iuris cōis. quatenus reqrit in omni cōtractu minoris debere
iudicis decretum interuenire. ꝫ. l. interdū. §. qui tutelā. ff. de furtis. cum
similibus debet stricte intelligi. vt in. c. cum dilectus. de consue. ⁊. l. ij. C.
de nouа. Debet ergo intelligi de Zetu stricte sumpto: Zetus autem pro
prie sumptus q̄ vltro citroq̄ nascitur obligatio. l. labeo. ij. ff. de verb.
signi. sed in pace fienda seu facta non proprie nascitur hincinde obliga
tio: sed potius est quedā reconciliatio. vt no. Bal. in. d. l. pactum curato
ris. seu quedam iniurie remissio. vt in. c. si illic. ⁊. c. si quis prelatus. xxiij.
q. iiij. ⁊ q̄ vtrobiq̄ no. ad idē q̄ no. glo. in. c. adrianus. lxiij. distin. hinc
videmus q̄ iniuria abolet animo sine alia obligatione. vt instit. de in
iuriis. in fi. ⁊. C. de iniur. l. si nō cōuitii. hinc est q̄ potestas potest ad pa
cem cōpellere partes. iuxta plene notata per Barto. in. l. congruit. ff. de
offi. pńd. est etiā tex. iuncta gl. in. d. c. placuit. xc. dist. nō ergo fuit mens
statuti reqrere decretū iudicis ad id, ad q̄ poterat cōpelli: sed solū vo
luit statutū ne pupillus se obligando minueret patrimoniū suū. Fateor
tñ quod hoc casu non valet pene stipulatio: pax tamen remanet firma:
qr in separabilibus vtile non viciat p inutile. vt in regula vtile. de regu.
iur. lib. vj. cū gl. sua. ⁊. c. dilectus. j. de preben. vbi casus. Et hac conside
ratione indubitanter dicendū est iuramentum valuisse per pupillū do
li capacem prestitum; per dictam. l. si. ff. de lib. ca. ⁊ dictum. c. ex litteris.
3 Et hec opinio communior videtur, vt † de iure cōmuni nō reqratur iu
dicis decretum in pace per pupillum fienda: ex quo non est dānosa pu
pillo. vt no. in locis preallег. ⁊ sentit Joan. and. in addi. Spec. in. §. j. in
titu. de homici. in fi. ⁊ Jaco. de are. ⁊ Bal. in. l. j. C. de in integ. resti. mino. ⁊
in. d. l. pactum curatoris. ⁊ apud me hoc est indubitatum. ar. in. l. pater.
ff. de leg. iij. cum similibus. Concludo ergo ex omnibus premissis dictā
pacem valere, ⁊ tenere, ⁊ minime corruere ex decreti defectu.

℄ Consilium. cix.

1 ☞ Res potest vendicari ab eo qui missus est in possessionem causa
custodie.
2 Missus in possessionē ex primo decreto, an possit rei vēdicatiōe cōueniri.
3 Dolus non potest vere probari, cum consistat in animo.
4 Deposuit apud te sacculum cōsignatū, ⁊ tu non restituis, vel restituis
apertum, propter dolum tuum presumptum in non restituēdo, vel ape
riendo stabitur iuramento meo super rebus que ibi dicebantur esse.

Circa factum supra narratū

⁊ consultum, fuit tria de nouo satis bona motiua cōtra pe
trum Guil. ℄ Primum quod cum Petrus conuentus non
esset possessor, sed solum custos, seu detentor, cum fuisset missus in pos
sessionem ex primo decreto in actione personali: quo casu non possidet
vt. l. ij. cui. ff. vt in possessionem lega. ⁊. l. si finita. §. si quis autem posses
sionem. ff. de dam. infec. not. Specu. in titu. de primo ⁊ secundo decreto.
§. iam de effectu. versic. sed verum missus. ⁊ sequenti ⁊ nota. in. c. contu
max. de dolo ⁊ contu. ergo contra eum non competebat rei vendicatio.
vt no. Innocen. in. c. quoniam contra. de proba. ℄ Secundum motiuū
quod ex authoritate iudicis interponentis secundum decretum in ven
dicationem illarum rerum iste Petrus excusatur a dolo, licet vendi
derit post litem sibi motam super proprietate illarum in quarum posses
sionem fuerat missus authoritate alterius iudicis, ergo non potuit ad
uersario deferri iuramentum in litem. per no. in. l. in actionibus. ff. de in
litem iuran. cum similibus. ℄ Tertium motiuum, quia iuramentum in
litem est deferendum post sententiam ⁊ non ante. iuxta no. per Bart. in
d. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. In casu autē predicto fuit iura
mentum delatum ante sententiam: ergo nunc in ea causa appellationis
est pronunciandum bene appellatum, ⁊ male iudicatum. Et q̄q̄ hec
motiua exquisita videantur: si tñ omnia in hoc negotio gesta ponderē
tur acutius in hac materia loquentia minime casui nostro obstant. Et
primo ad primum dico, q̄ tex. in. l. officium. in fi. ff. de rei vendi. aperte
probat cōtrariū, dicit enim limitando: vel corrigendo dictū pegasi pre
cedens q̄ ab omnibus qui detinent, ⁊ habent restituendi facultatem pōt
res vendicari ⁊ ipse Bar. iuris ciuilis illuminator hoc apertissime vo
luit etiam in casu nostro ita intelligendo illam. l. q̄ patet ex suo sum
mario. summat enim per hec verba, q̄ hec scilicet rei vendicatio detur
contra eum qui possidet, vel possessionem causa custodie, vel aliter de
tinet. Hec sunt formaliter verba Bart. hoc idem voluit aperte Hosti.
in. c. contingit. de dolo ⁊ contuma. in fi. ⁊ cum eo transit ibi Joā. and. re
1 citando, di. eos † quod ab eo qui est missus in possessionem causa custo
die potest res vendicari. Fateor tamen q̄ Inno. i casu nostro aliud sen
sisse videtur in. d. c. quoniam contra. Sed profecto si bene ponderetur
aliud non sensit. Nam in terminis nostris Innocē. tetigit. q̄ otem istam
2 in. §. q̄ super. in verbo possessionem. vbi tacite querit, † An missus in
possessionem ex primo decreto possit rei vendicatione cōueniri: ⁊ refert
contrarias opiniones. Nam quidam tenuerunt q̄ possit: qr facultatē
restituendi habet per. l. officium. ff. de rei vendica. preallega. sed ipse sen
tit contrarium motus hac ratione, quia facultatem restituendi non hꝫ
quia tantum custodit, ⁊ tanq̄ custos est nomināq̄ detentor: ⁊ ita etiam
transit Specu. recitando Innocen. in tit. de primo ⁊ secundo decreto.
§. iam in effectu. versicu. sed nunquid missus in fine: sed diligenter est pō
deranda ratio Innocen. fuit enim motus quia regulariter passus mis
sionem in actione personali non expellitur de possessione etiam natura
li, sed remanet in possessione: ⁊ missus solum habet custodiam ne ille
dilapidet ⁊ vt tedio affectus pareat iudi. vt in. d. l. ij. cui. ⁊ no. Spe.
clarius. in. d. §. sed nunquid missus. ⁊ se. Sed tñ in casu nostro cessat hec
ratio: qr ille Petrus missus in possessionē habebat liberam detētatio
nem: qr iudex ita decreuit ppter absentiā rei contumacia merito cessat
dictū Inno. vt in. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. Et ideo saluan
do ⁊ concordando has opiniones pōt dici q̄ aut missus i possessionē
nō hꝫ liberā detētationē, sꝫ tm̄ custodiā: ⁊ sic pcedit dictū In. ⁊ Spe.
cessat enim tunc tex. l. officiū. in fi. qr ille non hꝫ facultatē rei restituēde:

ideo non potest ab eo res vēdicari. Aut habet liberam detētationē vt
habebat iste Petrus in casu nostro: et tūc cōueniri potest rei vendica-
tiōe quia potest restituere qđ ipse habet. et idē dicēdū in aliis detētato-
ribus vt in depositariis et similibus. et ita concordando tenuit dominus
Anto. de but. solēnis doctor. in c. examinata. de iudi. et sentit in d. c. quo-
niā cōtra. §. qđ si super. vt lit. nō cōte. Fatendū est tñ qđ ille qui detinet
noīe alieno poterit si vult euitare iudicium nominando dñm in iudicio
iuxta beneficium. l. ij. C. vbi in rem actio. et d. §. qđ si super rebus. ¶ Ex
his clarissime infert ad decisionē secundi motiui. cū enim dictus Pe-
trus possit cōueniri sequitur qđ nō debebat pendente lite alienare illas
res qđ cum fecerit presumitur in dolo. et hec presumptio doli obat iure:
quia ex quo mercatus est cōtra legem presumit in dolo. l. quemadmodū.
C. de agri. et censi. lib. xi. et in regula qui contra iura. de reg. iur. lib. vi. no.
Bar. in l. sed et si. §. scire. ff. de peti. heredi. nec excusat cū authoritas iu-
dicis: qr iudicē circūuenit per obreptionē maliciose subticēdo litē super
illis rebus pēdere merito presumit in dolo. argu. in c. cum dilecta. et qđ
ibi no. et c. super literis. de rescrip. et l. si quis obrepserit. ff. de falsis. et qđ
3 no. Bar. in l. iuste possidet. ff. de acqui. posses. et dolus autem non potest
vere probari cum cōsistat in animo: sed probat ex cōiecturis. vt in l. do-
lum. C. de dolo. et in c. ij. de renun. lib. vj. Coniecture autē hic sunt suffi-
cientes et a iure approbate. tum qr vendidit cōtra legem tum qr obrepsit
iudici tum qr in principio litis negauit illa bona se detinere. et tñ postea
authoritate iudicis circūuenta illa vēdidit. ad hoc. l. pe. ff. de rei vend. et
in authē. item possessor. C. qui poti. in pig. habeantur. ¶ Ad tertium et
vltimum rñdeo quod iuramentum in litem quandoqz defertur propter
cōtumaciam in parēdo iudici: et tūc defert post sniam. iuxta. l. qui restitu-
ere. ff. de rei vendic. Quandoqz defertur in locū probationis: quia pro-
pter dolum aduersarii redditur probatio difficilis. et tūc cum succedat
iuramentum loco probationis, defertur ante sententiam et postea se-
quitur condemnatio. vt probatur in c. fi. qđ met. cau. vbi text. apertus
4 et ideo dixit ibi Inno. et sequitur Bar. in d. l. in actionibus. † quod si de-
posui apud te sacculum signatum et tu non restituis vel restituis aper-
tum qđ propter dolum tuum presumptum in non restituēdo vel aperiē-
do stabitur iuramento meo super rebus que ibi dicebantur esse. Ita in
proposito propter dolosam alienationem istius fuit Guidoni reddita
probatio dominii illarum rerum difficilis. merito potuit sibi deferri iu-
ramentum in litem. vt in l. iij. ff. ad exhiben. et postea sequitur condemna-
tio. vt d. c. fi. quod me. causa.

¶ Consilium. cx.

1 ¶ Verba videbitur et placebit sapiunt arbitrium boni viri.
2 Testator si dixerit extremam voluntatem meam tue dispositioni com-
mitto videtur decedere testatus ad pias causas.
3 Episcopus non recipit quartam a locis exemptis.
4 Dispositū ab executore seu fideicōmissario videt dispositū a testatore.

In cā hospitalis sctē Catha-
rine de Tuderto quo ad validitatem donationis sibi facte
per Jacobum abramutii de bonis quondam Jacobi mas-
sanutii: quattuor sunt christi nomine inuocato examinanda. ¶ Primū
an dictus Jacobus abramutii potuerit bona illius Jacobi massanutii
testatoris nunqz sibi delata retinere: an vero tenebatur illa distribuere
pro anima testatoris. ¶ Scdo presupposito qđ illa dispensare esset ob-
ligatus, an potuerit solus de illis bonis disponere cum in testamento
fuerint tres deputati, quorum duo vita functi sunt ante illorum bono-
rum dispēsationem. ¶ Tertiū posito qđ solus potuerit, vtrum value-
rit illa bona dare dicto hospitali post annum a tempore quo debebat di-
cta distributio fieri. ¶ Quartum si tenetur qđ lapsus anni non fuerit
impedimento: an saltē propter litigiū seu processum dñi episcopi Tu-
dertini dicte donatiōis validitas impediat. ¶ Quo ad primū breuiter
dico qđ illa bona non fuerunt iure delata dicto Jacobo et aliis colle-
gis, de quibus in testamento: sed fuerunt electi et deputati per testatorē
tanqz vniuersales fideicommissarii ad dispensandum illa bona ad pias
causas. Hoc clare probant verba testatoris, que talia fuerūt, videlicet:
Residuū autē hereditatis et bonorū meorum dicta cōditione adueniē-
te remisi, et reliqui in conscientia dñe Lucretie, et dñe Perine et Jacobi
abramutii qui de dicto residuo disponant, et faciant quicquid eis vide-
bitur, et placebit, faciēs eos in predictis suos vniuersales fideicommis-
sarios &c. Primo enim ponderanda sunt illa verba: Reliqui in cōsciē-
tia. &c. Non enim reliquit eis bona simpliciter. sed in conscientia, quasi
aggrauando illorum conscientiam. ad hoc quod not. in c. statutum. §. as-
sessorem. iuncta gloss. de rescript. libro. vj. iuncto eo quod no. glo. in cle. j.
de iure pa. in verbo. oneramus. Scdo faciunt illa verba. Disponant et
1 faciant vt eis videbitur. et placebit. Nam illa † verba videbitur. et place-
bit sapiunt arbitrium boni viri. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg.
iij. et l. thais. §. sororem. ff. de fideicommis. lib. no. gl. in c. ij. de corpo. vit.
in verbo visum. no. Bar. in extrava. ad reprimendum. l. alio. ff. de al. et
cib. leg. Preterea quid opus est alia interpretatione cū postea testator
in fine verborū expsse dixerit, qđ illos faciebat suos vniuersales fideicō-
missarios: cōmisit ergo fidei illorum vt illa bona distribuerent arbitrio
boni viri et in dubio debet intelligi, scilicet ad pias causas: quia bonus
vir sic debet arbitrari nisi per ratiōes legitimas ostenderet contrariū.
Et pro hoc intellectu videtur tex. secundum communem lecturam in c.
2 cū tibi. de testa. vbi deciditur, † qđ si quis dixerit, extremam voluntatem
meam tue dispositioni cōmitto, videtur decedere testatus ad pias cau-
sas. fortius ergo hoc dicendum in casu nostro, in quo testator vsus est
verbis clarioribus hoc etiā voluit Bar. et Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccle.
vbi Bar. plus dixit videlicet qđ si quid relinquit arbitrio alterius sim-
pliciter nec dicatur ad qd quod in dubio intelligit ad pias causas: per
dictum c. cū tibi. secus scdm eū si diceret ad volūtatē talis nec exprime-
ret ad pias causas: qr tunc per illud verbū ad voluntatē, videtur relin-
quere in libera voluntate illius. vt in d. §. quāquam. Et hoc est indubi-
tanter tenendum. Quare circa primum concludo dictum Jacobum in
effectu fuisse deputatū tanqz ministrum, et dispensatorē illorū bonorum
ad pias causas. ¶ Ad scdm dubiū an potuerit solus illa bona dispēsare
seu dare hospitali: et credo qđ sic: qr cū isti fuerint. vt dixi. in effectu exe-
cutores et ministri dicti testamēti, aliis collegis mortuis, et sic non va-
lentibus adimplere voluntatem defuncti, potuit solus exequi. p. c. ij. §.
j. de testa. lib. vj. videt de mente Bar. in l. j. §. si plures. ff. de exercito. in
ver. vt igitur liqueat materia. in fine. facit qđ ponit Fed. de senis in suis
cōsiliis cōs. clxv. inducitur enim illud speciale ne volūtas defuncti im-
pediat. vt ibi dicit. Et hoc de secūdo dubio. ¶ Quo ad tertium an po-
tuerit dictus Jacobus dicta bona dare hospitali post annum a tēpore
existētis cōditionis apposite in testō. Videtur primo quod non: qr licet
a iure detur annus ad exequendum volūtatē defuncti, a tempore moni-
tionis fiende per superiorem vt in c. nos quidem. de testa. et in auth. hoc
amplius. C. de fideicō. lib. tamen constitutio episcopi diocesani monet
et statuit annum a die distributionis fiēde, certum est episcopum potuis-
se hoc facere: qr pōt adiuuare canonem imponendo penam. et grauādo
factum. vt no. gl. in cle. ne romani. de elec. per Joan. an. in c. fi. de offi. ar-
chi. videtur tex. in c. ij. de cōsti. lib. vj. et in terminis nostris sentit Fede.
de Senis in suis cōsiliis consi. cxviij. ¶ Sed his non obstantibus puto
de iure cōtrarium dicendū in casu nostro. Moueor principaliter: quia vt
predixi, de iure communi non est dictus Jacobus priuatus potestate
adimplendi voluntatē defuncti per lapsum anni, nisi lapsus fuerit post
monitionem sibi factam: vt supra dixi qđ non contingit hic. Nec obstat
cōstitutio synodalis. illa enim procedit quoad nudos executores testa-
mentarios: sed dictus Jacobus nō erat nudus executor: sed nudus mi-
nister. imo habebat potestatē eligēdi pauperes, vel loca pia. Fuit enim
hoc relictum sue cōsciētie. vt faceret. sicut sibi videretur. et placeret. sed
certum est quod quādo quis habet electionem nō currit illico annus.
sed oportet qđ prius constituatur in mora per interpellationem vt est
tex. no. in l. cum quidam. ff. de leg. ij. et per illum text. hoc expresse firma-
uit ibi Bar. in casu nostro, dicens per illum tex. se in facto respondisse.
qđ licet in constitutione episcopali caueatur, qđ executores vltimarum
voluntatum debeant exequi infra annum. alias executio ad episcopum
trāsfertur: tñ si testator reliquit mille illis pauperibus, quos talis eli-
geret, quāqz ille infra annum non elegerit, non tñ per hoc potestas fuit
deuoluta ad episcopum: qr certum est qđ de iure cōmuni potestas non
deuoluitur ipso facto per lapsum anni ad episcopū. vt patet ex predictis
nec ex forma cōstitutionis: quia cōstitutio dicit, qđ executores debeant
exequi infra annū. Sz iste de quo queritur nō est executor. qđ patet ex
eo, qr inter eum qui declarat, et eum qui habet executionem, est differē-
tia. nam iudex dicitur ille qui declarat, et sententiat: executor vero dicit
ille qui habet nudum ministerium. l. executorem. C. de executio. rei iud.
Iste autem qui habet electionē, nō debet dici executor. qr non habebat
nudum ministerium in soluēdo, quod trāsit ad epm ex sua constitutio-
ne: sed ius eligendi causam piam: et in hoc non potest dici executor. sed
elector. hoc voluit in effectu bellissime Bar. in d. l. cū quidā. et sequitur
Pet. de an. ha. in d. c. nos quidem. de testa. fortius ergo hoc dicendū
in casu nostro in quo dictus Jacobus habebat maiorem potestatem
quā ille in exemplo Bar. qr ille habebat eligere pauperes: iste vero po-
terat eligere qualibet causaz piam. ad hoc qđ no. Bar. in d. l. cū quidā.
et qđ no. in d. c. cum tibi. Fuerunt enim illa bona relicta conscientie sue
vt disponeret et faceret quicquid sibi videret, et placeret &c. debuit ergo
prius requiri et interpellari per episcopū, vt de illis disponeret, et eo no-
lēte, vel differēte potuisset episcopus disponere: qđ hoc minime factum
extitit: ergo potestas remansit penes dictum Jacobum lapsu anni non
obstante. Et hoc de tertio. ¶ Restat examinare quartum dubium. an
propter litigium pēdens impediri debeat dicta donatio: et videtur qđ
sic: quia bona illa erant effecta litigiosa propter cōuentionem episcopi:
sed bona litigiosa alienari nō possunt etiam in ecclesiam. vt in c. eccle-
sia. vt lit. pen. et in authē. litigiosa. C. de litigio. ¶ Sed in cōtrarium se ha-
bet veritas: quia inter episcopum et istum Jacobum nō cōtendebatur
de dominio illorum bonorū. Nō enim dicebat episcopus illorum dñium
ptinere ad se: sed de alio iure extrinseco cōtēdebatur. videlicet de pote-
state illa bona dispensandi: quo casu nemo dicet illa bona effici litigio-
sa: vt legit et notatur in dicta authē. litigiosa. et per Bar. in l. lite. C. eod.
et p Inno. in c. cū. olim. de consti. presertim cum hic nō interuenisset litis
cōtestatio: imo nec citātio super cōuentione fienda: quia episcopus so-
lum priuauit sine aliqua cause cognitione dictū Jacobum a dicta po-
testate

testate dispensandi seu illum denuntiauit priuatum et sibi mandauit vt
de cetero de illa se non impediret. cui quidẽ precepto non tenebatur di
ctus Jacobus obedire tanq̃ iniusto notorie et contra ius. vt in regu.
la. ea que fiunt a iudice. de reg. iur. lib. vj. et per Inno. in. c. ad aures. de
tempo. ordi. et in. c. inquisitioni. de sent. excom. et per gl. xj. q. iij. in summa
cũ similibus. Et posset hic addi quintũ dubium: an de dictis bonis de
beat episcopus habere quartam. et dico q̃ non: q2 hospitale dicit exem
5 ptum a iurisdictione episcopi: † et a locis exemptis tempus non recipit
quartam vt communiter tenetur per doctores in. c. officij. de testa. loqui
tur Fed. de senis in consiliis suis, consi. xcvj. et Bal. l. si quis ad declinã
dam. C. de epis. et cleri. facit q̃ legitur et notatur in cle. dudum. de sepul.
iuncta gl. in verbo quarta. Nec obstat si dicatur q̃ non testator: sed Ja
4 cobus predict9 elegit dictũ hospitale. Hoc enim non obstat: q2 quod
disponitur ab executore fideicommissario videtur dispositũ a testato
re tanquam a causa efficienti et fideicommissario tanquam ab organo. et
sic in terminis nostris firmat Bar. in. l. vnum ex familia. ff. de leg. per il
lum tex. qui optime facit. et Bal. in. l. si quis ad declinandam. C. de epis
co. et cleri. facit tex. in cle. dudum. de sepul. in. §. verum. iuncta glo. in ver
bo indirecte.

Consilium. cxj.

1 Monialis dicitur nupta non proprie sed ficte.
2 Cognoscens monialem potest de adulterio accusari.
3 Pater quicquid offert monasterio tempore ingressus filie debet com
putari ad instar dotis in legitimam ipsius filie.
4 Correctio iurium non debet induci per similitudinem rationis.
5 Princeps q̃n intendit vt respectu decisionis constitutio extẽdatur ad
pendentia semper de eis facit mentionem.
6 Possibilitas respectu dotis consideratur ex tribus.

In Causa catharine monialis seu monasterij ex vna pte
petentis tria sunt examinãda. Primum an dicta ca
tharina excludatur a successione paterna vigore statuti mu
nicipalis dictantis q̃ mulier nupta et dotata non succedat
extantibus masculis. etc. Secundum si ex isto capite non excludatur,
an possit excludi vigore alterius statuti quod emanauit lite super ista
successione pẽdente quo inter cetera disponitur vt ingressa monasteriũ
non possit aliquid petere in hereditate paterna etc. extantibus filiis mas
culis: semper saluo q̃ liceat ipsis parentibus relinquere prout eis vide
bitur et placebit cui quidem statuto fuit adiecta clausula et hoc habeat
locum in presentibus preteritis et futuris. Tertium si dicte cathari
ne non obstat dictum statutum: queritur quanta portio in dicta heredi
tate sibi debeatur. Circa primum videtur dictam Catharinam ex
1 cludi tanquam nuptã, et dotatam. tex quo enim fuit monialis effecta di
citur deo nupta. vt in. c. que christo specialiter nubunt. xxvij. q. i. hinc
2 dixit gloss. notabiliter in. c. virginibus. eadem causa, et. q. † quod cogno
scens monialem potest de adulterio accusari: q2 spõsam alterius cogno
uit. etiam dicitur dotata q2 in ingressu suo pater dedit monasterio flore
nos centum: et vulgariter dicitur dari pro dote ipsius ingrediẽtis. hinc
dixit Barto. in. l. i. §. si parens. ff. si quis a pa. fue. manumis. et sequitur
3 Bald. in. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. dicens † q̃ quicquid pa
ter offert monasterio tempore ingressus debet computari ad instar do
tis in legitimam ipsius filie q2 succedit loco dotis. Sed his non ob
stantibus contrariũ dico de iure procedere: q2 monialis nõ dicitur pro
prie nupta sed ficte et similitudinarie. argu. in. c. i. xxvij. q. i. ubi fingitur
mortua. xvj. q. i. placuit. certumq3 est q̃ dispositum in casu vero non ha
bet locum in casu ficto: presertim in statuto. vt est text. in. l. iij. §. hec autẽ
verba. ff. de nego. gest. et q̃ legitur et notatur in. c. nostra. de iniu. firmat.
Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iure. in repetitione. et permaxime
hoc dicendum in casu nostro in quo statutum corrigit ius ciuile in eo
q̃ excludit feminam maritatam et dotatam a successione paterna extan
tibus masculis contra. l. maximum vitium. C. de lib. prete. et authenti. in
† successione. C. de suis et legi. ideo debet restringi et intelligi in propria
terminis: quinimo, debet impropriari si recto modo fieri potest nunq̃
quam fieri possit corrigat ius commune. vt in. c. cũ dilectus. de consuet. et
in. l. ij. C. de nouo. cũ similibus. facit quod no. idẽ Barto. in authen. quas
4 actiones. C. de sacrosan. ec. vbi voluit † q̃ per similitudinẽ rationis non
d3 induci iuriũ correctio. et idẽ voluit gl. in. c. indẽnitatibus. de elect. lib.
vj. in verbo confirmetur: nec est omnimodo eadem ratio in vtroq3 casu
et hoc dico vt satisfiat motiuis Bal. in. d. authen. quas actiones. Con
cludo hic breuiter dictam catharinam non excludendam a successione
paterna ex capite illius statuti cũ non sit proprie nupta et maritata: sta
tutũ vero loquit per istas duas qualitates ad hoc vt femine excludan
tur per masculum, quibus deficientibus cessat statutũ. argu. in. c. fin. de
resti. spo. et. l. precipimus. et quod ibi no. C. de appel. et hec de primo du
bio. Venio nunc ad secundũ an excludatur pretextu alterius statuti:
et profecto in casu nostro statutum nihil valet: quia non potuit preiudi
care mulieribus que iam intrauerãt monasteriũ tpe statuti vt erat ista
catharina que nõ solũ intrauerat: sed etiam adiuerat hereditatem pa
ternam: vt voluit Bar. in. l. fi. C. de pac. et Bal. in. l. deo nobis. de episco.
et cle. in q̃ respectu carũ que postea ingresse fuerunt potest dubitari an
valuerit statutũ, vt no. in iuribus prealleg. et dixi in. c. quod clericis. de

fo. compe. in additione. et facit ad predicta quod no. Jo. and. in regula
sine culpa. de reg. iur. li. vj. in mercu. vbi generaliter vult statutũ nõ ex
tendi ad personas ecclesiasticas, si vinculũ inest post clericatum, seu reli
gionẽ. vt in. c. cũ. M. ferra. et. c. ecclesia. de constit. et in. c. bene quidẽ. xcvj.
dist. cũ similibus. Frustra ergo queritur an excludat p dictũ statutũ. Sed
psupposita hinc veritatis pindicio, validitate statuti, nunquid obstet di
cte catharine vel impediat iudicẽ ius reddere metu pene ibi prefixe. Et
primo videtur q̃ sic per illã clausulã statuto adiectã vz. Et hoc habe
at locũ in presentibus, preteritis, et futuris etc. Pendẽtia enim includun
tur sub aliquo illorũ triũ presentiũ, preteritorũ, aut futurorũ: statutũ ꝓo
extenditur ad preterita, cũ de eis expresse cauetur. vt in. l. leges et consti
tutiones. C. de legi. et in. c. fi. de consti. Preterea statutũ dicit, quod non
possit aliquid petere: sed stãdo in iudicio semper petit et perstitit in peti
tione sua, vt in. c. si diligenti. de fo. cõpe. ergo etc. Sed contrariũ puto ego
verum saltẽ in casu nostro. Primo, q2 pendẽtia iam in iudicio habent
naturam separatã a preteritis, et presentibus nondũ in iudicium dedu
ctis: q2 imperator expresse voluit, q̃ pendentia nõ deberẽt decidi secun
dum leges superuenientes, sed scdm leges anteriores. vt est tex. in auf.
in medio litis sa. iij. nõ si. licet secus videat quo ad ordinaria iudicij re
spectu actuũ futurorũ. iuxta notata per glo. in. c. licet canon. de elec. lib.
5 vj. et in cle. dispẽdiosam. de iudi. hinc est, † q̃ vbi princeps intẽdit vt re
spectu decisionis cõstitutio extẽdatur ad pendẽtia, semper de eis facit
mentionẽ: vt p3 in dicta cle. dispendiosam, in fi. et in cle. i. in fi. de seque
stra. pos. et fruc. et de re iudi. cle. i. de senten. excõ. cum simi. Hanc opinio
nem expresse firmauit Bar. in. l. oẽs populi. ff. de iusti. et iure. in repeti
tione. in ver. secũdo queritur, verum postquam statutum: vbi firmat q̃
licet illa clausula apponatur in statuto, et extẽdatur ad preterita etc. q̃
nunq̃ extenditur ad pendẽtia: id est in iudicium deducta. per text. dicte
auf. vt cum de app. cog. et allegat etiam gloss. ibi positaz, et presertim di
cit hoc procedere in statutis et reformationibus ciuitatum, quas cance
ciuitarum, et deuoratores omniũ cõium fieri faciunt pro libito voluntatis.
Et hãc opinionẽ etiam sequitur do. Anto. de but. in. c. fi. de consti. in fi.
quinimo plus voluit bellissime Bar. in. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle.
in fi. dicit enim quod statutum ciuitatis nullo modo extẽditur ad pen
dẽtia, etiam si de eis caueretur in statuto: q2 imperator expresse inhibet
in. d. auf. licet secus sit in statuto imperatoris, qñ expresse hoc disponit.
Preterea hec opinio est omnino amplectenda saltẽ in casu nostro, cum
statutum illud sit valde odiosum et cõtra religionẽ, et omnia iura nisi di:
ergo restringẽdum quantũ fieri põt, vt minus preiudicet iuri cõmuni:
vt in. d. c. cũ dilectus. et in. d. l. ij. de noxa. et sic nõ debet cõcernere pẽden
tia ex quo de illis expressam non facit mentionem. regula, odia restrin
gi. de reg. iur. lib. vj. Item ex alio capite dictũ statutum nõ debet ad ne
gotium illud extẽdi: q2 in statuto dicitur, q̃ ingressa monasterium non
possit aliquid petere in successione paterna etc. sed dicta catharina iam
petierat tpe condi statuti, cũ exposuerat q̃rimoniã, et q̃ plus est fuerat
lis contestata. vt in. l. si decem cum petiero. ff. de verbo. oblig. et in. l. am
plius nõ. ff. rem ra. habe. et quod ibi not. Bart. cum ergo illud statutũ
loquatur per verba de presenti: videlz q̃ non possit petere, et sit cõtra
ius, et iuris alterius preiudicatiuũ: nõ d3 extẽdi ad ea que iam tũc petie
rat. ar. in. l. cum lex. et q̃ ibi not. ff. de leg. et in. l. leges et cõstitutiones. C.
eo. ti. Itẽ et ex alio et tertio capite statutũ nõ debet extendi ad dictã
Catharinã: q2 statutũ illud loquit qñ parentes dant filiabus tẽpore in
gressus q̃ eis possibile etiã est: vt patet in proemio illius statuti: debet
enim in intellectu statuti cõsiderari ratio, que ponitur in ipsius proemio.
6 l. fi. ff. de heredi: insti. no. Barto. in. l. liberos †. ff. de per. signi. Possi
bilitas autem respectu dotis cõsideratur ex tribus, vz ex dignitate,
seu personarũ cõditione, ex facultatibus, et numero liberorũ. vt est tex.
in. l. si filie. ff. de leg. ij. facit. l. cũ post. §. si gener. ff. de iure do. sed cũ pa
ter dicte Catharine esset ditissimus in substan. et non haberet nisi qua
tuor liberos quorũ tres erant femine, nõ videtur dedisse. d. Catherine
q̃ sibi possibile erat: dando centum florenos dũtaxat: merito dictũ sta
tutum non debet extẽdi etiã ex hoc capite ad dictam Catharinã cum
in ea cessaret ratio statuti. Et presertim predicta procedsit habito re
spectu quod dicta catharina iam adiuerat hereditatem saltẽ animo
petendi in iudicio partẽ sibi debitam tempore quo emanauit dictũ sta
tutum: vnde non est verisimile quod statutum voluerit priuare dictam
catharinam seu monasterium iure iam quesito, et incorporato mona
sterio, cum per aditionem hereditatis sit dominium iam quesitum he
redi maxime suo. l. cum heredes. ff. de acqui. pos. et. l. in suis. ff. de libe. et
posthu. cũ similibus. cum princeps non possit hoc facere, vt no. Inno.
in. c. que in ecclesiarũ. de consti. et Bar. in. l. fi. C. si contra ius vel vtil. pu
bli. et Cy. in. l. prescriptione. C. de preci. impe. offe. statutum aũt d3 semp
in dubio restringi: vt non extendatur ad casum impossibilem. c. a no
bis. de sen. excõ. et. c. ij. de consti. lib. vj. facit q̃ no. Jo. an. in. c. fi. de imm.
eccle. lib. vj. et Bar. in. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. i. vbi cõcludunt, q̃ sta
tutũ quo cauetur, vt quis nõ audeat vendere seu donare rem immobi
lẽ nõ subiecto iurisdictioni. statutum nõ extenditur ad ecclesias: quia
esset cõtra libertatẽ ecclesiasticã, cũ ex priuilegio principis quis possit
libere donare, et vẽdere ecclesiis: et his sine traditiõe acquirit dñium. vt
l. iubẽ. et. l. fi. C. de sacrosan. eccl. et sic nõ d3 statutũ p vba gñalia extẽdi ad

casum illicitū.facit optime.c.j.de iureiurā.lib.vj.ita dicimus in propo sito qd cū in dicto statuto nō fiat mētio de his qui iā tpe statuti heredi tatē adiuerāt nō dz ad illas etiā de facto extēdi.nec obstat illa clausula z habeat locū in preteritis zc.qz pōt intelligi de his qui iā intrauerant nō tū decesserant parētes:z sic nullū ius de presenti habebant in bonis l.ij.§.si impuberē.ff.de colla.bono.no.Bar.in authen.ingressi.C.de sa crosan.ec.cū in illis⁹.restringit eñ tantū quantū fieri pōt vt in.d.c.cū dilect⁹.cū si.Et hec est optima cōsideratio.¶ Ex his oībus ꝯcludo ad scdm̄,qd verba dicti statuti dictā catharinā cōprehendunt z per conse quens possunt rectores z alij iudices ciuitatis Senarū impune in hoc casu iurisdictionē exercere z ius reddere dicte catharine seu mōasterio ex sua persona petenti qd admitti debet ad petendū etiā mortua dicta catharina cū oīa iura trāsiuerant in monasterium iuxta no.per Inn.et alios in.c.in presentia.de proba.z Bar.in.l.j.ff.de vul.z pup.z gl.xix.q. vlti.si qua mulier.¶ Venio nūc ad tertiū z vltimū quanta.s.portio de beat monasterio ex psona dicte catharine.Et breuiter nō instādo dico, qd aut pater non fecit testamentū z dz habere tantā quātā quilibet ex filijs masculis vel femininis.nō eñ diminuit in aliquo ius suum p ingres sum monaste.l.deo nobis.C.de epis.z cle.z authen.ingressi.z qd ibi no. C.sac.san.ecc.z in.d.c.in presentia.cum ibi not.hec de iure communi est hodie differētia inter masculū z feminā:sed succedunt oēs equaliter vt in authē.ne here.q ab intest.defe.§.j.Nec virtute statutorū pōt excludi per ea que.s.dixi in.j.z.ij.q.z sic dz habere tertiā partē toti⁹ hereditatis cū essent quatuor filij tpe mortis paterne z si: alie femine maritate excludunt a statuto extātibus masculis z ipsarū portio nō accrescit mo nali:sed masculo cum eodem platione excludūtur p ea q no.Bar.in.l. ij.§.z si forte.ff.ad tertul.z Io.and.in addi.Spe.in ti.de succes.ab intes sta.super rubri.Si vero pater fecit testamentum de iure validum ad cuius validitatem inter cetera requiritur vt dicta catharina tanquā filia fuerit saltē in aliquo heres instituta vt in authē.vt cum de ap.cog. §.aliud quoqz capitulū.no.Bar.in authē.nouissima.C.de inoffi.testa.z in.l.j.§.si parens.ff.si qs a parē.fue.manumis.tūc agit ad supplementū legitime etiam si fuerit in modico instituta.l.omnimodo.et.l.scimus.C. de inoffi.test.Legitima vero est respectu illorū quatuor filiorū tertia pars totius hereditatis dicta authen.nouissima.z per consequēs debe tur dicte catharine seu monasterio pro illa quarta parte tertie partis hereditatis.nā de reliquis poterit testator ad libitū disponere.dicta au then.vt cum.de appel.cog.§.aliud quoqz capitulū.z in dicta authen.no uissima.z per hec patet clara omnium dubiorum decisio ad sancte tri nitatis laudem.

¶ Consilium.cxij.

1 ☞ Sententia lata alias solenniter an possit ex eo impugnari: qz nun tius qui pro ea ferenda ad iudicis mādatū partē citauit relationē cita tionis fecit non ad bāchum iudicis,nec iudice presente:sed solo notario existente extra locū vbi ius redditur:notarius tamē scripsit citationem in actis ante.quā sententia ferretur.3.Et an possit impugnari ex eo qd iudex eam tulit ex officio:z non ad partis petitionem.4.

2 Actus citandi est executio interlocutorie iudicis de citando.

1 Aliud De iure queritur † an sententia lata alias solen niter possit ex eo impugnari,qz nunti⁹ qui p ea ferēda ad iudicis mādatū partē citauit relationē citationis fecit nō ad bāchū iudicis nec iudice pñte:sz solo notario exi stente extra locum vbi ius redditur:notarius tamen scripsit citationē in actis ante q̄ sententia ferretur.Breuiter dico qd ex hoc solo capite impugnari nō potest:qz cū iste actus non sit iudicari⁹,nō requirit colo rē iudicij:vnde potest relatio fieri notaria etiam extra locum iudicij.p hoc allego tex.cum glo.notabili in.l.volunt.ff.de interroga.act.vbi pz qd in his que non requirunt cause cognitionem locus iudicij non est de substantia:sed iudice itinerante vel in domo sua existente explicari pos sunt.vt plene na.per Cy.in.l.j.C.de confes.in tertia questione.ad idem quod legitur z notatur in.l.a procedente.C.de dila.z in.c.ij.de dila.Re latio autem nuntij non requirit summariam cognitionem:nec est actus iudicialis:habet enim citatio tres partes videlicet interlocutoriam iu dicis de citando:actum nuntij citantis z ipsius relationem.Primus actus est iudicialis z iurisdictionalis:adeo non potest fieri extra territo rium:vt in cle.pastoralis.de re iudi.z qd ibi no.Sed secundus z tertius non sunt iurisdictionales:ideo possunt fieri extra territorium.vt.l.om nes.§.verū si apparitor.C.de epis.z cle.z no.in.c.si.de fo.compe.z Ioā. mona.in.c.romana.§.contrahentes de fo.compe.probatur etiā ex eo qz nuntius nō habet iurisdictionē:sed simpliciter exequitur factum iudi

2 cis.† vnde actus citādi est executio interlocutorie iudicis de citādo: re latio vero est notificatio executionis iam facte merito cū isti actus nō exi gant cognitionē non requirunt locū iudicij.vt in.d.l.volunt.Nec etiam exigit iudicis presentiam:qz relatio fit vt appareat de citatione facta. satis ergo est qd fiat notario cause:z per eum scribatur in actis.pro hoc c.quā cōtra.de proba.vbi pz qd ad officiū notarij pertinet scribere ci tationes z hanc partem expresse firmat Bar.in.l.si finita.§.iulianus.ff.

3 de dā.infec.in versi.iuxta pñcta quero vbi cōcludit sufficere,† qd rela tio nuntij fiat notario nec requiritur necessario quod fiat iudici dūmo do postea iudici innotescat:nec est necessē scdm eū qd fiat iudice sedēte

p tribunali.adducit ad hoc bonū tex.in.l.cos.§.super his.C.de appel. vbi probat maxime iuncta gl.quod instrumenta cause possunt notario produci:nec ibi requiritur qd in iudicio fiat productio.vnde per illā.l. eos.§.super his.iuncta.l.volunt.s.allegata.probat decisio huius que stionis.satis eñ est qd notarius informat⁹ de citatione ipsam redegerit vt in actis ante sententiam.Et hāc opinionem alias firmaui in.d.c.quā

4 cōtra.in lectura.¶ † Est z aliud dubium nūquid sententia possit ex alio capite impugnari,vz qz iudex eā tulit ex officio,z nō ad partis petitio nem.Videtur primo qd sic:qz regulariter nunq̄ iudex dz pcedere ex of ficio ad vtilitatē priuatā.vt no.Inno.in.c.ad nostrā.ij.de iureiurā.z vi detur tex.z ibi per Bar.in.l.vlt.§.hoc aūt iudicium.ff.de dā.infec.z cla rius per eundē in.l.ad peremptoriū.in prin.ff.de iudi.z ibi videt probari quod non valet citatio nisi fiat ad partis petitionē.¶ His tū nō obstā tibus Iūum puto in casu nostro:cū enim hic instaret tēpus peremptio nis instantie,potuit z debuit iudex occurrere z ex officio suo tacite ad sententiam audiendā.ar.l.properandū.C.de iudi.z expresse hoc dictum firmauit Bar.in.l.seruus z augerius.ff.ad.l.fal.pōt eñ iudex semper sup plere ne euanescat frustra iudicialis instātia.ad hoc.c.causam que iudi ci.z qd no.gl.in.c.j.de elec.li.vj.Bald.in.l.j.C.vt que desunt aduo.Pre terea vt elegāter dicit idē Bal.in.d.l.j.pro actore valet sententia,lz nō re periatur specifice lata ad petitionem partium:quia actor a principio petit reum condemnari.vnde non potest dici quod fuerit lata sine par tis petitione.In casu autem nostro sententia fuit lata pro actore:meri to ex duplici capite dicta sententia indubie sustinetur,presertim cum iu dex ex forma statuti incurrat penam,nisi sententiet infra tempus instā tie.¶ Ad contraria supra formata respondetur quod procedunt regu lariter:secus autem in casu nostro ratione predicta:z alijs casibus spe cialibus de quibus plene per Bar.in.d.§.hoc autem iudicium.z Bal. in.d.l.z canonistas.in.c.bone.el.j.de postula.prelato.

¶ Consilium cxiij.

1 ☞ Crimen vsurarum est grauissimum,z rapine simile.

2 Debitor repetens possessionem alteri pignoratam non obtinet cōdem nationem super fructibus,nisi probet quantitatem perceptam per cre ditorem.

3 Iudicia habent equalem vim cum instrumentis.

4 Remissio vsurarum non valet,nisi creditor offerat pecuniam debitori vel saltem habeat eam paratam restitutioni.

5 Spontanea remissio non debet presumi,cum debitor est pauper,z cre ditor diues,z maxime cum pecunia est non modica.

6 Transactio vbicūqz est calumniosa ex parte actoris,non tenet ipso iu re z competit repetitio.

Tria sunt principaliter in causa mota per Thomasiū,z Antoniū quondam Philippi dñi cōitis de Scottibus contra z aduersus heredes Rānis dñi Angeli de Scottibus ad ipsius cause plenariā decisio nem examinandā.¶ Primo an contractus initi inter dictos Philip pum z Rānem dum agerent in humanis,debeant pñsumi feneratitij seu vsurarij tali presumptione,que faciat ad sententiā ferēdā cōtra heredes ipsius Rānis.¶ Scdo psupposito qd sint feneratitij censendi,an dicti Thomasius z Antonius actores debeāt excludi virtute cōpromissi et laudi inde secuti tam super illis contractibus quam alijs bonis virtute dicti delicti concessis ex primo z secundo decreto dicti Ramni de qui bus nunc etiam questio vertitur.¶ Tertio presupposito q excludendi non sint,quales debeant esse partes iudicis cause in pronuntiando su per dicta causa.¶ Visis prius actis z actitatis in dicta causa,videtur, primū iuxta ordinē preliban̄ si attingēdo dubiū,qd dicti cōtractus quo rū duo sunt in forma mutui,terti⁹ vero in forma emptionis z vēditionis gratia cōcepti,minime sint feneratitij cēsendi.Nam si testes,seu eorum depositiones diligenter ponderant,nō reperitur probatū aliquid frau dis cōtra illos cōtractus:quinimo nihil penitus deponunt super frau de,aut simulatione,seu fenore dictorum contractuū:ergo actoribus si lentium imponendum est,tanq̄ intētionē suam minime probantibus.c. in presentia.de proba.z.l.j.l.actor qd asseuerat.C.eod.quinimo vbi pro bationes essent obscure,sententiandum esset cōtra actores.c.ex literis. de probatio.z regula,cum sunt partium iura.de regu.iur.li.vj.z preser

1 tim videtur hoc dicendum in crimine vsurarū:† cū eñ sit grauissimū cri men,z rapine simile.xiiij.q.iiij.c.qui vsurā.debet in dubio fieri interpre tatio,vt cuitet crimen.c.estote misericordes.de reg.iur.in ant.z opti me per Bar.in.l.nō solum.§.sed z probari.ff.de no.ope.nuntia.Et per hoc potest tolli motiuū quorūdam si dicatur qd immo iudicandū sit cōtra illos contractus,cum probatum sit dictum Rānē fuisse solitū tpe illo rū cōtractuū,z ante,z post,similes cōtractus feneratitios fecisse.nam per hoc nō cōcluditur illos cōtractus fuisse feneratitios:quia ex diuer sis non debet fieri illatio.c.ij.de translatio.episcop.l.neque natales.C. de probatio.z.l.papinianus exuli.ff.de mino.Item quia in dubio vt predixi,ferenda est sententia pro reo:z presumendum est non delictum: nec ex leui presumptione dz:quis de tā graui crimine condemnari.c.lite ras.de presumpt.facit quod not.Inno.in.c.qz verisimile.de presumpt. Preterea testes sunt singulares,qui regulariter non probant.c.dilec ti.de elect.z.c.tam literis.de testi.cum similibus.presertim in casu no

stro,cum

stro cum quilibet deponat de cõtractu feneratitio cum ipso gesto. & sic
videtur suspectus. arg. c. personas. de test. & q legi. & notatur in l. de in
re. ff. ad municipa. Et hanc partẽ videtur aperte tenere Cy. post alios
in. l. i. C. de probat. vbi videtur cõcludere qd repetẽti vsuras nõ sufficit
probare reũ cõsueuisse tpe contractus & ante & post mutuare sub vsu
ris: ad ratione puta quatuor denariorũ pro libra & qd cõsueuerit instru
menta cõficere de duplo vere sortis: & qd ipse actor recepit mutuũ ab
illo. & ei satisfecit de sorte: qz secũdum eũ ex quo nihil vbat de vsuris p
eũ solutis nõ põt inde sequi condẽnatio. ad hoc. c. ad nostrã. de iureiu.
2 vbi patet qd debitor repetẽs possessionẽ suã alteri pignoratã nõ obti
net condẽnationẽ super fructibus nisi probet qũtitatẽ perceptã per
creditorẽ. ita in proposito nõ sufficit probare mutuũ receptũ & satisfa
ctionẽ de sorte nisi probetur quãtitas vsurarũ solutarũ. Idem videt
tenere & clarius Archi. in. c. si. de vsur. lib. vi. & Bal. in. d. l. i. C. de proba.
motiuo: qz super difformi nõ potest sequi cõdemnatio vbi licet sit pba
tum creditorẽ solitum mutuare ad quatuor pro libra. tñ potuit esse qd
isti qui nunc agit mutuauerit ad vnũ pro libra: & sic nõ põt sequi certa
cõdẽnatio & presertim hoc videt dicendũ in casu nostro in quo occur
rit cõsanguinitas inter Rãnẽ & Philippũ olim cõtrahẽtes. consangui
nitas enim excludit presumptionẽ fraudis. arg. l. transactione. C. de
transac. & c. literas. de presump. vñ presumendum qd dicto Philippo
tanq̃ cõsanguineo gratis mutuauerit: & sine omni fraude ab eodẽ eme
rit frumẽti quãtitatẽ in actis contentã. Et hoc vltimũ videtur sensisse
Ang. de perusio in quadã disputatione sua que incipit. Aliẽus miles.
¶ Sed his nõ obstãtibus cõtrariã sentẽtiã in casu nostro de iure arbi
tror veriorẽ qd vbicũq indicia sunt multũ vrgentia faciũt plenã proba
tionẽ etiã in causa criminali. vt probatur in. l. sciãt cũcti. C. de pb. & cano
3 nizata. ij. q. viij. sciãt. Ad idẽ. l. indicia. C. de rei vendi. vbi dicitur & quod
indicia habẽt equalẽ vim cũ instrumẽtis vt not. glo. in. c. tertio loco. de
proba. & plene per doc. & maxime hoc admittẽdum est in casu nostro in
quo agit cõtra vsurarios: solẽt enĩ vsurarii multũ caute & occulte suos
cõtractus inire & simulare ne quoquomodo possint de vsuraria prauit
tate cõuinci. vt dicit tex. in cle. vnica. de vsur. ppe finẽ. & ideo ex faciliori
bus presumptionibus ceteri conuincũtur. c. cũ in dioceſi. de vsur. & c.
ad nostram. de emp. & vendi. c. illo vos. de pig. Preterea generaliter vo
lunt qd ex facilioribus probationibus pcedat in actibus in quibus nõ
solẽt extranei adhiberi. vnde admittũtur probationes regulariter nõ
cõcludẽtes. ad hoc. l. cõsensu. C. de repudijs. & c. veniẽs. ij. de testi. & c. si.
de testi. cogẽ. & qd no. gl. in. c. cũ dilect°. de elec. facit tex. in. c. preterea de
testi. cum simi. In casu autem nostro cõtra dictũ Rãnẽ cõcurrunt plu
rima indicia. Primo, qz ipsemet in articulo mortis professus est se ex
torsisse per vsurariã prauitatẽ diuersas pecuniarum quãtitates & sup
illis restituẽdis solennem prestitit cautionẽ. Itẽ probatũ est qd solitus
erat indifferenter cũ oibus fenerari & pecunias suas mutuare sub vsu
ris maxime simulãdo cõtractus sub forma emptionis grani licz nunq̃
postea reciperet granũ sed pecuniã dũtaxat: vnde presumendum est de
occultis sm suã cõsuetudinẽ. nã in dubijs inspicitur consuetudo patris
familias. l. q̃ semissẽs. ff. de vsur. & c. illo vos. de pig. & regula semel ma
lus. de reg. iur. lib. vi. regula, inspicimus in obscuris. e. ti. & lib. & l. semp
in stipulationibus. ff. eo. tit. saltem eadem specie fraudis: nam dictus
Rãnes cõsueuit mutuare sub vsuris ac etiã simulare cõtractus sub for
ma emptionis grani: ergo dicti contractus mutui & emptionis grani
initi cum dicto Rãne presumendi sunt feneratitij in dictis duabus spe
ciebus in quibus versabatur dictus Rãnes tempore dictorum contra
ctuum: nec mirum. nam in animalibus brutis inspicitur illorum cõsue
tudo. insti. de rerum diui. §. in his autem. & per vnum actum quis presu
mitur habituatus ad malum ita quod videtur deduxisse illud in con
suetudinẽ. l. iij. C. de epi. audi. & cap. ita nos. xxv. q. ij. & ibi per Archid.
Preterea dictus Rãnes non erat mercator grani: vt pbatur in actis:
nec dictus Philippus solebat vendere granum: nec tantum percipie
bat de suis possessionibus qd potuisset vẽdere. xx. modios grani: sicut
instrumentum videtur sonare: ergo debet presumi ille cõtractus ficti
tius & simulatus & in fraudem vsurarũ conceptus. Preterea dict° Rã
nes fuit versutus & plurimũ callidus in suis cõtractibus: vt probatur
per testes & famã loci: ergo facilius contra illũ est presumendũ. arg. eo
rũ que no. Bar. in. l. si. ff. de questio. facit. c. illo vos. in si. de pig. & xvi. q.
ij. c. vitis. Itẽ expedit anime ipsius Rãnis ita presumere maxime cum
ipse mãdauerit vsuras restitui & in dubio debet fieri interpretatio, vt
anime saluti magis expediat. vt no. in. c. vnico. de serui. & in. c. inuenis.
de spõsa. & in cle. exiui de paradiso. de verb. sig. Et si exigeremus plenã
& concludentẽ probationẽ contra vsurarios raro vel nunquã conuince
rentur de vsurario peccato cõtra iura superius allegata. Et in hãc sen
tentiã inclinauit apertissime Jo. an. in facilioribus terminis. in. c. ex lit
teris. de iureiu. & in. d. c. quãquã. de vsur. li. vi. vbi dicit sufficere repetẽ
ti vsuras pbare qd aliquis erat ad certã quantitatẽ solitus fenerari: &
qd ab illo recepit mutuũ & pbare qd ei satisfecit de sorte. probat enĩ ex
hoc presumptiue qd contractus mutui cũ eo initus fuit feneratitius &
qd sibi vsuras soluit. & dicit Jo. an. sic fuisse sepius iudicatum in episco
patu bononiensi & ad dictum Archi. in contrariũ supra all. dicit quod
illud in scholis nõ recipitur & in iudicijs reprobatur. ad dictũ Cyn. re
spondet, quod quãtitas perceptionis fructuũ nõ venit sic presumptiue,
sicut qualitas rõne cõsuetudinis, & in detestationẽ ipsorũ vsurariorum
occulte sua facinora explicantiũ, hanc eandẽ sententiã sequitur Ant. de
but. in. d. c. ex literis. & cum eo transierunt cõiter ibi alij scribentes canõ
niste. illã etiã opinionẽ in sua solẽni disputatione que incipit. Aliẽus mi
les, secutus est Ang. de perusio, saltẽ eo casu quo occurrit aliquę alie
coniecture, que habent iudicis animum ad credulitatẽ inducere: & sufi
ceret secundum eũ iuramentũ actoris. & in casu nostro vltra cõsuetudi
nem dicti Rãnis probatã, cõcurrunt multe alie coniecture, de quibus su
pra: & presertim illa de emptione grani simulata cum plurimis facta: &
arg. a cõmuniter accidentibus valet, etiã ad sententiã ferendã, cum agi
tur de crimine ciuiliter. c. i. de cle. non resi. & ibi per Jo. cal. preterea
cõtra heredes dicti Rãnis militat alia satis vrgens presumptio: qz nũ
q̃ voluerũt pducere libros dicti Rãnis contra iuris dispositionem de
qua in. d. cle. vnica licz per testes probatum sit dictũ Rãnẽ illos libros
habuisse, nec est credẽdum heredibus asserentibus illos libros perdi
disse, cũ asserant hoc ad cõmodum propriũ, & in iacturã aliorum vt no.
per Jo. de lig. in. d. cle. vnica. de vsur. Itẽ heredes dicti Philippi in di
cta causa actores parati sunt producere libros dicti Philippi, quib°
inter alias rõnes suas facit mentionẽ qualiter dicti cõtractus initi cũ
dicto Rãne erãt feneratitij, & qd solebat xxv. pro centenario, istis enĩ
tem libris habetur facto proprie conscriptis, & si non ad plenũ, tamen fi
des non modica adhibẽda est, presertim post mortem dicti Philippi,
non enim est verisimile qd contra veritatem hoc dixisset, presertim cõ
tra consanguineũ a quo beneficium recepisset. pro hoc tex. in. c. literas.
de presump. & melius in. l. rationes. C. de proba. vbi hoc videtur proba
ri presertim secundũ vnã lect. quã Bal. ibi sequitur. Itẽ filij dicti Phi
lippi parati sunt iurare, quod credũt patrẽ verũ scripsisse, & qd ex multi
tis cõiecturis credunt dictos contractus fuisse vsurarios. prestat enĩ
adminiculũ iuramẽtũ de credulitate, vbi ex subiecta materia nõ potest
haberi vera sciẽtia, sicut cõtingit adhuc in istis filijs & heredibus Philip
pi, qui non sunt informati ad plenũ de gestis per eorum patrẽ. ad hoc
quod legitur & no. in. c. quoties. & c. licet ex quadam. de testi. cum simili
bus. Concurrunt ergo hic plurima indicia ad probationem faciẽdam
ad plenum, presertim cõtra vsurarios. vt libri istius debitoris. iuramẽ
tum filiorũ de credulitate, cõsuetudo praua dicti Rãnis in istis duab°
speciebus feneratitijs, fama cõtra dictos contractus, & contumacia he
redum dicti Rãnis in nõ pducendo libros defuncti: contra dictam cle.
que quidẽ indicia nemo sane mẽtis dicet nõ sufficere ad plenam proba
tionem faciendã contra vsurarium. Non obstant allegata. ĩ. in contra
rium. & primo ad priora pz responsio per supradicta, procedunt enĩ qñ
nulla sit probatio per actorem, vel saltem nõ sufficiens. secundum sub
iectã materiam: sed in casu nostro satis sufficiunt, vt colligitur ex predi
ctis, & videtur casus in. d. c. cum in dioceſi. de vsur. & facit. c. ad nostrã.
de emp. & vendi. & c. illo vos. de pig. cum similibus superius allegatis.
& authoritas Jo. an. Anto. de but. & aliorum scribẽtium in. d. c. ex lite
ris. & Ang. in dicta disputatione. Nõ obstat qd opponitur de cõsangui
nitate inter Rãnẽ & Philippũ: tollitur enim hec presumptio per con
trariã presumptionẽ vehementiorẽ. ar. c. literas. & quod ibi not. de pre
sump. Primo, quia non est presumptio gratuiti mutui propter simula
tam venditionem grani, cum nemo illorũ esset mercator grani, quinimo
dictus Rãnes erat solitus sic cum alijs simulare cõtractus. Preterea
non presumitur gratuitum in vsurario in magna quãtitate, sicut erat
ista, si enim animã suã deuorabat, fortius est presumendũ qd nõ parce
bat consanguineo: vnde Ang. in dicta disputatione loquitur de pra
ua pecunia: & si nulla alia adest presumptio: nisi, qz erat creditor solitus
fenerari. sed in casu nostro sunt alie presumptiones in contrariũ. vt pz
ex predictis. ¶ Non ob. qd dr de singularitate testium: qz cũ inducan
tur ad probandũ qd erat solitus sic fenerari, nõ obstat singularitas: qz
cõueniunt in eo ad qd probandũ fuerunt inducti. non enĩ inducunt ad
probandũ certũ actũ, seu cõtractũ, quo casu si essent singulares nõ pro
barẽt, vt in iuribus pcalle. sed inducuntur ad probandũ, qd erat soli
tus fenerari, & cõtractus simulatos sub velamine emptionis & vẽditio
nis grani conficere, quo casu nõ dz obstare qd testes deponãt super sin
gularitate actuũ, ex quibus resultat illud totũ quod erat pbãdũ: sicut
in simili dicit gl. singularis in. l. ob carmẽ. ff. de testi. cum probãda est
possessio certi tpis, vt testes cõcludãt si vn° deponat de quinq annis,
& reliqui de alijs quinq. & facit quod in simili in celebratione misse pro
bande no. Inno. in. c. qualiter & qñ. ij. de accu. & predicta firmat Ange.
in dicta disputatione, aliẽus, vel possumus dicere, & melius, qd cũ hic
non agatur de magno preiudicio, cũ ipsemet Rãnes in cautione quã
prestitit cõfessus fuerit se per illicitos, & fraudulentos contract° extor
sisse multa intercedẽte vsuraria prauitate: nunc aũt solũ agit, vt pbet
species fraudis illorũ cõtractuũ, & vt probetur nũc in specie qd ipsemet
Rãnes fuit in genere cõfessus, dz sufficere leuis pbatio iuxta not. in
c. nuper. de testi. in casu autẽ nostro sic probatio per famã publicã, q̃ in
hoc casu deberet pbari, iuxta no. per Bar. i. l. de minore. §. tormẽta. ff.
de questio. presertim & indubitater si coniungit cũ vno teste. in casu aũt
nostro cõcurrũt plurimi testes, quare debet resultare plena pbatio, &
si essent singulares, cũ vnus testis & fama probent regulariter, cũ ciuilr

agitur. vt no. in c. veniens. el'a. de testi. et not. q. n. §. ite sepe. et in l. iij. ff.
de testi. et per Bart. in d. §. tormeta. Nec ob. si dicatur quod isti testes
deponant in facto proprio: q2 ex hoc nullum comodum sunt habituri, vnde de
bent admitti sicut admittuntur legatarij in casu testamenti, insti. de test.
ordi. §. legatariis. et voluit Ang. in dicta disputatione in terminis nos
tris. et presertim excusant ab omni suspitione: q2 solum deponunt in specie q
ipse Ranes est confessus in gnali: et sic non requiritur ita stricta probatio. Et p
hec concludo ad primum vt dicti contractus initi inter Ranem et Philippum sint
feneratitij et vsurarum presumendi et iudicandi. ¶ Venio nunc ad secundum: an
scilicet Thomasius et Antonius actores sint saltem ex capite compromissi et lau
di inde secuti inter dictos Ranem et Philippum excludendi. Et videtur pri
mo q sic. Nam super vsuris de preterito pot compromitti. vt Bal. in c. si
militer. de controuersia inuesti. Preterea compromissum est quedam trans
actio seu compositio. ff. vt differe. iudi. §. i. et authen. si vero contigerit.
C. de iudi. no. Inno. in c. quintauallis. de iureiuran. et Bar. in l. societa
te. §. arbitrorum. ff. pro socio. sicut enim potest in vsuris de preterito in
tercedere remissio iuxta no. per glo. et doc. in regula peccatum. de reg. iu.
lib. vi. ita et transactio seu compositio: agenti autem contra suam transactio
nem seu compositionem obstat exceptio. C. de transactio. l. sub pretextu.
et l. ij. cum si. ¶ Sed his non obstantibus contrarium dico in casu nos
tro: quod clarius ostenditur. Et primo si tenemus opinionem quorundam
4 theologorum quam sequitur Dy. in regula peccati. quod remissio vsura
rum non valet nisi creditor offerat pecuniam debitori vel saltem habeat
eam paratam restitutioni: q2 peccatum non dimittitur nisi restituatur abla
tum. dicta regula. peccatum. et c. cum tu. de vsuris. Restitutio autem
sonat vt in pristinum statum fiat repositio. l. cum pretor. ff. de reg. iu. et
l. restituere. eodem titulo. ergo non potest dici pecunia restituta nec ve
re nec ficte si creditor non erat paratus ad restituendum: sicut nec erat
in casu nostro. ergo non valuisset etiam expressa remissio et per consequens
nec indirecta: qui videtur oriri ex compromisso et laudo inde secuto. Si
autem volumus tenere opinionem q valeat remissio facta a debitore quo
ad euitandum onus restitutionis licet non quo ad peccatum quamquam pecunia non
offeratur debitori nec sit parata restitutioni: q videtur sentire Joan.
an. super dicta regula peccatum in nouella. et firmat Fede. de senis. consil.
xviij. adhuc dico q illud compromissum non prestat impedimentum restitutioni:
quia remissio tunc valet cum est omnimo libera et spontanea non autem ali
quo modo coacta seu extorta vel per fraudem et metum inducta: q2 deus re
spicit cor et non os. c. si quid inuenisti. xiiij. q. v. vnde nec vere nec ficte
potest dici pecunia hoc casu restituta: et quod remissio debeat esse libe
ralis et spontanea firmat gl. et Jo. an. et Dy. super dicta regula peccatum.
clarius Fed. in dicto consi. xviij. et Jo. an. in addi. Spe. super rub. de vsu
ris. et ita pluries fuit consultum. Sed non potest dici in casu nostro spon
tanea cum fuerit factum compromissum et laudum inde secutum tem
pore quo durabat obligatio inter dictum Ranem et Philippum et pre
sertim cum fuerit facta ex eo q2 dictus Ranes ex primo et secundo decre
to receperat fere omnia bona dicti Philippi et iam fecerat fieri sibi pre
ceptum vt discombraret seu euacuaret domum proprie habitationis
et consignaret etiam ipsi Rani: et sic timore predictorum ductus est ad com
promissum et ad acceptandum laudum inde secutum: per consequens non debet
obesse repetitioni vsurarum: presertim cum dictus Ranes expresse manda
uerit vsuras restituendas omnibus a quibus per illicitos et simulatos,
et fraudulentos contractus extorserat: et hoc expresse firmauit Jo. an. in
dicta addi. vbi refert consuluisse in questione facti cum suo adoptiuo Joan.
5 cal. Preterea vt ipse dicit non debet presumi spontanea remissio cum
debitor est pauper et creditor diues: et maxime cum pecunia est non modi
ca vt precualiter contingit in casu nostro: nam vt satis probatum est dictus
Ranes erat ditissimus et Philippus debitor erat adeo pauper quod
vix poterat suam familiam sustentare: Item ante dictum compromissum et laudum
fuit magna contentio super dicto debito inter eos adeo q fuit peruentum
contra dictum Philippum ad primum et secundum decretum: non ergo debet presu
mi spontaneus consensus cum transactio fiat communiter propter timorem litis: et ma
xime cum quis est pauper et non habet probationes in promptu vt contingit
in casu nostro; vt probatur in l. ij. C. de transac. facit optime tex. in l. item si
6 reus. ff. de ali. iudi. mu. cau. fac. Preterea et fortius, vbi dicitur transactio est
calumniosa ex parte actoris: non tenet ipso iure, et competit repetitio vt est
tex. in l. in summa. in prin. ff. de condi. inde. et not. glo. in l. sub pretextu.
C. de transa. vel secundum Bar. in d. l. sub pretextu. saltem transactio est nulla
cum actor calumniose litigat; et sic secundum eum potest intelligi text. in d. l. in sum
ma. Sed in casu nostro dictus Ranes calumniose litigauit contra dictum
Philippum: qui sciebat debitum feneratitium et nunquam voluit producere li
bros suos immo negauit illud debitum esse talem: ergo fuit in calumnia et dolo
iuxta no. per Inn. in c. ij. de dila. et per consequens transactio etiam ex isto
secundo capite fuit ipso iure nulla. ¶ Ex his concludo dictos Thomasium
et Antonium minime fore ex dicta transac. seu compromisso et laudo inde se
cuto excludendos: et ad contrarium supra formatum potest dici q valet com
promissum super vsuris de preterito quando factum est dubium: seu quando est
spontaneum non autem extortum modo predicto. ¶ Ex predictis infertur ad ter
tium dubium: quales scilicet debeant in hoc casu esse partes iudicis in pronuntian
do: nam vt ex predictis colligitur debet pronuntiare dictos contractus initos
inter predictos Ranem scilicet et Philippum de quibus in libello fuisse et esse
feneratitios et simulatos, et in fraudem vsurarum confectos, et reos condemna
re ad restituendum, et relaxandum bona petita in libello, vna cum fructibus
et redditibus perceptis, et qui percipi potuissent: ita tamen q debitum verum,
et quicquid postea dictus Philippus vigore dicti laudi habuit a dicto
Rane compensetur cum fructibus, et si quid restat de fructibus, iubeat il
los restitui. Quod autem sit pronuntiandum illos contractus esse feneratitios, sa
tis probatur ex deductis in primo dubio. Quod autem bona sint restituenda
vna cum fructibus, probatur aperte ex his que no. Jo. an. post beatum Thomam
in c. ij. de vsur. lib. vi. vbi concludit, q si vigore fenoris habuit quis rem
immobilem, tenetur restituere, non tamen illam rem, sed etiam fructus inde perceptos.
Et vltra eos facio in casu nostro hanc inconuincibilem rationem. certum est
q ista transactio tanquam calumniosa non tenuit: vt supra dixi: ergo dominium
dictorum bonorum remanet penes dictum Philippum, et dictus Ra
nes fuit possessor male fidei, et per consequens tenetur restituere bona,
et quicquid ex eis fuit perceptum, seu percipi potuit. l. ex diuerso. ff. de rei
vendi. et melius in l. domum. C. eod. titu. et quod legitur et not. in c. gra
uis. de restit. spo. et in c. cum contra. de pigno. et in c. i. de vsuris cum simi
libus. Et ad predicta subtiliter considerandum est quod dictus Ranes in
sua solemni cautione quam prestitit in extremo vite super vsuris restituen
dis, confessus fuit se per illicitos contractus multas pecunias, et bona
tam mobilia quam immobilia acquisiuisse etc. vnde ponderanda sunt illa
verba tam mobilia quam immobilia. confessus ergo fuit expresse quod
bona immobilia fuit consecutus: sed nemo comparuit contra eum, qui fuerit
conquestus de bonis immobilibus: ergo presumendum est eum sensisse de
istis bonis immobilibus. argu. l. ij. C. de alimen. pu. prestan. et quod ibi
no. et l. seruus. ff. de ver. obli. et q ibi not. Bar. in simili questione, et per
Inn. in c. qualiter et quando. ij. de accusa.

¶ Casus consilij sequentis.

In questione mouenda inter Antonium

tonium ex vna parte, et Marianum quondam Jacobi ex alia, quondam
socios trafici artis lane, tria sunt examinanda. ¶ Primo an quid illa
compositio inita inter dictos Antonium et Jacobum dum viueret in hu
manis fuerit feneratitia, l. eo q facta societate, et deposita vtrinque cer
ta pecuniarum quantitate, fuit inter eos conuentum, quod si alter ipsorum
vltra quantitatem quam mittere tenetur in dicta societate, aliquas pecu
nias poneret, q prouideri sibi deberet per dictam societatem ad rationem
et consuetudinem mercantie: et huius compositionis vigore dictus Jacobus,
qui vltra suam quantitatem posuit quingentos florenos accepit pro lucro
illorum quinque, vel sex pro centenario, durante dicta societate per plures
annos. ¶ Secundo examinandum si est presupposito q talis compositio fue
rit feneratitia. an dictus Antonius possit excludi a repetitione vsura
rum receptarum vigore confessionis et quittationis facte postmodum per
eundem. nam mortuo dicto Jacobo, et succedente sibi dicto Mariano
eius filio, qui compositionem quandam fecit cum dicto Antonio, accepta pro
parte sua quam habebat in dicta societate certa pecunie quantitate, quit
tauerunt vnus alterum sub isto verborum tenore vcz. Antonius petri ex
vna parte, et Marianus Jacobi ex alia: eorum libera et spontanea volunta
te, ex certa scientia, et non per errorem fuerunt confessi, et recognouerunt sibi
adinuicem, et inter se, et vicissim fuisse, et esse integre solutos, et plenarie
satisfactos de omnibus, et singulis que ab hodie retro, et vsque ad presentem diem
in simul agere habuissent, et que vsque in presentem diem vna pars ab altera
petere posset, et habere deberet ratione et occasione cuiuscunque societatis,
et trafici, et calculi inter eos facti: et dicte artis lane quacunque ratione, cau
sa, vel titulo, vigore, et occasione cuiuscunque scripture tam publice, quam pri
uate, cessantes, et irritantes, et annullantes omnem et quamlibet scripturam,
tam publicam quam priuatam etc. quapropter dicte partes inter se inuicem et vi
cissim se, et eorum heredes bona generaliter liberauerunt, et quittauerunt se
ab omnibus et singulis predictis, et generalem fidem, et quittationem, et
liberationem, et absolutionem, et pactum vlterius aliquid de predictis non
petendo inuicem etc. ¶ Tertio principaliter est examinandum, si predi
cta mutua confessio et liberatio non habet excludere dictum Antonium
a predicta repetitione vsurarum, an saltem posset excludi vigore alterius
quittationis postmodum inter eos secute. nam postmodum per plures an
nos cum ex nonnullis causis dictus Antonius et Marianus adinuicem ha
berent certam differentiam, non tamen de dictis prouisionibus mentione ali
qua habita generaliter quittauerunt se de nouo ex omni, et quacunque causa, p
qua vnus alteri petere posset: non tamen habita aliqua mentione de dictis
prouisionibus, vel vsuris. Et presupponitur in facto q non solum dictus
Jacobus pater dicti Mariani aliquas receperit prouisiones de dictis
quingentis florenis, dum esset in humanis: sed etiam ipse Marianus
filius et heres dicti Jacobi, nonnullas percepit post mortem dicti Ja
cobi sui patris, vt in libro dicte societatis clare patet.

¶ Colum. xciij.

1 ¶ Vsure non committitur nisi in contractu mutui.
2 Species contractus cognoscitur non ex verbis, sed ex sui natura.
3 Genus generaliter probatum tantum valet, quantum enumeratio spe
cierum contentarum sub genere.
4 Verba generalia debent restringi ad speciem precedentem vt ex quo sal
ua ratione recti sermonis fieri potest.

5 Generalis renuntiatio casuum fortuitorum non valet in iudicijs: sed
oportet quod specialiter exprimantur.
6 Matrimonium habet specialem materiam ab alijs obligationibus: et
requirit spontaneum et liberum consensum.

ATtingendo primum iuxta ordinem, videtur primo quod
1 dicta compositio non fuerit feneratitia: quia usura non committi
tur nisi in contractu mutui: ut patet ex ipsius diffinitione. est
enim lucrum ex mutuo etc. ut plene notatur per Jo. an. in regula, pecca
tum. de reg. iur. lib. vi. in mercu. et idem no. in c. conquestus. de usur. fa
cit. xiiij. q. iij. c. i. sed inter dictos Antonium et Jacobum non intercessit
mutuum: quia Jacobus posuit illos quingentos florenos in societate: et fuit
compositum, ut provideretur ponenti pecuniam ad usum, et consuetudinem
mercantie: ergo non fuit usura. Certum enim est quod licet deponere pecuniam
apud mercatorem:, ut de parte honesti lucri respondeat domino pecunie
ut est tex. notabilis. in c. per vestras. de donat. inter virum et uxorem. et do.
post. di. resti. ¶ Sed his non obstantibus contrarium arbitror de iure
fore verum. Nam cum iste Jacobus non exposuisset se periculo, et dam
no que contingere poterant in illis pecunijs: sed solum voluit, ut sibi res
ponderetur ad consuetudinem mercantie, et ut dicitur modo, consuetus
do est, ut certum quid detur annuatim pro lucro, siue lucrum provene
rit ex illa pecunia, sive non: immo capitale semper debet esse saluum: in
dubitanter tenendum, quod quicquid inde perceperit, usura fuit. ut pba
tur in c. i. ij. et iij. in fin. xiiij. q. iij. et quod non liceat sic dare pecuniam etiam
negotiatori, est tex. in d. c. iij. et apertius glo. in c. plerique. eadem causa et
q. tangit questionem istam, querens nunquid sit licitum tradere pecu
niam negotiatori: ut inde emat merces, ut det sibi partem lucri: et conclu
dit quod non, si periculum spectat tantum ad recipientem. et sic fit inter eos con
tractus mutui: sed ad hoc ut sit licitum, oportet secundum illam gl. ut in
ter se contrahant societatem: ita quod periculum spectet ad utrumque, et sic unus
sociorum ponat pecuniam, reliquus operam. ut l. v. ff. pro socio. nec obstat si di
catur quod pecunia non fuit hic mutuata dicto Antonio: quia dico quod fuit in
effectu mutuata societati: societas autem non est corpus. sed constat ex socijs:
unde quod fit cum societate, dicitur fieri cum singulis personis facientibus so
cietatem. ut no. Inn. in c. dilecta. de excess. prela. Nec obstat quod non fuit ex
2 pressum verbum mutuo. quia species contractus cognoscitur non ex ver
bis, sed ex natura sui. l. si vno. ff. loc. not. gl. in l. i. ff. de superfi. et plenius
per Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. facit. c. ad no
stram. de empt. et ven. et c. illo vos. de pigno. et melius. xiiij. q. iij. in c. ple
rique. preallegato. unde in effectu iste fuit contractus mutui initus cum illis
de societate: nam voluit tradere pecuniam ad usum societatis, et quolibet an
no consequi lucrum: quod indubitanter est usura ut in d. c. plerique. ¶ Con
cludo ergo dictam compositionem fuisse feneratitiam: et quicquid dicti Jacobus
et Marianus receperunt nomine lucri ex dicta pecunia sic mutuata, fuit usu
ra, et subiacet repetitioni: ut in iuribus preallegatis legitur. et no. de usu
ris per totum. ¶ Restat ergo nunc examinare secundum dubium, quod videtur magis
difficile. An scilicet dictus Antonius possit excludi a repetitione supra
scriptarum usurarum vigore prime confessionis, seu quittationis suprascri
pte. Et videtur primo quod sic: satis enim est quod creditori satisfiat. de usur.
c. ij. de usuris. lib. vi. et ut dicit ibi Archidia. satisfacere, est qualitercunque
voluntati creditoris satisfieri. et probatur in l. si rem §. ois. ff. de pi. ac. sed
predictus Antonius recognouit, et confessus fuit sibi satisfactum, et solutum
plenarie de omnibus et singulis, que petere usque ad illam diem potuisset a dicto
Mariano: ergo non potest amplius aliquid ab eodem petere. confessio enim
vel liberatio generaliter facta concernit omnia debita singularia: licet specialis
ter non fuerint expressa. ut probatur in l. pluribus. ff. de accep. not. Bart.
in l. aurelio. §. caius. ff. de lib. leg. ubi plene per eum. et sic non obstat si dica
3 tur quod de usuris et provisionibus non fuerit aliqua mentio habita. tamen
tantum valet genus generaliter probatum, quantum enumeratio specierum contenta
rum sub genere. nam qui dicit omnia nihil excludit. xix. distin. c. si romano
rum. et in c. solite. de maio. et obe. ¶ Sed his non obstantibus in contra
rium se habet iudicio meo veritas. ut scilicet dicta confessio seu quittatio non ex
tendatur ad debitum usurarium. Ad hanc sententiam moueor ex multiplici
capite. Primo, quia dicta confessio seu quittatio non fuit pure generalis. nec
simpliciter liberatoria, et gratuita: sed principaliter fuit specialis respe
ctu scilicet debiti contracti utriusque societatis occasione: ut colligitur ex illis
verbis ratione, et occasione cuiuscunque societatis, et trafici etc. sed istud de
bitum usurarium non fuit contractum occasione societatis, immo fuit con
tra ius societatis: nam cum societas sit quedam fraternitas. l. verum. ff. pro
so. abhorret usurariam prauitatem, cum sit contra naturam societatis. nam de
natura societatis est, ut damna et lucra sint inter socios communia. l. cum duo
bus. §. si in coeunda. ff. pro socio. usurarum vero vorago animas deuorat, et
facultates exhaurit. ut in c. i. de usuris. lib. vi. et sic non potest dici debitum
illud contractum ratione societatis, cum sit omnino separatum a iure societa
tis. pro hoc etiam facit, quia illi. scilicet Antonius et Marianus mutuo et vicissim
recognouerunt sibi satisfactum, et solutum de quibuscunque debitis contractis
occasione societatis: et habuerunt respectum ad gesta occasione et nomi
ne societatis, ex quibus solet ultro citroque nasci obligatio. istud autem de
bitum usurarium fuit contractum solum ex parte unius recipientis lucrum.
Non obstat, dicatur, quod licet de societate fuerit facta mentio sed, tamen postea
fuerunt immediate subsecuta verba generalia: ut patet ibi: quacunque ratione
causa, vel titulo. dico enim quod verba generalia speciem sequentia in actu libe
rationis restringuntur ad speciem precedentem. ut sit sensus, quod ex quacunque
ratione causa, vel titulo unus esset obligatus alteri occasione ipsius socie
tatis, de qua premiserat: nam cum agatur de preiudicio dicti Antonij, de
bet fieri stricta interpretatio: cum non presumatur quis iactare suum. l. cum
de indebito. ff. de probationibus. et c. super hoc. de renuntia. et fienda est in
terpretatio in dubio contra dictum Marianum, qui fundat se super illa confessione
et quittatione. l. veteribus. et quod ibi eleganter no. Bar. ff. de pact. et pro
4 predicta interpretatione, quod verba generalia debeant restringi ad spe
ciem precedentem, ex quo salua ratione recti sermonis fieri potest, videtur
tex. in l. si ex pluribus. ff. de solu. et ibi per Bar. et plenius per eum in l. sub
pretextu. C. de transac. de hoc plenius in d. l. aurelio. §. caius. de libe. leg.
et quod verba hanc restrictionem patiantur, probant verba posita in ver. qua
propter ibi. Generaliter liberauerunt et quittauerunt ab omnibus et singulis
predictis. Et ponderanda sunt illa verba ultima, ab omnibus et singulis pre
dictis, que restringunt aperte verba generalia precedentia ad idem verba
ibidem sequentia ibi. Et generalem finem, quittationem, liberationem, et
absolutionem et pactum de usuris, aliquid de predictis ulterius de non pe
tendo inuicem etc. ponderanda, enim sunt illa verba. Aliquid de predi
ctis etc. Et sic non egerunt facere generalem finem, et quittationem de qui
buscunque debitis, alias non apposuissent illa verba, aliquid de predictis
etc. Preterea ubicunque verba sunt obscura, ut in casu nostro: quia generali
tas parit obscuritatem. l. ita fidei. ff. de iure fisc. attendi debet id quod est
verisimilius, et quod plerunque fieri consueuit. l. in obscuris. et l. semper in sti
pulationibus. ff. de reg. iur. et regula, inspicimus in obscuris. de regulis
iur. lib. vi. sed cum dictus Marianus per se exegisset partem de illis usu
ris, et provisionibus, non est verisimile quod in dissolutione societatis usu
ras restituisset. nam ut dixi, illa prima quittatio non fuit gratuita libe
ratio: immo fuit dictus Antonius confessus sibi solutum etc. non enim so
lent homines hodie maxime mercatores, qui credunt contractus eorum esse li
citos, sponte restituere usuras, et male ablata, cum vix possint induci ad re
stituendum post mortem. ut in c. ij. de usur. lib. vi. et cle. vnica. eo. ti. nec est ve
risimile quod ita incontinenti se correxerint sine aliqua petitione. arg.
in regula semel malus. de reg. iu. lib. vi. et l. non ad ea. ff. de condi. et demo.
cum similibus. Item in dissolutione societatis solent semper socij face
re sibi mutuo, et vicissim dictas confessiones, recognitiones, et liberatio
nes, et quittationes: ergo ita debet dicta confessio et liberatio intelligi.
non autem debet extendi ad id quod verisimiliter non fuit cogitatum, cum
ignorans non presumatur donare. l. nec ignorans. C. de donatio. facit. l.
tres, fratres. ff. de pac. immo dictus Antonius dubitabat an dictus con
tractus seu compositio esset usuraria: cum fuerit sub velamine dictum, ut
fieret solutio ad usum et consuetudinem mercantie: et sic in quittatione gene
rali non est verisimile, quod de illo debito, quod non credebat fore debitum co
gitasset: ut patet in iuribus supra allegatis. Preterea cum consistat de
peccato dicti Jacobi et Mariani, oportet quod clare ostendatur de satisfa
ctione: quia peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. c. cum
tu. de usur. et regula, peccatum. de reg. iu. lib. vj. Dicta autem quittatio
clare non ostendit de satisfactione: ergo debet compelli ad satisfaciendum. cum
dubia probatio non releuet probantem. c. in presentia. de prob. preser
tim ubi tractatur de animarum salute. nam debet tunc fieri interpreta
tio in partem tutiorem, per quam euitatur anime periculum: licet illa sit
durior. cle. exiui de paradiso. de verbo. signific. et c. iuuenis. de sponsa.
et est bona glos. in c. vnico. de serui. in or. fa. Et hec est bona considera
tio in materia nostra. ¶ Ex his infertur ad decisionem tertij dubij, an
saltem vigore secunde quittationis dictus Antonius sit a dictarum
usurarum repetitione excludendus: et profecto credo dicendum quod
non, ex rationibus multifarie factis in precedenti dubio. tum scilicet quia
precesserat contentio super quibusdam discordijs duntaxat, et nulla de
dictis provisionibus, et usuris fuerit habita contentio: ideo verba ge
neralia sequentia debent restringi ad contentionem specialem. arg. in l. li
cet. C. de iudi. et quod notatur in d. l. sub pretextu. et per gl. in c. i. de transa.
tum quia verba obscura debent restringi ad id, quod est verisimilius, et ple
runque fieri consueuit: tum quia uterque credebat illam conuentionem non con
tinere peccatum, ut predixi. et sic ad incogitata non potest dicta liberatio
extendi: quia ignorans non donat. d. l. nec ignorans. et d. l. tres fratres.
cum simi. Item quia tractatur de anime periculo: debet ergo fieri inter
pretatio in mitiorem partem, licet durior sit, ut supra plene dixi. et per has con
siderationes tollitur id quod no. Bar. in d. l. aurelio. §. caius. preallc. pro
cedit enim generaliter ubicunque fit generalis liberatio nulla specie pre
cedente, et considerationes predicte non concurrunt: alias secus ut dixi
in dubio precedenti. ¶ Preterea et ultimo apertissime tollitur dicta quit
tatio et liberatio si teneamus opinionem quorundam theologorum, aut
Dyni in regula, peccatum. de reg. iur. lib. vi. tenuerunt enim isti quod
usurarum remissio, et liberatio non tenet, nisi pecunia per usurariam pra
uitatem extorta offeratur ipsi debitori, eidemque creditori. vel saltem secundum
Dy. sic pecunia parata restitutioni: tunc enim videtur restituta, et bre
ui manu reddita: et sic satisfit illis verbis, peccatum non dimittitur: nisi
restituatur ablatum. repetitur enim restitutio, et sic debet fieri repositio
pecunie in pristinum statum, saltem ficte. ut l. cum pretor. et l. restituere.

ff. de per. sig. sed in casu nostro pecunia nunquam extorta nõ fuit oblata ipsi Antonio nec saltẽ parata restitutioni: imo de ipsa non contendebatur: ergo illa quietatio & liberatio nõ valuit quo ad liberationẽ usurarũ restituendarum: & hoc est indubitatũ tenendo alteram illarum opinionum. Si aũt teneamus opinionem Joã. quã posuit in gl. sua in dicta regula peccatum. & Hen. de seius consi. xviij. quod non requiratur oblatio pecunie, vel quod sit restitutioni parata: sed sufficiat liberalis & spõtanea remissio nõ aũt sufficit extorta per metũ aut dolum aut quolibet ingenio. vt in dictis locis per eos no. adhuc idem in casu nostro videtur dicendum. nam ex illa generali quietatione que processit vigore quarundam differentiarũ nulla de dictis prouisionibus vsurarũ mentione habita potest dici quod vsurarum remissio fuit liberaliter facta cũ nulla fuerit specialis mẽtio de illa habita: nec aliquis tractatus super remissione fienda precesserit. ¶ Et credo in hac materia posse attentari vt sub generali remissiõe & liberatiõe nunq̃ veniat liberatio seu remissio vsurarum nisi specialiter exprimatur: qr cũ habeat hec remissio specialem naturam vt patet ex predictis & latius notatis in locis preallegatis, si non debet hec remissio includi sub generalitate cũ posset quis decipi sub inuolutiõ verborum: & sic imminueret animarum periculũ. Satis enim est tenere quod prosit remissio vsurarum absq; eo quod pecunia offeratur vel sit restitutioni parata & cõtra illas opiniones supra allegatas non dz hec facultas extẽdi vt etiam comprehendatur sub generalitate verborum. ad predicta allego optimum simile. l. sz & si quis.
5 §. queritur. ff. si quis cautionib. † vbi habetur quod generalis renunciatio casuum fortuitorum non valet in iudicijs: sed oportet quod specialiter exprimantur. vnde non valet ibi tantum genus quantum species. & dicit ibi Bar. communem esse: quia stipulatio pretoria & iudicialis iudicatur secundum mentem & equitatem pretoris qui non patitur aliquẽ decipi sub inuolutione verborũ. ita dicamus in proposito nostro cum tractetur hic de animarum periculis: & sunt opiniones qualis debeat esse vsurarum remissio non debemus saltem dicere quod veniat sub generalitate ne qs decipiatur, & incurrat anime periculum sub verborũ inuolutione. Nec obstat si dicatur qd casus specialis continetur in d. §. queritur. qr dico qd etiam casus specialis extẽditur propter rationis identitatem. vt no. gloss. in l. j. C. de condi. indebi. & videtur text. in c. cum dilecta. de confir. vti. & presertim vbi tractatur de animarum fauore debet fieri extensio etiam iuris penalis. vt no. gloss. in c. sciãt cũ
6 cti. de elec. lib. vj. & in c. fi. eo. tit. & li. Preterea videmus in simili quia matrimonium habet specialem materiã ab alijs obligationibus & requirit spontaneum & liberum consensum. vt in c. cum locum. de sponsa. dispositum est in iure vt mandatum de contrahendo matrimonio nõ veniat sub generali procuratorio: sz oportet quod specialiter exprimatur, vt phat in l. generali. ff. de ritu nup. no. gl. in c. fin. de procu. lib. vi. Jtẽ videmus quod casus notabiles & nota digni non veniunt sub generalitate verborum nisi specialiter exprimantur: vt no. gl. in cle. nõ potest. de procuratoribus. & c. qui ad agendum. eo. titul. libi. vj. & que specialiter nota sunt digna nisi specialiter exprimantur, videntur esse neglecta. c. quoniam. de prebẽ. lib. vj. cum similibus.

Casus consilij sequentis.

Punct⁹ questionis talis est. Qui

dam Nanes Petri cursij de senis decessit nullo pri⁹ per eum testamento condito superstitibus sibi dominabus Euangelista sorore carnali, & Catharina filia spuria ipsius Nãnis defuncti demum apprehensa hereditate per dictã dominam Euangelistã tãq̃ proximiorem per lineã legitimã ipsa domina Euangelista seu alius p̃ ea maritauit dictã Catharinam cuidã Mattheo & pro dotibus suis assignauit sibi florenos quadringentos: & in dicto instrumento dotis inter cetera dicit quod dicta domina Euãgelista filia olim Petri cursij & heres dicti Nãnis dedit &c. Et demum subijcitur in dicto instrumento quod dictus Mattheus promisit dictas dotes cũ antifatto reddere, & restituere dicte domine Catharine & cuidam Francisco p̃senti & recipienti pro dicta domina Euangelista aut cui de iure reddi & restitui debebunt in omnem casum: & euentũ dotiũ restituẽdarũ. &c. Premonitur denique dicta Catharina relicto filio ex illo matrimonio moritur demum dicta domina Euangelista suis filias heredib⁹ equaliter instituit: pri⁹ tñ disposuit de quarta parte omniũ bonoꝝ in quasdã ex filiab⁹: sicut ei licuit ex forma statutoꝝ Senensiũ. ¶ Nũc ab alijs filijs & heredib⁹ dicit dictã dominã Euangelistã non potuisse illã quartã donare illis duab⁹ filiab⁹: qr iam de illa disposuerat prius donãdo dotẽ dicte Catharine quã nõ tenebatur dotare cum esset filia spuria dicti Nãnis. & sic videt donasse de suo presertim cũ in instrumẽto nõ dicat quod hoc fecerit tanquam heres licet nuncupetur heres. Ex parte filiarum dicitur contrariũ. Queritur quid iuris: & an dos illa debeat remanere apud dictum Mattheum cum filius communis iam ex illo decesserit.

¶ Consilium. cxv.

1 Dos dicitur legitima secundum conditionem mulieris.
2 Pater potest filio spurio relinquere pro alimentis vsque ad quantitatem sufficientem.
3 Mulier si maritatur a patre & dos ab ipso patre proficiscitur mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio dos de iure communi redit ad patrem.
4 Pater si vult quod relictũ seu datum causa mortis transeat in filios spuriũ, seu spurie, qualiter debeat dicere.

Videtur primo attingẽdum primum dubiũ quod dicta domina Euangelista non potuerit disponere de sua quarta pte in illas suas filias prout sibi ex statuto Senensi permittitur, obstãte illa dotis assignatione, quam prius fecerat dicte Catharine: qr assignãdo illi dotem, quam nõ habebat in potestate, videtur, iuris interpretatione dotem illã donasse dicte Catharine. vt in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. ergo non potuit postea de integra quarta disponere, cũ iã libere prima disposuerat de quadringẽtis. Nec obstat qd in dicto instrumento nuncupetur heres dicta domina Euangelista, quia per hoc nõ infertur quod fecerit vt heres: cũ illa sint verba pure enunciatiua, que non inducunt dispositionem. vt in c. si papa. de priui. lib. vi. & in cleme. si summus pontifex. de senten. excom. preterea esto quod videatur fecisse vt heres: tamen ex quo vt heres nõ tenebatur illud facere, videt donasse. argu. l. campanus. ff. de operis lib. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. facit. l. cum de indebito. ff. de proba. Quod autem tanq̃ heres non teneretur dotare, patet: qr nec ipse defunct⁹ tenebatur: nec poterat etiã si voluisset, cũ esset filia spuria, nata scz ex dãnato coitu de iure ciuili. vt in aut. ex complexu. C. de incestis nuptijs. ¶ Sed his non obstantibus arbitror in hoc casu sic de iure dicendum, quod dicta domina Euangelista tenebatur tanquam heres dicti Nannis alere dictã Catharinam: quia licet de iure ciuili non teneretur etiã defunctus: vt in d. authen. ex complexu. secus tamen est de iure canonico, cui statur in hoc, tanquam fundato super equitate naturali. vt habetur in c. cũ haberet. de eo qui duxit in matri. vt etiam tenent communiter legiste maxime Bar. & Bal. in dicta authen. ex complexu. vnde quemadmodũ tenebatur defunctus, ita & heres obligatur, qui succedit in locũ defuncti: ad hoc bonus tex. in authen. licet. C. de naturali. liberis. & quod ibi no. maxime per Bal. si autem tenebatur alere, vt supra probatũ est: ergo etiam dotare, cum causa dotis non sit minus fauorabilis, q̃ alimẽtorum causa, imo magis vt not. Cy. in l. non omni. C. de admini. tuto. & Bar. in l. cum plures. ff. eo. ti. & in casu nostro firmauit Bar. in l. si gener. ff. de his qui. vt indi. & in d. authen. ex complexu. & idem ibi Bald. Attamen dico qd dando dotẽ, non debet excedere modũ alimentorũ,
1 seu quantitatẽ dotis, prout conueniebat filie spurie. † dos enim dicit legitima secundum conditionem mulieris, & facultates matrimonij. l. filie. ff. de leg. iij. & l. cum post. §. gener. ff. de iure dotiũ. Si ergo excessit illã quãtitatẽ, que verisimiliter sibi debebatur habito respectu: qr erat spuria: & qr pater non erat ditissimus homo, nec magni generis: videt illã quãtitatẽ dedisse de suo, quatenus dico excessit debitum modum. ar. optimum in l. sancimus. C. de don. & xij. q. ij. in c. si quos. de seruis. & hoc videtur fuisse de mente Bar. in l. gener. preallegata & in dicta authen. ex cõplexu. & in l. fi. §. si a genero. de his que in frau. credi. & illa quãtitas in qua excessit, debet cõputari in quarta ipsius dñe Euangeliste. si autem in nullo excessisse videat, hoc fecisset, tãq̃ heres: & sic nil de suo donasset. & per cõsequẽs potuit postea disponere de integra quarta bonorũ suorũ. Quod aũt hoc videatur fecisse tanquã heres, & nõ sponte de bonis proprijs, probo primo ex eo: quia ibi nominatur heres. nã si nõ fecisset vt heres, illud verbum frustra fuisset ibi appositum, qd nõ est dicendũ. arg. in c. si papa, de priui. lib. vi. l. ij. quando. C. de inoffic. testa. cum verba debeãt aliquid operari. vt ibi. Preterea vbicũq; fit mẽtio de aliqua qualitate in aliqua dispositiõe que habet alterare illã dispositionem, videtur illud factum vigore illius qualitatis. ad hoc tex. optimus cũ ibi no. maxime per Bart. in l. pe. C. de iure delibe. vbi patet, qd si aliquid relinquatur filio, & fit mentio de patria potestate, videt sibi relictum cõtẽplatione patris: qr rõne patrie potestatis acquirit filius ipsi patri. Jta ad propositum cũ tanq̃ heres teneretur dotare: vt supra dixi, si dixit in actu dotationis se heredem, videtur hoc fecisse tanquã heres ex legitima obligatione. ad idẽ facit optime quod legitur & notat in l. cũ post mortẽ. ff. de admini. tuto. vbi si tutor promisit dotẽ, vel curator pro puella, videtur in dubio promisisse de bonis ipsius puelle: nõ aũt de proprio, ex quo bona illa administrabat. ad idẽ. l. fi. C. de dotis promi. vbi idẽ pbatur in quolibet administratore, & negotiorũ gestore &c. vt in dubio videatur soluisse dotẽ de bonis mulieris, nõ aũt de proprio. pro hoc facit, qr in dubio nõ presumitur quis velle donare suũq; donare nihil aliud sit quam perdere. l. filiusfa. ff. de don. facit. l. cum de indebito. ff. de proba. & presertim hoc dicẽdum in casu nostro, in quo potest fieri interpretatio, vt dos nihilominus fuerit debita & dicta domina Euangelista in suis iuribus cõseruetur. ar. optimũ ex his q̃ no. gl. in l. cũ, quid. ff. si cer. pe. & c. cũ inter. P. & c. super hoc. de renuntia. cũ si. & hec quoad primum dubium. ¶ Quoad secũdum vero apud quẽ, scilicet nunc debeat remanere dicta dos post mortẽ dicte Catharine, videt primo qd apud dictũ Mattheũ maritũ dicte Catharine, non ex persona Catherine, sed ex psona filij: qr post mortem Catherine successit filius communis ex illo matrimonio in dotem: nã dos censetur patrimoniũ mulieris l. iij. ff. de mi. facit. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. erciscund.

In bonis

In bonis autem maternis ab intestato succedit filius, vt in auf. in suc
cessione. C. de suis ꝛ legi. ꝛ in corpore vnde sumitur. de here. que ab intes
sta. defe. §. i. ꝛ C. ad officia. per totū. Filio autē succedit ipse Matheus
pater: vt in authentica, defuncto. C. ad tertul. ꝛ in corpore vnde sumit
in authen. de here. que ab intesta. defe. §. consequens. ꝛ §. in hoc quidē.
¶ Sed profecto illud puto dicendū in casu nostro: predicta enim pro
cedit in dote, q̄ est pure ipsi⁹ matris: sed dicta dos non fuit pure ipsi⁹
Catherine. Nam vt predixi, cū esset spuria, nihil de iure ciuili poterat
cōsequi a patre, vel ipsius herede. vt in dicta authē. ex cōplexu. sꝫ solū
ex dispositione iuris canonici poterat habere necessaria ad vitā, ꝛ ad
hoc possunt parētes cōpelli, vt in. d. c. cum haberet. ꝛ per consequens
ipsorum heres. argu. in dicta auth. lꝫ. C. de natu. lib. vt predixi sicut de
bentur alimenta ita dos, cum nō sit minus fauorabilis, imo magis. vt
supra dixi. Data fuit ergo in casu nostro dos loco alimentorum, cū fue
rit data ab herede defuncti, p rationes supradictas. mortua ergo dicta
Catherina debet dos redi ad dictā dn̄am Euangelistā, seu eius here
des, sicut debuissent cedere ad alia bōa simpliciter data p alimētis. Nā
alimenta debentur solum in vita, ꝛ finitur causa alimentorum morte. l.
Mela. ff. de alimē. ꝛ ci. leg. ꝛ l. cū hi. §. cōstat. ff. de trāsa. ꝛ l. hereditatum.
ff. ad l. fal. ꝛ p hoc optime facit tex. in. d. c. cū haberet l. si vnde ista obli
gatio causatur. mādat enim solum necessaria subministrari: necessitas
aūt cessat morte. ꝛ hoc pfecto videtur fuisse de mēte Bar. in locis preal
leg. ꝛ primo in. d. authē. cōplexu. C. de incest. nup. vbi dicit se consuluisse
2 per. d. c. cū haberet. † qd vsq̄ ad quantitatē sufficientē pro alimētis po
test pater filio spurio relinquere. ꝛ eodem modo filie spurie p dote sua:
q: sine aliqua dote non pōt ali, nec nubere. Itēꝫ expressius sensit in. d. l.
si. §. si a socero. vbi dicit, qd si filia spuria fuit maritata a patre, non po
test dos repeti ab heredib⁹ patris ab ipso marito: q: habet eam ex ti
tulo oneroso. sed postquā ad mulierē est reuersa, potest reuocari: q: ha
bet ex donationis titulo. spurie aūt nō potest donari. l. i. C. de nat. lib. ꝛ
hoc dicit verum: nisi quatenus de iure canonico filius, vel filia deberet
habere p alimentis. vt in. d. c. cū haberet. Nec obstat si dicat, ꝛ qd sc̄dꝫ
hoc filius nil habebit ex bonis maternis: q: hoc non est absurdū n mā
ter nil habeat. fingi enim q̄ mater fuisset ducta sine dote: certe i nullo
succedit: ergo vxor debet eū alimētari ex bonis mariti. vt not. Inno.
in. c. per vestras. de don. inter. virū ꝛ vxo. ꝛ ta. ꝛ tex. ꝛ quod not. in. l. si cū
3 dotem. §. finali sit in seuissimo. ff. sol. ma. † Preterea vide aliud simile ma
gis propinquū, si mulier maritat a patre, ꝛ dos a ipso patre proficisci
tur mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio dos de iure cōi
redit ad patrē: non autē ad liberos mulieris defuncte: lꝫ aliud habeat
cōsuetudo, vt est tex. scdm eūdem intellectū in. l. dos a pr̄e pfecta. C. sol.
matri. fortius ergo in casu nostro nō debuit dicta dos trāsire in filiū,
cū solū loco alimentorum a iure permittitur: cā aūt alimentorū expirat
morte: vt supra dixi. ꝛ qd hoc fuerit de mente Bar. allego not. in. l. si. ff.
de his quibus vt indig. in ver. quero vtrum sit alius modus. vbi dicit
qd filio spurio, vel spurie potest relinqui aliquid pro alimentis. Itē p
dote dūmodo nō excedatur modus in relinquendo: q: tunc p̄sumeret
4 fraus. l. i. C. de natu. libe. ꝛ tenet † qd si pater vult, vt relictū seu datum
causa dotis transeat in filios spurii, seu spurie dꝫ pater sic dicere. Re
linquo talem fundū tizio filio meo pro alimentis in vita sua. postea re
maneat ꝛ filijs ipsius spurij: nam vt ipse dicit filijs ipsius spurij pōt pf
relinquere: de quo dicendū vt plenius legitur ꝛ notat in. l. si. C. de natu.
libe. ꝛ sic aperte vult, ꝛ bene, q̄ ex psona patris spurij non possunt filij,
lꝫ legitimi, aspirare ad relictū factū ipsi spurio pro alimētis: q: vt p̄di
xi causa alimētorū finitur morte: sed opꝫ vt capiāt ex dispositione relin
quētis, seu dotātis, qd fieri pōt. d. l. fi. Sꝫ in casu nostro hoc nō fuit di
ctū a dicta domina Euāgelista. qd si fuisset dictū videret donasse filijs
illius spurie, de suo: imo dixit oppositū. Nam voluit ꝛ ita stipulari fecit
suo noie, quod dictus Mattheus restitueret dotē ipsi Catharine, ꝛ illi
Francisco recipienti pro dicta domina Euangelista, aut cui de iure re
stitui ꝛ reddi debebit ꝛc. ista enim sunt verba formalia illius instrumē
ti: sed de iure debet restitui ipsi dn̄e Euangeliste vel suis heredib⁹: q:
cessat causa alimentorum, vt not. in iuribus superius allega. ¶ Qua
re ex oībus predictis concludo qd dicta dos nō debet remanere apud
dictum Mattheū, sꝫ redire ad heredes dicte domine Euāgeliste, que
tenus hoc fecit ex necessitate tanq̄ heres. vt. s. dixi. q: tunc iure succe
dit in loco alimentorum.

¶ Consilium. cxvi.

1 Pater si instituit filium in aliqua re minus quam legitima, potest filius petere supplementum.
2 Pactū de non succedēdo patri aut filio valet, quando tantū quis per capit, quantum sibi debetur occasione successionis.
3 Cōpromittere quis nō pōt in partē aduersam tanquam in arbitrum.

Illud de iure queritur Utrū
visa remissione facta per Antonium columbini in Nardum
patrem ipsius Antonij, ꝛ Nerotium mariani nicoletti, ac laudo inde
secuto per dictum Nerotium de consensu dicti Nardi, aliis non con
tradicente dicto Antonio, ac donatione postea subsecuta per dictū
Nardum in personam dicti Antonij filij sui predicti valeat dictus An
tonius, presertim post mortem dicti Nardi patris sui aliquid petere
in bonis, seu de bonis dicti patris sui occasione sue legitime. Et pri
mo videtur qd possit petere legitimam suam saltem post mortem dicti
Nardi patris sui: quoniam filius non potest excludi, ꝛ priuari heredi
tate paterna sine causa legitima, alias testamentum patris esset nullū,
vt authen. vt cū de appel. cog. §. aliud quoq̄ capitulum. ꝛ legitur ꝛ no
1 tatur in. l. si io preterito. ff. de iniust. rup. ꝛ irri. test. † Et si pater institue
ret dictum Antonium in aliqua re minus valente quam legitima, po
terit petere supplementum. l. omnimodo. ꝛ l. quoniā nouella. ꝛ l. scim⁹.
C. de inoffi. testa. debet tamen conferre quod pater sibi donauit: lꝫ du
xerit in premium emancipationis: q: illa est pura donatio: nō autem fa
cta ob causam legitimam: q: potius pater debet premiari a filio quādo
ipsum emancipat. quā econtra vt probatur in l. cum opꝫ. §. cum autem.
C. de bonis que lib. Et qd talis donatio facta a patre in premiū emāci
pationis debeat cōferri aliā filijs, firmat Bar. in. d. l. cū opꝫ. ꝛ l. vt libe
ris. C. de colla. ꝛ videtur quasi probari ibi in fine litere. Nō obstat si di
cat qd dict⁹ Antonius videt renūtiasse hereditati paterne, in eo qd
remisit se iudicio pris, ꝛ dicti Nerotij, pmittēs se fore cōtētū illa pte
q̄ p illos sibi deputabit, ꝛ nunq̄ amplius aliqd se in bonis dicti Nardi
petiturū, q: pactū de non succedendo patri non valet. l. pactū. C. de pa
ctis. ꝛ l. pactū C. de col. nec obstat si dicat, qd hic interuenit iuramētū.
qd hꝫ cōualidare tale pactū, vt hodie probatur in. c. quāuis pactū. de
pac. lib. vi. notant doc. iuris ciuilis. in. d. l. pactū. ꝛ in. l. si quis pro eo. ff.
de fideius. ꝛ in. l. stipulatio hoc mō cōcepta ff de verbo. obli. ꝛ l. fi. C. de
pac. Quia ad hoc pōt responderi dupliciter. Primo q̄ iuramentū nō
extēditur ad casum nostrū. quoniā dictus Antonius cōpromisit in pa
trē ꝛ Nerotiū: ꝛ iurauit seruare quicqd ipsi circa hoc disponerēt. De
inde non ambo sed solus Nerotius laudauit: vt in certis bonis sibi dan
dis a patre esset cōtentus. ꝛ sic iuramentū cum sit stricti iuris. nō dꝫ ad
istum casum extendi. c. penult. de iureiuran. licet dictus Nerotius dixe
rit se hoc solum fecisse ex cōmissione dicti Nardi: q: videtur q̄ Nardus
nō potuerit hoc remittere in personā illi⁹ tm̄: q: a psona arbitratoris
seu arbitri nō dꝫ recedi, cum videat electa legalitas ꝛ fiducia psone. l. si
quis arbitratu. ꝛ qd ibi not. ff. de verbo. obli. ꝛ l. si merces. ff. locati. ꝛ i
similibus. Preterea ꝛ secundo dictus Nardus illa bona cōtulit dicto
Antonio filio suo nō pro parte ipsum cōtingēte, nec vt satisfaceret lau
do prius lato: sed pure ꝛ sponte in premium emancipationis, ꝛ sic do
nauit ob alteram causam, quam fuerit in laudo expressa vt patet in in
strumento inde confecto: ergo nec laudū nec iuramentū in compromis
so appositum habet dictum Antonium excludere a successione pater
na. ꝛ saltem in dubio debet fieri interpretatio pro dicto Antonio: quia
odiosum est filium excludi a successione paterna. d. §. aliud quoq̄ capi
tulum. ꝛ l. maximum vitium. C. de lib. prete. presertim hodie cum subla
ta sit differentia sexus, ꝛ patre potestatis. authen. defuncto. C. ad ter
tul. ꝛ in corpore vnde sumitur. in authen. de here. que ab intest. dete. §.
cōns. ꝛ. §. ꝛ hoc quidē. Itē q: verba sunt interpretanda cōtra dictū Nar
dum, qui in dicta donatione potuit intentionem suā clarius exprime
re. l. veteribus. ff. de pac. ꝛ regula, contra cū. de reg. iur. li. vi. ¶ Sꝫ his
non obstātibus que vere casui nostro minime preiudicare arbitror, cō
trariam sententiā puto de iure veriorem. videlicet quod dict⁹ Anto
nius nihil amplius possit preter voluntatē paternam sibi vendicare in
bonis dicti Nardi patris sui occasione legitime sue. Et ad hoc tenen
dū moueor principaliter ex duplici capite, quorū quodlibet sufficere vi
2 detur ad ipsius cōclusionē de per se. Et primo rōne nudi pacti. tnā pa
ctū de nō succedendo patri aūt filio, valet qn̄ tantū quis percipit q̄tū
sibi debet occasione successionis. vt singulariter pbatur fm vnū intel
lectū in. l. i. §. si parēs. ff. si quis a parē. fu. ma. ꝛ hoc firmauit Bar. i du
plici loco. s. in. d. §. si parens. ꝛ clarius. l. fina. C. de pac. nec repeti illud di
ctū ab aliquo reprobari: imo q̄ valeat, ratio: quia cessat ratio quare pa
ctū annullatur. nā ratio videt ne pro modico quis renūtiaret successio
ni paterne: vnde voluit lex obuiare deceptionibus. vt no. Bar. in. d. l. si
qs p eo. ff. de fideiu. Que quidē ratio cessat in casu nr̄o, cū in facto ini
bi presupponatur q̄ dictus Antoni⁹ tm̄ p. cepit, quātū sibi tūc debe
ret rōne sue legitime, ꝛ pōt dici q̄ habuerit plus rōne tpis: q: habuit
illa bona in vita, cū non deberētur sibi nisi post mortem patris. l. i. §. si
impuberi a rogato. ff. de colla. bo. not. Bar. in eadē. l. §. nec castrense. ꝛ
in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Excluditur dictus Antonius ex se
cundo capite clarioli. s. ratione iuramenti adiecti. nā iurauit se fore con
tētū illa parte bonorū que sibi daret, ꝛ assignaretur per dictos Nardū
ꝛ Nerotiū, ꝛ promisit amplius nō petere in bonis dicti Nardi: tuncamē
tum tm̄, indubie habet hoc pactū validare. vt in. d. c. q̄. de pactis. li. vi. ꝛ
tenēt legiste in locis superius allegatis. Nec obstat si dicatur qd iura
mentū se non extēdat ad hunc casum: q: dico p imo extenditur si bene
verba dicte remissionis, ꝛ donationis inde secute, ac laudi ponderen
tur. Nam dictus Antonius solēniter coram officialibus mercatie cō
stitutus in presentia patris sui, ꝛ de eius consensu, ꝛ authoritate asser
uit se nō velle amplius cōmorari cū Nardo eius patre, ꝛ volēs se remit
tere in manibus ipsius Nardi, ꝛ Nerotij, qui dent ꝛ faciāt sibi illā ptē

de bonis dicti Nardi, q̃ placebit dictis Nardo ⁊ Nerotio omni modo
iure ⁊ forma ⁊c. libere ⁊ pure ⁊ simpliciter remisit se in dictos Nardũ
patrẽ suũ ⁊ Nerotiũ dãs ⁊ concedens dicto Nardo ⁊ Nerotio plenã li
cẽtiã, ⁊ authoritatẽ cõcedendi ⁊ dãdi ipsi Antonio de bonis dicti Nar
di totũ, ⁊ quicquid videbit ⁊ placebit ipsis Nardo ⁊ Nerotio: ⁊ p̃misit ⁊
cõuenit dictus Antonius dicto Nardo stipulãti ⁊c. vlterius nõ pete
re de bonis dicti Nardi patris sui: sed remanere tacitũ ⁊ contentũ pte
q̃ sibi fieret per dictos Nerotiũ ⁊ Nardũ ⁊ iurauit corporaliter tactis
scripturis cõtra predicta nõ venire ⁊c. vnde ponderando diligẽter oĩa
verba superius recitata que sunt formaliter verba instrumẽti confecti
super dicta remissione nõ habebãt dicti Nardus ⁊ Nerotius aliquid iu
dicialiter seu in forma iudicij iudicare: sed solũ per verba facti fuit hoc
eis remissum, facit qd legitur ⁊ notatur in c. quintauallis. ⁊ c. veniẽs.
de iureiu. ⁊ in l. societatem. §. arbitrorũ. cũ l. se. ff. pro socio. vnde dictus
Nerotius fuit assumpt' tanq̃ bonus vir ⁊ amicus. vt in l. ij. ff. de arb.
Nardus vero erat pars, vnde poterat se impedire vigore remissionis
sibi facte. q: põt quis in partẽ aduersam tanq̃ in arbitratorem ⁊ bonum
virũ se remittere: vt in dictis. c. quintauallis. ⁊ c. veniẽs. ⁊ l. si libertus.
ff. de operis liber. satis ergo est ad validitatẽ actus vt appareat quali
tercũq̃ de istorum volũtate ⁊ placẽtia seu eorum iudicio cum vt dixi,
nõ habeãt isti iudicialiter iudicare nec corã eis poterat esse iudiciũ. vt
no. Inn. in d. c. quintauallis. aliter nõ potuisset in dictũ Nardum com
1 promittere: †quia tanq̃ in arbitrũ non potest quis compromittere in
partem aduersam. l. penul. ff. de arbi. voluntas autem alicuius expri
mitur nedũ verbis sed factis: imo facta sunt fortia ad declarandã tam
voluntatẽ q̃ verba, que sepe proferunt contra intẽtionẽ proferẽtis. vt
in c. dilecti. de appel. ⁊ c. estimant. xi. q. iij. cũ multis iuribus ibi allega.
in glo. Nerotius aũt satis declarauit verbis intentionẽ suam laudãdo
expresse ⁊ exprimẽdo bona que deberẽt assignari dicto Antonio p sua
parte iuxta tenorem remissionis. Nardus autẽ approbauit nedũ illud
laudũ approbãdo: sed etiã factis: q: punctualiter assignauit dicto An
tonio omnia laudata per dictũ Nerotiũ. ergo satis apparuit de volũ
tate ⁊ placẽtia dictorũ Nardi ⁊ Nerotij in quos facta fuit remissio vt
dictus Antonius esset p sua portione cõtentus dictis bonis. ⁊ p hoc
12 runt potestatē, nisi per illa verba generalia ¶ Cōcludo ergo quod in persona Petri et aliorum fuit data potestas toti ecclesie, tanquam corpori: et pape, tanquam huius corporis capiti: et quod proprie omnes sacerdotes erant successores apostolorum: sed propter schismata tollenda fuit ordinatum, vt non omnes sacerdotes haberent potestatem clauium, saltem in iurisdictionalibus: sed aliqui eligendi ex eis, qui appellarentur episcopi: sed sacerdotibus reliquis adhuc fuit dimissa potestas respectu sacrorum administrandorum capitu. videntes. et colligitur aperte ex dictis Hieronymi et Pauli supra allegatis. hoc vt puto considerās beatus Gregorius cum humilitate respondens, quando reprehendit patriarcham Alexandrinum, qui in prefatione epistole quam miserat ad eum, appellauit eū vniuersalem papam dicens, quod illa verba vanitatem inflant: charitatē vulnerant, cum per hoc detrahitur aliis prelatis. Nam si papa esset vniuersalis alii pro nihilo essent: quod non est dicendum, et de hoc est textus pulcherrimus in cap. ecce. xcix. distinctione. et propter hanc potestatis vnionem post resurrectionē Christi apostoli, de nouo elegerunt Petrum in principem eorum, et ecclesie, dando hanc formam cunctis successoribus. vt dicit textus in c. sacrosancta. in fine. xxii. distinctione. et Christi apostoli potestatem et authoritatem acceperunt a Petro predicandi: vt innuit textus. et clarius Hugo, in preallegato. c. ita dominus. non enim debent membra corporis, seu ipsum corpus moueri, sine dispositione capitis ¶ His tanquam pro fundamento premissis, venio nunc ad solutionem huius principalis questionis, quam ampliando facio tria membra: Aut enim subest causa remouendi prelatos: et hoc constat. Aut enim nulla subest causa rationabilis: et hoc est

pertum. Aut dubitatur de existentia cause: quia papa eos simpliciter re
mouit. Primo casu dico quod papa etiam solus potest remouere quem
cunque prelatum siue causa priuatur a priuando: quia deliquit: siue oritur ex
bono publico quia non potest ille proficere plebi. pro primo facit. c. ij.
de transla. episco. z. ix. questione. iij. c. sicut per mundum. Pro secundo quod
legitur et notatur in. c. nisi. de renuntia. debet tamen illi remoto hoc se
cundo casu saltem ex honestate dari bonum cambium. vt dicit Innocen.
in dicto. c. nisi. cum ipse papa sit caput totius ecclesie ex dispositione prin
cipaliter diuina. c. ij. nouo. et c. sacrosancta. preallegat. et in euangelio
supra recitato potuit pro salute totius corporis vnum membrum pu
tridum vel inutile prescindere ne inficiat alias corporis partes. Unde
Christus in euangelio: Palmes qui non facit bonum fructum excide
tur et in ignem mittetur et c. Et Juda propter suas iniquitates remoto
alius scilicet Matthias fuit positus in locum suum. Actuum. ij. cap.
Quinimo et hac potestate amplissima quam a Christo recepit potest solus
etiam sine concilio deponere ex causa Imperatorem: licet de honestate
requisiuerit concilium in depositione Federici. vt clare legitur in. c. ad
apostolice. de re iudicata. lib. vi. Nam solus regem Francie tanquam inuti
lem deposuit. vt in. c. alius. xv. questione. vi. Et ex quibus causis potest
deponi Imperator seu Rex vide bonam glossam in. c. si Papa. xl. dist.
in dicto. c. alius. et plenius per Hostiensem et Joannem andream in di
cto. c. ad apostolice. et per hoc etiam puto quod solus Papa potest etiam
deponere Cardinalem ex causa: ita vt non sit necesse conuocare concilium
et si conuocatur non est necesse quod concilium deponat: sed ipse Papa
vt sentit Innocentius in glossa in. c. ex gestis. de clericis non residenti
bus in ecclesia vel preben. licet aliud senserit in cardinalibus Hostiensis
ibi. sed primum plus placet: et hodie probatur aperte in. c. vnico. de schis
maticis. libro sexto. concilium tamen collegii cardinalium in huiusmo
di arduis requirendum est. Est enim quasi in possessione vt ardua non
explicentur sine consilio collegii, vt notat Joannes monachus in. c. su
per eo. de hereticis. libro sexto. et quod illa possessio potest de iure de
fendi in dicto textu valde singulari in. c. per venerabilem. qui filii sint le
gitimi. in versiculo rationibus et c. per quem tex. potest ratione sustine
ri maxime ex authoritate diuina, que ibi inducitur quod etiam certam
formam pactionis debet consilium cardinalium in arduis per papam requi
ri. et per illum textum potest sustineri vna singularis opinio Laurentii
quam recitat Archidiaconus in. c. sunt quidam. xxv. questione. i. vbi di
cit quod generalem legem scilicet de vniuersali statu ecclesie condere non
potest Papa sine Cardinalibus: sed particularem sic. arguitur. xi. distin
ctione. catholica. sed tu tene menti illud. c. per venerabilem. quia non so
13 let ad predicta alleg. ¶ † An autem pretermisso consilio cardinalium
veniant gesta per solum papam reuocanda: vide quod dixi in. c. ex gestis.
de cleri. non residenti. in lectura. Per predicta etiam dico glossam non
simpliciter verum dixisse in. c. anastasius. xix. distinctione. que dicit Pa
pam arctari ad requirendum concilium, vbi de fide agitur. et sic synodus
est maior papa. quod ego simpliciter non fateor: quia expresse vi
detur contra tex. in. c. maiores. de baptismo. vbi patet quod questiones
maiores fidei debent referri ad sedem Petri: et sic ad Papam. vnde no
tabilis tex. xxiiij. questione. i. c. hec est fides. vbi patet quod solus papa po
test corrigere errores circa fidem. Item in nulla parte noui testamenti
legitur quod concilium papa non errante sit supra Papam in causa fidei.
vel quod concilium necessario sit vocandum. Fateor tamen vbi dubium
esset maximum ita quod etiam papa dubitaret tunc debet conuocare
concilium: quia tota ecclesia errare non potest. Pro ea enim in persona
Petri orauit Christus. vt est glossa singularis in. c. a recta. xxiiij. ques
tione. i. et notatur in dicto. cap. maiores. et in hoc casu dubio facta fuit
conuocatio in Hierusalem super circuncisione fienda. Actuum. xv. nec
per hoc minuitur potestas pape: quia istius potestas includitur in con
cilio quia vt supra dixi tota potestas est apud ecclesiam: sed papa est caput
totius corporis: et per eum explicatur nomine ecclesie. iuxta illud Do
minicum. Dic ecclesie et c. Matthei. xviij. Ad capitulum, anastasius.
quod videtur innuere contrarium, dico quod debet intelligi quando pa
pa vellet aliquid statuere contra iam statuta per concilium in causa fi
dei. nam doctrina illius Acacii fuit damnata. xxiiij. questione. i. capit. i.
Hoc enim casu quando papa vellet statuere in causa fidei contra statu
tum per concilium presumitur errare: quia ipse posset hereticus esse et in
sufficiens. vt in. c. si papa. xl. distinctione. et in. c. i. de renuntiatio. libro
vi. sed tota ecclesia non. et hoc casu potest intelligi quod synodus est ma
ior papa: alias secus. dico etiam vnum quod videbitur magis nouum
quod si papa etiam in facto fidei moueretur melioribus rationibus et
authoritatibus et diffinitionibus quam concilium standum esset diffinitioni
pape. nam concilium potest errare sicut errauit quando disposuit vt
inter raptam et raptorem non posset consistere matrimonium: et tamen
Hieronymus dixit contrarium motus melioribus rationibus et autho
ritatibus iuris diuini et dictum eius fuit prelatum dispositioni totius
concilii. vt. xxxvi. questione. ij. tria. cuncto. c. placuit. vbi glossa. et vide
glossam meliorem et Archidiaco. in. c. i. xx. distinctio. in versiculo. illo
rum. nec obstat si dicatur quod tota ecclesia non potest errare cum Chri
stus pro eius fide orauerit. vt supra dixi. dico enim quod concilium gene
rale licet representet totam ecclesiam non tamen est tota ecclesia.

Nam fides potest remanere nedum in papa solo: sed etiam in vna vetu
la, et sic fides conseruaretur: sicut accidit post passionem Christi, quod remansit
sit apud beatam virginem: vt communiter dicunt theologi, et enim ideo Chri
stus orauerat, vt non deficeret fides ante passionem, sed vt dixi, non defi
ciet ex quo conseruatur in vno, quicunque sit ille. et hac forte ratione dixit gl.
in. c. quis. xxi. distinctione. per illum tex. quod vbicunque sunt boni, ibi est ro
mana ecclesia. nam ecclesia Romana nullam debet habere maculam, vel
14 rugam. ¶ Ex quibus concludo † quod papa solus tanquam caput potest exer
cere omnimodam iurisdictionem exposcente causa rationabili: nec est opus
conuocare concilium pro consensu habendo. Alii vero prelati non exercent
sine dispositione capitis, scilicet pape. habent enim potestatem a deo: sed
in illa submissi sunt Pape tanquam capiti, et forte ad hoc designandum Pe
tro dixit multa separatim, sed aliis apostolis locutus est coniunctim, et
generaliter. vnde Petro dixit, Tu es Petrus, et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. Ideoque dixit, Pasce oues meas. et non semel, sed ter,
et pro sua fide specialiter orauit, et tum admonuit. vt fratres suos in fide
conseruaret, dum dixit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua,
et tu conuersus confirma fratres tuos. Item considera quod in singulari di
xit Christus. Fiat vnum ouile, et vnus pastor, et sic vnum voluit esse pa
storem, et non plures: sed hanc potestatem pascendi contulit Petro, dum dixit,
Pasce oues meas. et sic fecit eum pastorem, et non plures loco sui. ipse
enim erat, et est verus pastor, et pontifex, vt de se ipso dixit: Ego sum pa
stor bonus. alii namque apostoli fuerunt coadiutores, et cooperantes: et ideo
recte dicitur quod papa fuit assumptus in plenitudinem potestatis.
alii in partem solicitudinis. c. ad honorem. de authoritate et vsu pallii. ¶ Ue
nio ad secundum casum quando istos remouet sine causa rationabili, et hoc
constat. et credo quod remotio illa non valeat, nec sit papa sustinendus si
milis atticitia, primo ad hoc induco tex. apertum in. c. sicut alterius.
vij. questione. i. vbi dicitur, quod quemadmodum vxor carnalis viro viuen
te non potest ab alio desponderi et desponsari: ita nec sponsa eius, que est eccle
sia, cum sit ei alligata non potest illo viuente ab alio desponderi seu de
sponsari sine ipsius voluntate, et consensu: alias adulterabitur. et post pau
ca subdicitur, si autem voluntate eius ad aliam ecclesiam fuerit mutatus. pote
rit non per se, sed authoritate Romane sedis se transferre, et sic Roma
15 na authoritas valet, vbi subest causa dissoluendi. † Secundo induco aliud
bonum textum in. c. quanto de translatio. episco. vbi dicitur, quod matri
monium spirituale consistens inter episcopum et ecclesiam, non potest
per hominem dissolui, et quod cum romanus pontifex ecclesiarum neces
sitate, vel vtilitate illud dissoluit, non puri hominis: sed veri dei vices
gerit. vnde pondero verbum necessitate, vel vtilitate et c. Ad idem capitu
lum. ij. eodem titulo. in eo enim dicitur, quod illius dissolutionem deus presu
mendus est reseruasse suo iudicio, sicut sibi reseruauit dissolutionem con
iugii carnalis: sed obligationem et vinculum dei authoritate in ecclesia
non potest papa sine causa dissoluere. xxiij. questione. iiij. cap. si is qui.
sicut in simili dicimus de iuramento, voto, et aliis que sunt de iure diui
no: que sine causa a papa remitti non possunt, iuxta notata in. c. quanto.
de iureiurando. et per Innocen. in. c. cum inter. P. de renuntia. nam dis
soluere tale vinculum ex sola voluntate esset contra dispositionem diuinam,
et ordinationem apostolicam, et sanctorum conciliorum, et aliorum authori
tatem romanorum pontificum: atque contra rationem iuris naturalis, et ci
uilis. esset enim contra dispositionem diuinam: quia Christus in persona
apostolorum misit episcopos, et omnes sacerdotes ad predicandum et sa
cramenta ministranda: quare sine causa ex quo semel sunt vocati, non de
bent reuocari: quia qui spiritu dei ducuntur, non sunt sub lege. vt in. c.
cum ex iniuncto. de hereticis. et in. c. licet. de regula. et cap. due. xix. q. ij.
dignior enim est lex priuata, que scilicet infunditur in cordibus homi
num per spiritum sanctum, quam lex publica, que editur per papam. Christus
enim dei lex est, et nemo potest spiritui sancto resistere, vt dicit tex. in di
cto. c. due. et si dicas quod isti fuerunt vocati a papa, et non a deo, Respon
deo quod imo a deo: nam in ordinatione superior mittit manum et deus
inuisibiliter administrat gratiam, et dat potestatem. i. questione. i. mul
ti. et c. dictum. et facit. c. cum deputati. de iudiciis. ibi, gratia diuina vo
cati et c. nec deus voluit remouere Judam ab apostolatu, quem semel vo
cauerat, licet subesset causa, ex quo illa non erat aliis nota. vt in. c. si sa
cerdos. in fi. de offi. ordina. imo eum misit ad predicandum sicut alios.
Matthei. xviij. et expressius per textum in. c. christus. i. questione. i. nec
apostoli subrogassent alium, nisi ille se suspendisset. Actuum. ij. et quanquam iste
administrationes speciales sint de iure positiuo. vt in. c. ij. xij. distinct.
tamen dico quod succedunt loco administrationis generalis, ad quas
Christus vocauit omnes sacerdotes. vnde debent esse loco illius, sicut
de baptismo dicimus, quod succedit loco circuncisionis. de baptismo. ma
iores. et quod in simili habetur in. c. ecclesia. vt lite non contestata. et per
Innocen. in. c. ex ratione. de appellationibus. et quod hoc sit verum pa
tet: quia dicimus deum reseruasse sibi dissolutionem huius coniugii: vt
in iuribus preallegatis. quod non esset, si prorsus esset de iure humano.
et idem per omnia dico in aliis sacerdotibus respectu administrationis
sacramentorum per supradicta. et contra ius diuinum papa sine causa
venire non potest. vt in dicto. c. sunt quidam. et per Innocen. in. c. que in
ecclesiarum. de constitu. pro sacerdotibus vero vide bonum text. in. c. sicut
in vna. xxi. q. ij. vbi dicitur, quod etiam inter presbyterum et ecclesiam suam

contrahitur

contrahitur matrimoniū spirituale:qꝛ ex quo semel est collata vni, nō
debet dari alteri, vel pluribus simul:qꝛ debet esse vxor, nō scortū, ꝛ dic
qḋ licet nō sit ita strictū matrimoniū, sicut inter episcopū ꝛ ecclesiā suā:
qꝛ ipse solus in signū matrimonij portat annulū: iuxta notata in.c.cle-
rici.de vita ꝛ honesta.cleri.tamē largo modo inter inferiores ꝛ ecclesiā
contrahitur matrimoniū.vt in.d.c.sicut.ꝛ de electio.c.ne p defectu.vbi
per mortē abbatis etiā dicitur remanere viduata ecclesia. Itē presby-
teri inferiores etiā alio respectu sunt electi iure diuino:cū ipse domin⁹
vltra duodecim apostolos designauit septuaginta duos discipulos, ꝛ
misit eos ad predicandū.vt Luce.x.ꝛ trāssumptiue per Gratianū in.c.
f.xxi.dist.quorū vicē ꝛ formā gerūt presbyteri inferiores hodie in eccle-
sia dei, vt dicit tex.in.c. preallega.ꝛ clari⁹ in.c.in nouo.xxi.dis.in fi.ꝛ licꝫ
tex.ibi dicat,qḋ apostoli elegerūt illos,dꝫ intelligi qḋ ministraliter: sꝫ
deus elegit authoritate:vt pbat in euāgelio preallegato.ꝛ no. per gl.
ꝛ doc.in.d.c.j.ꝛ sic eadē ratio est in eis,ꝛ ex hoc solo capite pōt talis re-
motio facta vitiari. Dixi etiā qḋ est ꝫ ordinationē apostolorū: nā apo-
stoli ordinauerūt vt epi ꝛ alij pbyteri ponerent in ecclesiis,ꝛ essent per
petui:ergo papa sine rationabili cā nō deberet facere cōtrariū:cū hoc
cōcernat statū vniuersalis ecclesie. Nā si posset remouere vnū, sic etiā
alios ꝛ plurimos: ꝛ alteraretur status ecclesiastic⁹:vt pbatur in.c.pue-
nit.xi.q.i.vbi dicit tex.in fi.si sua vnicuiqꝫ episcoporū iurisdictio nō ser
uetur, qd aliud agit,nisi vt p hos,per quos ecclesiasticus ordo custo-
diri debuit,cōfundat:ꝛ ꝫ ordinationē apostolorū papa venire nō pōt,
tex.est apertus in.d.c.sunt qdā.xxv.q.i ¶ Quod aūt apostoli hoc or-
dinauerūt,patet in.c.j.xcix.distinctio.ꝛ in.c.in illis.lxxx.distinctio.ꝛ.c.vi-
dentes.xij.questiōe.i.ꝛ Actuum.xiiij.dicitur,quod Paulus ꝛ Barna-
bas cōstituerunt in Derben ciuitate, presbyteros per singulas eccle-
sias:ꝛ apostolus ad Corinthios.vij.in ea vocatione qua vocatus es
est, maneat ꝛ trāssumptiue.xxi. questione.i.c.j. ¶ Tertio dixi hoc esse
cōtra authoritatē conciliū,ꝛ hoc aperte apparet in.c.sicut.xxi.qōne.ij.
ꝛ.c.inuentum.xvi.q.vij.vbi fuit diffinitum in cōcilio quod non nisi pro
graui culpa ab ecclesia sua amouendus sit quis. Cōtra cōcilia vero cō-
cernentia statū vniuersalē ecclesie,papa dispēsare sine cā nō pōt:vt legi-
tur ꝛ notat in.c.que ad perpetuū.ꝛ.c.contra.xxv.q.i. Nā manet Petri
priuilegium, vbi. vnqꝫ ex ipsius equitate fertur iudiciū:nec nimia seue-
ritas vel remissio est, vbi nihil ligatum erit, vel solutū,nisi quod beat⁹
Petrus aut ligauerit aut soluerit:vt not.di.in tex.in.c. manet.xxviij.
q.i.ꝛ apertius in dicto.c.contra ibi dicit tex. quod contra statuta pa-
trum ꝯcedere vel mutare, nec huiusmodi quidem sedis potest authori-
tas. hinc Augustinus cū successisset Valeriano episcopo in episcopa-
tu dixit sibimetipsi hec vba adhuc in corpore posito patre meo,ꝛ epi-
scopo sene Valeriano episcopus ordinatus sum,ꝛ sedi cū illo,quod in
cōcilio Niceno fuisset pbibitū nesciebā, nec ipse sciebat. ¶ Dixi quar-
to qḋ est cōtra authoritatē romanorū pontificum.hoc clarum est,nam
dixit tex.Grego.lvi.distin.satis peruersum.ꝛ cōtra ecclesiasticam pba-
tur esse censuram,vt frustra quorūdam parentū voluptatibus suis
cōmodis qs priuetur ꝛc.ꝛ in.c.pcepta.lv.distin.vbi dicitur, ꝙ beneficia
debent esse perpetua,ꝛ nō debet eis quis priuari, etiā si sit impotens
ad seruiendū.ꝛ latius habet in titu.de cle.egro.ꝛ.c.vnico.de capel.mo-
na.lib.vi.nec papa sine causa debet posse tale statutū ecclesie alterare:
tum quia cōcernit vniuersalē statū ecclesie,vt ad placitū prelati nō re-
moueatur:tum quia decoloraret status ecclesiasticus.nam alij vidētes
ad libitum rectores remoueri,timerēt:neqꝫ de facili inuenirētur,q vel-
lent ecclesie militare vt no.dicit tex.de cleric.egrotant.cap.j.ꝛ vbicūqꝫ
contingit ecclesie decoloratio,papa immutare nō potest aliquid.capi.
ꝛ si illa.iij.qḋ.vij.not. Archi.in dicto.c.sunt quidā.ꝛ facit quod not.
Abb.in.c.nulli.de senten.exco.vbi dicit, qḋ papa sine cōcilio nō potest
tollere canonem si quis suadente.xvij.qḋ.iiij.ꝛ facit illud cap.nulli.vbi
legitur ꝛ notat, ꝙ papa nō potest sine causa dispensare, vt impune qs
cōmunicet cum excōmunicato cōtra doctrinam apostoli.ista enim que
sunt fundata super doctrina fidei,ꝛ bonis morib⁹,ꝛ ad decorē ecclie,
nō debent relaxari sine causa.nam tunc papa non diceretur oues pasce-
re:sicut ei iniūctū fuit:sed disperdere,ꝛ necare,ꝛ ecclesiam deprimere,
ꝛ deteriorare.ꝛ sic potius cōuinceretur errare, ꝙ legē dare.argumē.c.j.
xl.distinctio.ꝛ dicto.c.sunt quidam.ꝛ.c. que ad perpetuam.ꝛ.c. contra.
¶ Quinto dixi,qḋ est cōtra rationē naturalem ꝛ ciuilem:ex quo enim
semel placuit, nō debet amplius displicere.xxxij.questio.v. horrendus.
ꝛ regula,quod semel placuit.de regu.iuris.libro.vi.ꝛ sic in contrahen-
do hoc matrimonium requiritur consensus perficiendi a principio ea.
cum inter canonicos. de electio. de preben.cap.si tibi absenti.libro.vi.
ita ꝛ fortius debet requiri in dissoluendo vt ibi.nihil enim tam natu-
rale,quā vt vnūquodqꝫ vinculū dissoluat eodē modo,quo ligatū fuit.
de reg.iur.c.j.ꝛ in.l.nihil tam naturale.ff.eodem.ꝛ.l.i.ꝛ.ij.C.quando li-
16 ceat ab empti.disce. ¶ Item etiā fm leges ciuiles non licet habere fi-
lios temporales.l.si tibi.alias,quesitū.ff.de adoptio.ꝛ id qḋ nobis acq-
sitū est,sine nostro facto a nobis euelli nō potest.in.l.id quod nostrum.
ff.de regu.iur.ꝛ.c.ab eo.de elec.lib.vi.facit.c.ij.de preben.libro.vi.vbi
solum dicit quod papa potest cōcedere beneficia vacantia,vel ex pleni-
tudine potestatis dare ius ad vacatura:non autem dicit quod de fa-
cto potest aliquem priuare. ¶ Sexto ꝛ vltimo per authoritatem glo.

17 x.distinc.ꝛ Archidia.ibi,vbi cōcluditur papam nō posse cessante legi-
tima causa diuidere episcopatū in duos,sine cōsensu episcopi.p.c. mul-
tis.xvj.q.i.ꝛ cōtra id qḋ sentit Jo.and.in.c.qḋ ob gratiam.de regu.iu.
lib.vi.in mercurialibus.in illa questione, nūquid potest papa aliquem
prelatū transferre inuitū:ꝛ videtur concludere ꝙ nō causa nō existēte:
ꝛ forte ob hoc papa Alexander vltimus statuit in concilio Pisano,
vt nullus epūs trāsferretur inuitus.ad predicta facit optime.c. cōquerē-
te.de resti.spolia.vbi dicitur,qḋ nō decet honestatē superioris sine ma-
nifesta ꝛ rationabili causa spoliare aliquem suis beneficiis.cū tenéatur
illis paterna prouisione cōsulere.facit.c.cum sm apostolū. iūcta glo.fin.
de prebē.ad idem gl.in.c.j.xxij.distin. que dicit papam non debere ius
vnius ecclesie sine causa alteri dare. ¶ Venio ad tertium membrū, scꝫ
quando dubitatur,an subsit causa,ꝛ multa in hoc possunt allegari: sꝫ
nō insistā ppter prolixitatem euitādam:sed qḋ presumi debeat,faciunt
notata per legistas in.l.fi.C.si cōtra ius vel vti.publ.ꝛ in.l.pscriptione.
C.de preci.impera.offe. vbi cōmuniter volunt causam presumi in prin-
cipe,etiam si agatur in his que cōpetunt alicui de iure gentiū,ꝛ etiam ve-
bis que sunt de iure diuino,si in illo reperitur alias dispensatum.ꝛ no.
per aliquos in dicto.c.que in ecclesiar. Ego vero distinguo sicq̇ḋ aut
papa disponit perturbando vniuersalem statum ecclesie,nulla ratione
apparente,ꝛ nō est sustinendum:vñ nō presumetur tunc iustitie causa.
pro hoc facit notabile dictum Innocen.in.c.quāto.de consuetu.vbi di-
cit papā non esse sustinēdū,si sine magna causa,ꝛ alias nota,vult muta-
re vniuersalē statuꝫ ecclesie: vt puta,si vellet auferre episcopis potesta-
tem chrismādi:vel baptizandi sm eū. ¶ Idem dicerem in casu propo-
sito,si vellet deponere oēs epōs,vel maximā multitudinem, ꝛ sic iudi-
cio meo posset intelligi ꝛ saluari gl.in.c.per principalē.ix.q.iij.que dicit
papam nō posse deponere omnes epōs,sed vnum sicqꝫ in vno psume-
tur causa,non sic in omnibus, vel in magna multitudine ppter graui-
tatem preiudicij.argumen.optim.in clementi.pastoralis. de re iudica-
ta.nam ꝛ Paulus solus reprehendit Petrum,cum videretur deuius
re a regulis,ꝛ doctrinis communibus euitando gentiles, iudaizando
in moribus.c.paulus.ij.q.vij.ꝛ originaliter habet ad Galatas.ij.c.vbi
dicitur, ꝙ Paulus restitit Petro in faciem,eo qḋ reprehēsibilis erat.
multo ergo fortius hoc poterit tota ecclesia: ꝛ hoc faciunt etiā ex ge-
nerali potestate sibi tradita a dño:vt supra dixi.nam si caput dolet, ꝛ
errat,dꝫ totū corpus resistere:qꝛ nō est tūc bonus paterfamilias.vnde
Hieronym⁹.xciij.dis.legimus.dicit, ꝙ orbis est maior vrbe.ꝛ si dicere-
mus ꝯtrariū,posset papa adducere ad cōfusionē totā ecclesiā. qḋ nō est di-
cendum.cū deus orauerit pro ea.vt supra dixi. In aliis vero particula-
ribus vbi nō perturbatur vniuersalis status ecclesie,ꝛ fides nō violat,
presumendū est pro eo,qḋ nō inducatur sine causa rationabili.p hoc.c.
cum a nobis.in fi.de testibus.ꝛ.c.de literis.de pbatio.vbi bonus tex.cū
gl.ꝛ sic salua dictū legistarū.instar enim sacrilegii habet disputare de iu-
dicio principū.xvii.q iiij.c.si qs suadēte.§. qui autē.ꝛ in.l.ij.C. de crimi.
sacri.ꝛ maxime dicendū est hoc in papa,quem merita Christi ꝛ Petri
aut sanctum inuenerunt,aut sanctum faciunt.c.i.xl.distinctione.ꝛc.
¶ Nūc restat respōdere ad cōtraria,ad que breuitatis causa sigillatim
nō respōdeo:maxime quia si quis bene predicta librauerit, cōtrariam
recipiet limitationē,per ea que dixi in solutione. Nam fatēdū qḋ papa
potest ex causa dispēsare quandoqꝫ circa ius diuinū,ꝛ dispositionē con-
ciliū,ꝛ vniuersalem statū ecclesie,ꝛ authoritatem summorū pōtificū: sꝫ
vbi omnino cessat causa nō potest:vt plene liquet ex predictis.ꝛ ad.c.j.
de renuntia.lib.vi.dic,qḋ papa renūtiauit ex causa.nam sine causa pec-
caret.per ea que habentur in.c.nisi cū pridem.de renūtia.ꝛ per ea que
notantur in dicto.c.j. Et aduerte circa hoc coniugium spirituale: con-
trahitur enim primo cōiugium cum ecclesia vniuersali.cum vnicus sit
in se episcopatus, vt predixi.ꝛ dicitur cōtrahi,eoipso qḋ episcopus cō-
secratur.tūc enim imprimitur ei character, qḋ per nullū ꝙ per deū de-
leri potest,ꝛ remanet post mortē:vt legitur ꝛ notat in.c.ij.xxxij.qḋ.vij.
ꝛ hoc est illud cōiugiū spirituale,qḋ fortius est ꝙ carnale: cū illud dis-
soluatur morte.c.penul.ꝛ vlti.de secundis nuptiis.ꝛ plenius de hoc p
Hostien.in.c.inter corporalia.de transla.episco.qui sic intellexit princi-
pium illius.c.i. ¶ Secūdo contrahitur matrimonium spūale:scꝫ inter
epm ꝛ illā ecclesiā particularē,cui preficitur. ꝛ hoc cōiugium nō est ita
forte,sicut carnale:tamen non potest dissolui ab homine ad instar car-
nalis.dicto.cap.ij.sed per papam ex causa potest dissolui:sine causa vo
nō:quia saltem designat cōiunctionem que cōsistit in spiritu inter chri-
stum ꝛ fidelem animā.vnde queadmodū inter christū ꝛ fidelem animā
signatum nō dissoluitur sine causa:ita nec signū. nō obstat dictū Spec.
procedit enim vbi nō decoloratur status ecclesie vniuersalis: nec ledit
directe vel indirecte ordinatio dei:vt ipsemet Speculator voluit.c.ti.
sub rubrica de dispen.§.nūc breuiter.circa finem.vbi posuit casus plu-
rimos:in quibus dispensare nō potest:ꝛ maxime in versicu.xij.ꝛ sequē-
ti.vbi tenet inter cetera ꝙ dispensatio pape nō valet contra euāgelia,
vel vniuersalē statum ecclesie:seu vbi decoloratur status ecclesie, vel cō-
tra ea q̄ sancti patres diffinierūt bene per.c.ꝛ si illa.i.q.vij.ꝛ.xxv.q.i. ꝙ
ad perpetuam.ꝛ.c. contra.ꝛ.xv. distinctio.c.ij.cum similibus. sic etiam
limitandum est dictum Bal.maxime cum ipse nihil boni alleget.ꝛ.ca.
omnis.loquitur in translatione fienda ex causa.capi.si gratiose.non lo-

quitur vbi matrimoniũ esset contractum inter prelatũ & ecclesiam: sed
quãdo dispẽsatio fit ad tempus propter vtilitatem personarum quam
papa ex causa facere potest. argum. c. de multa. de preben. in fine. & hec
sufficiant quo ad primam questionem: & non miretur quispiam de pro-
lixitate adhibita in hac prima questione, quia nõ parum est attingere
& explicare fundamentũ potestatis totius vt ita, dixerim ecclesie. & q̃
ex superius dictis facilius infertur ad decisionem aliarum questionũ
in quibus breuitatem cũ hac prolixitate cõpensabo &c. ¶ In secunda
questione arguitur q̃ prefata appellatio non debuerit per concilium
admitti. nã appellatio est ꝓprie de minore iudice ad maiorẽ ꝓuocatio.
ij. q. vi. anteriorũ. adeo q̃ etiam si per errorẽ appellatur ad minorẽ iu-
dicem non valet in aliquo appellatio. l. i. ff. de appel. sed concilium non
est supra papam: imo concilium recepit autoritatem a papa, vt in. c. si-
gnificasti. in si. de elec. & xx. distin. ꝙuis. patuit clarius ex multis supra
in primo dubio deductis: ergo appellatio talis non erat admittenda.
¶ Secũdo videtur de hoc tex. expressus in. c. cuncta per mundum. ix.
q. iij. vbi dicitur quod a qualibet parte mundi ad sedem apostolicã ap-
18 pellari potest. † ab illa autẽ nulli est appellare permissum: & quia nulla
precedente synodo habet facultatẽ soluẽdi, quos synodus iniq̃ dãna-
uerat & damnandi quos oportuit nulla synodo existẽte & est ille tex. val-
de notabilis. & facit pro his que dixi in precedenti dubio: & solus papa
sine cõcilio potest ex causa deponere etiã imperatorẽ ad idem. c. nemo.
& c. aliorũ. & c. per principalẽ. eadẽ causa & questione. ¶ In quibus iuri-
bus colligitur quod a toto clero & populo & imperatore papa iudica-
19 ri non potest. ¶ † Tertio ꝓbatur per argumẽ. a maiori. cum enim nec
ab imperatore seculari nec a sententia ꝓfecti pretorio appellari possit,
vt. l. i. ff. a quibus appellare nõ licet. & l. vnica. C. de senten. ꝓfec. ꝓto. mul-
to fortius nec papa appellatur cum ipsius potestas sit lõge maior im-
periali vt in. c. solite. de maio. & obedien. & in. c. duo sunt. xcvi. distinct.
20 ¶ Quarto fortissime facit: † quia papa est dei vicarius in terris. c. ij.
& iij. de tran sla. epis: o. sibi enim in ꝑsona Petri dictũ fuit, Pasce oues
meas. & quodcũq̃ &c. de elec. significasti. xxiij. q. i. quodcunq̃. & c. loqui-
tur. ergo cum omnibus vi. e dei ipse preest a nemine, excepto deo, cor-
rigi & reprehendi potest, vt in. d. c. aliorũ. & in. c. nemo. & c. cuncta. appel-
latio enim ꝓsupponit minoritatem quandam in eo ad quem appellat,
vt supra dixi. adeo q̃ de vicario est ad ipsum cẽ in appellari nõ potest
cum sit idem tribunal & eadem iurisdictio: nec consuetudo in cõtrariũ
valet tanq̃ substantie rei repugnans: vt legitur & notatur in. c. ij. de cõ-
suetu. libro. vi. Sed maioritas cõtra papam nunq̃ fuit tradita cõcilio
cum nullum verbum fuit apostolis dictum iurisdictionis seu potesta-
tis collatiuũ quin fuerit dictũ ipsi Petro: imo multa Petro fuerunt
dicta vt plene dixi supra in primo dubio per que ipsimet apostoli q erãt
spiritu dei pleni ad maiorem confirmationem hoc ipsum voluerunt. ꝙ
ipse Petrus loco dei omnibus preesset. xxij. distin. c. sacrosancta. ergo
hec appellatio nullo iure seu iuris colore fundari potest. ¶ Quinto &
vltimo videtur ꝓbari in. c. per venerabilem. in fine. qui filij sint legi. &.
rationibus. vbi ex lege diuina ꝓbat tex. quod in omni dubio recurren-
dum est ad fidem apostolicam & ipsius diffinitioni & mandato loco dei
obtemperandũ est ab omnibus: non ergo licet concilio de ipsius diffi-
nitione iudicare cum sacra cõcilij sint per ipsum papã corrigẽda vel ap-
probanda vt ibi. & dicto. c. cũcta per mundũ. Ridiculum enim esset di-
cere cum statuta concilij possunt tolli per papã: vt not. in. c. vbi pericu-
lum. de elec. lib. vi. & in. c. significasti. eodẽ titu. & a papa nõ potest appel-
lari ad concilium: si enim cõcilium esset supra papã non possent per eũ
illius statuta violari: vt in clemen. ne romani. de elec. quod tamẽ est fal-
sum: vt supra dixi. Ipse enim papa superiorẽ in hoc seculo nõ recogno-
scit. vt in. c. per venerabilẽ. ꝑallega. post princi. & in. c. licet. de electio. in
fine. vbi dicitur q̃ ad superiorem in facto pape non potest haberi re-
cursus. & est ille bonus textus in materia appellationis. & facit. c. signi-
ficasti. eodẽ tit. ¶ In cõtrarium quod appellatio debuerit admitti pri-
mo cõcilium generale est maioris authoritatis q̃ sit solus papa. ergo
a papa ad illud potest appellari. consequẽtia patet ex se & infra melius
corroborabit. antecedens ꝓbatur. Ba cõcilio generali nõ solũ interest
papa: sed omnes ꝓlati orbis. vt in. c. i. ij. & iij. & c. multi. xviij. dist. & repre-
sentatur per hoc conciliũ tota ecclesia vniuersalis. vt patet Actuũ. xv.
facit. c. sicut. in fine. xv. distinc. c. ecclesia. de cõsecra. distin. i. sed nulli du-
bium quin tota ecclesia sic vnita cũ capite suo maioris authoritatis sit
q̃ solus papa: nã vt supra in primo dubio dixi potestas fuit tradita to-
ti ecclesie: sed per papã exercetur tanq̃ ꝑ caput ecclesie. vt in. c. manet.
xxiiij. q. i. & c. ita dominus. xix. distinct. plenissime dixi supra. hinc est q̃
maioris authoritatis est cõstitutio tot⁹ concilij q̃ solius pape: vt col-
21 ligitur per. c. i. xx. distin. & ibi ꝑ Archidia. ¶ † Item papa solus potest
errare & esse hereticus. xl. dist. si papa. & insufficiẽs ad regimẽ ecclesie,
vt in. c. i. de renũtia. lib. vi. sed tota ecclesia errare nõ potest. vt legitur
& notatur in. c. a recta. xxiiij. q. i. & in. c. maiores. de baptis. hinc etiã est
q̃ ardua non solet papa explicare sine ꝯsensu concilij: vt legitur & no-
tatur in. c. ad apostolice. de re iudica. libro. vi. & per Hostien. in. c. ex ge-
stis. de cleri. nõ residen. cõsequentia satis corroboratur per optimũ si-
mile. archiepũs est maior episcopis sue prouincie, adeo q̃ sup eis habeat
plenariam iurisdictionem. vt in. c. pastoralis. de officio ordina. vj. q. iij.

scitote. nihilominus de illo archiepiscopo appellatur ad concilium ꝓ-
uinciale, cui interest archiepiscopus, tanq̃ caput, vt notatur sm̃ vnum
intellectum in dicto. c. multis. not. glos. in. c. a collatione. de ꝓben. libro
vi. & ij. q. i. omnis oppressus. ¶ Item de ordine a ꝓside appellatur ad
presidem. ff. quando appellandum sit. l. i. §. solent. de episcopo & capitu-
lo appellatur ad ipsum archiepiscopũ. vt in dicto. c. a collatione. sic di-
cendum in ꝓposito, vt a papa possit appellari ad concilium, cui inter-
est papa, vt caput. ¶ Secundo adduco ca. veniam. & c. sententiã. xxxv.
questione. ix. & maxime iuncto. c. cum ex literis. de in integrum restitu.
vbi dicitur quod sentẽtia romani pontificis potest in melius cõmuta-
ri, quãdo iustitia primo lata nõ est: sed reformatio ipsius nõ põt in me-
lius referri q̃ ad totam ecclesiam vbi interest etiam ipse papa. nã & so-
lus Paulus restitit ipsi Petro in faciem, & ipsum reꝑhendit cũ ex fa-
cto suo sequeretur scandalum in ecclesia dei. ij. questione. vij. Paulus
Petrum reprehendit. & latius legitur ad Galatas. ij. c. & tamen Pe-
trus primo comedebat cũ gẽtibus, nec discernebat cibos ab eis: sicut
faciebant iudei: demum superuenientibus ibi quibusdam iudeis, timẽs
eorũ scãdalum subtrahit se a gẽtibus, & discernebat ab eis cibos, sicut
faciebant iudei: & sic indistincte cogebat per exemplum suum alios iu-
daizare: quod videns Paulus eum reꝑhendit, & sibi restitit in faciẽ,
fortius hoc poterit facere tota ecclesia: alias solus papa posset dedu-
cere ecclesiã ad confusionẽ maximã. q̃ nõ est credẽdum. ad idẽ. ij. q. vij. c.
nos si incõpetenter §. item cum Balaã. vbi asina reꝑhendit Balaã ꝓ-
phetã. & ꝑ asinã designatur subditus, ꝑ ꝓphetam Balaam, ꝓlatus. vt
ibi, ad notandum q̃ cum ꝓlatus cogit subditum ad malum, potest ab
eo reꝑhen. di. ¶ Tertio facit. c. concilia. §. hinc etiã. xvij. dis. vbi dicitur
quod conciliorum venerandorum authoritas singularem in ecclesia se-
di apostolice addidit potestatem. & dicitur ibi, quod papa principaliter
habuit potestatem a deo. xxi. distin ꝙuis. & xcvij. distinct. omnes. secũ-
dario vero a concilijs: ergo concilium est maioris authoritatis q̃ pa-
pa: alias non potuisset dare authoritatẽ Pape: cum nemo dat q̃ non
habet. i. questione. vij. daybertum. & c. quod autem. de iurepatronatus.
¶ Quarto videmus quod in arduis, & concernentibus statum totius
ecclesie, vt in causa fidei, recurritur ad concilium, vt legitur & notat in
c. anastasius. xix. distinctio. & in. c. sicut. xv. distinctione: & patet Actuum
22 xv. † cum enim fuerit in primitiua ecclesia dubitatũ, an cõuersi ad fidẽ
deberent circũcidi, missum fuit non solum ad Petrum, sed ad totã ec-
clesiam que erat Hierosolymis. nec legitur q̃ Petrus ꝓstiterit ma-
iorem authoritatem q̃ reliqui apostoli, & seniores: sed omnes commu-
ni cõsensu statuerunt, quod non fieret circũcisio: & sic communi nomine
facta fuit responsio. vt legitur vbi supra & plenius ibi dixi super primo
dubio. ergo cum opus erat, recurrebatur ad ꝯcilium etiam inter illos,
qui erant spiritusancto pleni, & satis informati de potẽtia pape, & eccle-
sie: ergo potuit hoc casu nostro appellari ad concilium, vt videatur, an
episcopi sint sola voluntate pape remouibiles, quod dubium satis est
arduum, dum episcopi dicantur legati christi, confratres pape, & colũ-
ne ecclesie, vt in dicta clemẽ. i. de pe[n]is. & sunt loco apostolorũ. vt in. c. vi-
dentes. xij. q. i. & c. nono. xxi. distinct. & cap. legimus. xciij. distinctione. &
sunt vicarij dei saltem in parte. xxvij. questione. i. mulieres. non obstat
si dicatur quod speciale est in causa fidei, vt in ea sit cõcilium supra pa-
pam. vt no. glo. in dicto. c. sicut. & in. c. anastasius. & in. c. si papa. xl. dist.
quia hec specialitas non probatur iure diuino. vnde emanauerat po-
testas pape & ecclesie. nõ enim legitur q̃ in causa fidei deus dedit ma-
iorem potestatem cõcilio seu ecclesie. q̃ in alijs casib⁹, vel quam pape.
Christus enim in trãslatione potestatis fuit vsus verbis generalibus,
vt plenissime dixi supra in primo dubio. cũ ergo ecclesia vsa sit hac po-
testate in causa fidei etiam supra papã: ergo & in omnibus alijs arduis
vbi papa iudicio vniuersali erraret, vel potest: q: qui potest maius, er-
go & minus concessum videtur, vt dicit text. in. c. ex parte. el. ij. de decu-
mis. Si enim cõcilium repñtans totã ecclesiã, vt dicã in tertio dubio,
disponit in causa fidei etiã supra papã. vt in. c. si papa. preallega. & ij. q̃.
vij. d. §. item cum balaã. ver. item symmachus. & quod ibi not. Arch. &
ex ꝓsse tenet idem Archidia. in. c. in fidei fauorẽ. de here. lib. vj. & Hosti.
quẽ sequi videtur Jo. and. in. c. ꝓposuit. de conces. ꝓben. & in. c. ꝑ vene-
rabilem. qui filij sint legiti. ergo potestatem istã recepit a deo. alias nõ
posset iudicare. iuxta illud euangelicum. potestatem non haberes i me
vllam, nisi data esset tibi desuper. vt legitur & notat in. c. minus. de iure
iurando. & xxi. distin. inferior. de maio. & obedien. cũ inferior. nec obstat
si dicat q̃ in causa fidei iudicat: quia tota ecclesia errare non potest, cũ
deus ꝓ ea orauit. vt legitur in. c. maiores. de baptis. & glo. in. c. a recta.
xxiiij. q. i. quia vt dixi in dubio primo, etiã concilium posset errare, nec
per hoc deficit fides, cum potest consistere in persona vnius vetule, q̃
nunq̃ interfuit cõcilio, sicut accidit in ꝑsona beate virginis in passione
christi. Apostoli enim & alij credẽtes defecerũt an resurrectionẽ, licet
eisdem dedit potestatem clauium. c. officij. de penten. et remissio. vnde
apostolus authoritatẽ habens in ecclesia scribens ad Corinthios sic
in epistola scripsit, Nescitis quoniam angelos iudicabitis quãto ma-
gis secularia. et dixit angelos, id est sacerdotes, qui ꝓpter excellentiã
ordinis in numero angelorũ computantur. xxvi. dist. §. ecce. ver. hinc &
malachias. et trãssumptiue habet in. c. per venerabilem. verñ. paulus.
qui filij

qui filii sunt legi. & quãq Hostie. ibi intelligat dictum de papa & cardinalibus, hoc ego non credo, cũ eo tẽpore apostoli nõ essent adhuc cardinales: sʒ potius videtur de tota ecclesia, vt satis colligitur mẽs sua Actuũ .xx. prope mediũ. vbi dicitur quod Paulus vocabat maiores natu ecclesie ephesine: & inter cetera dixit. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritussanctus posuit, episcopos regere ecclesiã dei quam acquisiuit sanguine suo &c. & sic videtur q regimen ecclesie nõ sit in solo papa: sed in omnibus prelatis. & p hoc bonus text. in cap. beue quidẽ. xvi. dist. vbi alia causa q fidei cõcilium discutiebat peragenda & diffiniuit. papa autẽ locutus fuit ibi tanq vnus de cõcilio. ad idẽ facit c. i. de spon. & c. onus. de elec. & in c. aduersus. post prin. de immu. eccl. & i. q. vii. cõuenientibus. & c. adrianus. lxiii. distin. ¶ Ultimo videt de hoc casus in c. legimus. xciii. di. vbi dicit Hieronymus, q totus orbis est maioris authoritatis q sola vrbs romana. ex qua gl. ibi colligitur arg. q statutũ cõcilii preiudicat statuto pape, si contradicant sibi adinuicẽ. Cum ergo cõciliũ sit maioris authoritatis q solus papa, ergo ab eo ad conciliũ appellari potest. ii. q. vi. anterioris. Ad solutionẽ, Christi et eius matris, cuius res agitur precipue presidio humiliter inuocato, condescendẽs arbitror sic dicẽdũ, q aut papa cõsentit q appellatio recipiat & examinetur in concilio enim debet admitti. Nam princeps nõ potest suam sniam etiã non iustã reuocare: vt in c. ven. am. & in c. sententiam. xxv. q. ii. & de in integ. resti. cum ex literis. & c. cũ olim. de re iudi. & de dolo & cõtu. cum olim. fortius potest cõsentire vt in cõcilio examinetur, vbi etiam ipse interest: & multum bene facit c. nos si cõpetenter. ii. q. vii. & p illum tex. seu eius rationem deberet papa velle. vbi dicit q papa si incõpetenter aliquid egit, & in subditis suis iuste legis tramitẽ non obseruauerit, etiã iudicio imperatoris paratos est illud emẽdare, reddens rationẽ. nam si nos qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus: certe non veritatis discipuli, sed, quod dolentes dicimus, erimus pre ceteris erroris magistri &c. ¶ Si ergo ex humilitate papa ibi voluit se subiicere imperatori in iudicio, fortius dʒ velle pati vt factum suum discutiatur per cõcilium. nã vt. s. dixi, ibi est maior authoritas, cum ibi tota sit ecclesia representatiue. neqʒ per hoc iudicatur a concilio, sed ipse & cõciliũ discutiunt, an bene egerit, sicut ab archiepiscopo appellatur ad cõcilium prouinciale, vbi ipse presidet: vt. s. dixi. & imperator [...], non erubescimus si quid melius horum que prius ipsi diximus [...], cõpetẽtem prioribus imponere correctionẽ, nec ab aliis corrigi expectemus in authen. de nup. circa princip. facit q legitur & notat in c. qualiter & quando. el. i. de accusa. & per iura predicta potest admitti appellatio de papa male informato ad eundem bene informatũ. nam in papa non debemus iudicare ẽm leges humanas, cum eis non astringatur. vt in cap. proposuit. de concess. prebend. & in c. innotuit. & ca. significasti. eod. titu. sed ẽm legem naturalem, & diuinam quis astringitur. xxv. q. i. sunt quidam. habet quis suũ errorẽ corrigere: imo debet esse magne sapientie. xxii. q. iiii. c. magne. & c. nos si. & videtur esse nõ papa cum male agit, vnde altera persona cẽsetur cũ postea bene est edificatus, sicut in simili dicit tex. nõ est iudex, si non est iustitia in eo. de verbo. signi. forum. nã & ipse deus suam sniam quoqʒ immutat peccatore suos mutante mores: vt legitur & notatur in c. incommutabilis. xxii. q. iiii. vbi dicit disce mutare mores, qui deum nouit mutare sniam. vt ibi no. in papa, qui dʒ tortius reuocare, q male fecit, ex quo reperit causam aliter se habere. fateor tamen qd ista non est proprie appellatio, de qua iura faciunt mentionẽ, cum per eam non suspẽdatur snia, nec causa deuoluitur ad superiorẽ quod est proprium appellationis, sed est appellatio generaliter sumpto vocabulo, appellat enim id est prouocatur ipse papa, vt diligẽtius examinet negotium: sicut dicimus de appellatiõe extraiudiciali, que est quedam prouocatio ad causam. de appellationibus. cum sit romana. & obtinet vim cuiusdam supplicationis. arg. aut. que supplicatio. C. de preci. impera. offer. & facit bene in simili. ca. pastoralis. de appellationibus. vbi dicit, q si papa inhibuit appellationem in aliquo negotio, nihilominus si appellatur, debet superior iniustitiã reuocare, vel vi appellationis deuoluentis causam, licet non suspẽdentis a iudice a quo, vel vi querele. Fateor tamen quod papa nõ cogitur talem appellationem admittere: vt in iuribus & rationibus preallegatis. & maxime in d. c. veniã. & c. sententiam. & c. cum ex literis. cum similibus. aut papa contradixit quod supradicta appellatio admittatur in concilio, & tunc est dubiũ: sed vt late habeamus materiã ampliãdo terminos dico, quod quedã sunt, in quibus papa habet plenitudinem potestatis: vt in his que sunt iuris positiui, nec decoloratur stat⁹ eccle. & in illis nõ debet admitti appellatio: quia nemo in illis potest sibi dicere, cur ita facis: cũ ipsi fuerit data a Christo plena potestas disponẽdi: & si male disponit, ve animie sue: vt in c. aliorum. & in c. nemo. ix. q. iii. & xcix. distinct. in memoriam. & in his intelligo iura que dicunt, quod a papa appellari nõ potest: vt in c. cuncta per mundum. eadem causa & questione. q sic loquitur si bene ponderetur in fine sui. maxime, qr quedã sunt que papa attentare non potest, & in illis poterit quandoqʒ admitti appellatio. & de his casibus vide per Specu. in titu. de legato. sub rubrica de dispensatio. §. nunc breuiter. ver. hec autem sunt, vsqʒ ad finẽ, que singulariter prosequi longum esset. Sed ponam tres casus in quibus credo appellationem admittendam etiam inuito papa. Primus cum precipit aliquid contra fidem: in hoc enim casu concilium est supra papam, & licite reducitur a papa. xciii. q. i. anastasius. xix distinctione. c. anastasius. & dicto. §. item schismaticus. cum simil. s. allega. sed etiam in eo quod papa est hereticus, minor est quolibet catholico, vt dicit glo. in dicto. c. acacius. nec est caput ecclesie. sed extra ecclesiam: hoc autẽ cognoscere habet ecclesia, cui in psona Petri data fuit potestas a Christo, vt in dicto cap. manet. xxiiii. q. i. & si diceremus contrarium posset ecclesia deduci in nihilũ, cũ papa possit esse hereticus. dicto. c. si papa. & insufficiens, vt in c. primo. de renun. li. vi. & iste casus iudicio meo nõ habet multũ dubitationis, cũ in hoc casu fere omniũ sententia potestas iudicans a concilio. vt supra dixi. fortius potest eius preceptum contra fidem corrigi per concilium. ¶ Secundus casus magis dubitabilis, cum ex suo precepto seu sentẽtia decoloraretur seu immutaretur vniuersalis status ecclesie. nam cõmuniter tenetur papã hoc facere nõ posse: vt no. in c. literas. de restitu. spolia. in versi. dispensare. & in c. proposuit. de conces. preben. & Innoc. in c. cum ad monasterium. de sta. reg. Specu. in loco pallegato. in versi. eũ. & videtur text. in c. & si illa. i. q. vii. & c. que ad perpetuam. xxv. q. i. per Archidia. in dicto c. sunt quidam. & facit qd notat Abb. in dicto c. nulli. de sen. excommu. glos. tamẽ decreti in hoc videntur contrarie. nam gloss. in dicto c. que ad perpetuam. dicit, quod contra vniuersalem statum ecclesie papa non dispensat: sed bene quando non est ita generale, sicut exemplum ponit in continentia sacerdotum. sed glos. Barto. brixien. in c. sunt quidam. eadẽ causa & qõne. dicit qd quicquid dicat Ioan. quandoqʒ papa dispensat contra generalem statum ecclesie, sicut fecit in c. non debet esse. de cõsanguin. & affinita. sed cõcordãdo dico, qd p illud statutũ non decolorauit statum ecclesie: sed potius reformauit, nec solus fecit: sed cũ toto concilio. vnde dicerẽ qd cum ex mutatione vniuersalis status ecclesie decoloretur ecclesia, non potest papa etiam dispensare, vt in dicto ca. & si illa. secus si non mutaretur sed potius reformaretur, vt sentit Innoc. in c. quãto. de consue. vbi dixit qd ex magna causa, & alias non potest papa venire contra vniuersalem statum ecclesie, quod est no. & in hoc casu credo qd valent appellatio ad concilium, saltem vt cõciliũ resistat pape, ne confundat dei ecclesiam. nam vt not. dicit Inno. in dicto c. quanto. non est papa sustinendus, si vult venire cõtra statum ecclesie vniuersalem sine causa manifesta. non enim potest sibi cõgruentius resisti, q per totam ecclesiam. sicut Paulus restitit Petro, vt ẽdixi. & sub hoc credo includi casum nostrum, vt plene tetigi in primo dubio. quare cõcludo quod dicta appellatio de quo in themate, fuerit admittenda, p ea que satis plene dicta sunt supra. nec hoc casu iudicatur papa: sʒ potius sibi resistitur, ne destruat ecclesiam dei: interest enim toti⁹ corporis ne caput male agat: facit optime dict⁹. §. itẽ cũ Balaã. ii. q. vii. ¶ Tertius casus cum papa precipit id qd est in se malũ, vel vehementer ex suo precepto presumitur scandalum futurum: nam tali precepto non est obtemperandum, vt no. Inno. in c. inquisitioni. de senten. excommu. obatur. xi. q. iii. si in qui preest. & c. qui resistit. & c. iulianus. & c. si dominus. xi. distinctio. c. i. debet enim tota ecclesia resistere scandalis futuris, & ne mala contra legem dei committantur, ad instar Pauli qui reprehendit Petrũ, vt supra dixi. nã & asina que denotat subditum, reprehẽdit Balaam prophetam, qui denotat prelatum. Et si queris vnde concilium habet hanc prerogatiuam cognoscendi & resistendi. Rñdeo ẽm ea que dixi in primo dubio: & supra in argumentis p ista parte. & bene facit dictum Hostien. in c. proposuit. de concess. preben. vbi dicit, quod licet papa non potest accusari, vel condemnari ab homine, nisi de heresi. dicto c. si papa. potest tamẽ moneri secrete si palam peccat mortaliter: nam velit nolit subiacet euangelice veritati quo ad monitionem faciendam, que cuilibet data est. ii. q. i. si peccauerit. dicit tamen qd nõ subiacet quoad id quod ibi dicitur, dic ecclesie, nisi in heresi. si enim est impenitens, debet dici ecclesie scdm eũ: id est deum orando q ipsum inspiret, & ecclesie triumphanti vt oret p ipso. nam si imperator & totus clerus & totus populus conuenirẽt, ipsum non poterunt iudicare. caueat tamen ipse: quia anima sua in manibus suis: & sibi terribilius iudicium imminet, & intolerabilior cruciatus. ix. q. iii. nemo. & c. aliorũ. In subditos autẽ habet potestatem scdm eum, q ei⁹ precepto est obediẽdũ, & si dubiũ sit an sit peccatũ mortale, dũmodo vinci potest cõscientia. Si autem certum esset peccatum esse mortale, tũc ei nõ est obediẽdum, sed recognoscẽdus est papa celestis. s. deus, dicto ca. iulianus. & ecclesia triumphans, que nõ fallit, & hoc vltimũ plʒ & concordat cum dicto Inno. in d. c. inquisitioni. & facit qd no. Io. and. in c. significasti. de offi. ordi. & in c. cũ adeo. de rescri. sed precedens dictum nõ placet. nam si papa stat in peccato notorio, & admonitus p concilium non vult desistere, & sic scandalizat ecclesiam potest puniri tanq hereticus p conciliũ: vt dixit gl. singularis quam approbat totus mundus in c. si papa. palleg. & sic p hanc viã potest denunciari concilio crimẽ pape ad effectum vt p ecclesiam admoneatur, & corrigatur: & sic appellari ad concilium vbi peccatum est notorium: & hec sufficiant quoad secundũ dubiũ. ¶ In tertio dubio videtur primo q tam principes seculares q clerici etiam sine statutis debent interesse concilio generali. de principibus secularibus videtur text. in c. ad apostolice. de re iudicata. libro sexto. vbi papa pollicitus fuit se vocaturum ad concilium reges, prelatos, & clericos tam ecclesiasticos, q seculares, vt per se vel per

lectos nuntios ad cōcilium conuenirent. De imperatore q̄ interfuit
cōcilio multū solenniter legitur in.c.vsc autem.xxi.dis.z q̄ plus est ibi
imperator proposuit.sicut quilibet prelatus.ad idem.c.adrianus.lxiij.
distin.vbi dicit q̄ carolus rex Frācorū cōstituit synodū generalē cum
Adriano papa,z nō solum interfuit:sed etiā fuit author in cōstituen
do.in qua synodo fuit trāslata in imperatorē potestas instituēdi prela
tos.z.lxiij.di.c.in synodo.legitur q̄ Leo papa synodo cōgregata Ro
me cōstituit cū toto clero z populo romano ac cōfirmauit in psona re
gis Ottonis q̄ cōcesserat Adrianus carolo:z sic pbat ille tex. q̄ nō
solū reges z principes:sed etiā laici inferiores ac clerici etiam etiā sine
prelaturis debeāt admitti ad concilium generale etiam vbi tractatur
de rebus z iuribus spiritualibus.nā ibi fuit concessa potestas illi Ot
toni eligendi papā,z alios prelatos.ad idē.c.nos ad fidē.xcvi.dist. vbi
dicit imperator martianus nos ad fidem cōfirmādā synodo interesse
volumus.videtur enim q̄ non tanq̄ inuitat⁹,sed suo iure debeat interes
se facit q̄ de hoc no.gl.in cle.i.de offi.vic.facit.c.i.xvi.dis. vbi conciliū
peractum fuit imperante Constantino augusto. ¶ Item non solū prin
cipes:sed etiam iudices inferiores leguntur interfuisse cōcilio vt in.d.
c.ad sedem xxxv.q.v.vbi papa vocauit ad cōciliū episcopos z clericos
ac iudices diuersarum prouinciarum.z sic probat ille tex.partē affir
